sed metere quod posset sibi portare permisit sciens iustitiam ut nihil eam tollere prohiberet prandiumque & potum ei sibi dū messorum hora cōperenti comederet. Ruth autem tollens ab eo aliphā socri conseruauit & uespere cum ipicis ad eam uenit. Seruauerat autem ei Noemi partes ciborum quos ei uicini sibi uerā Narrauitque & Ruth ea quae illi dixerat Boos. Cūq; illa indicasset quod cognatus esset & pro pietate ei suā prudentiam exhiberet rursus sequētib; diebus egressa est ad colligendas spicas cum accitatis Boos. Vespere autem non post multos dies Boos cum iam esset messis ordeacea maturata ad arcam propriae ibi dormiebat. Hoc cum audisset Noemi cogitabat quemadmodum cum eo Ruth collocare posset. Iudicabat autem uirum si Boos Ruth hūerit uxorē; aitque puellae ut circa pedes eius clam dormiret. Illa ergo dum nephas esse iudicaret ut socrus suae iussione resisteret festinas ad arcam tunc quae latuit Boos profundissime dormiebat. Excitatus uero circa mediam noctem regrebat quod eēt. Illa suum nomen dicente & petente ut tanquam dominus eam cubare permitteret tunc eadem quae uenit. Diluculo uero antequam ad opus famuli mouerentur excitas eam iussit ut tollens ordeam posset apperaret ad socrum antequam ibi dormisse uideret ab aliquibus dicens castitate in talibus derogationibus esse seruanda & maxime quoniam nihil propter aduersum. De reliquis uero sic ait. Est mihi proximo genere qui te ducere possit uxorem & si uoluerit necessariae sequens illum quomodo te repudiate coniugere ego secundum leges habebō. Haec illa socrum referēte securitas eas tenuit. Ipse hūerit quod pro eis Boos de cetero cogitaret. Ille ergo iam media die ueniens in ciuitatem & senioris colligens mittens et uocauit Ruth atque cognatum. Quo ueniente Elimelech inquit & filiorum eius haereditas esse tenes. Illo confitente hanc sibi proximitatis lege cōperere Boos ait. Ergo non ex media parte oportet legem habere memoriā sed ut secundum eas uniuersas facias. Maliois. n. uxor. hic uenit & si uis parte agrum obtinere oportet te & uxorem eius secundum leges accipere. At ille Boos & haereditatem & uxorem cessit cum & ipse cognatus esset defuncti qui & uxorem hēre dixit Senā & filios Boos itaque testificans seniores iussit mulieri & eius calciamentum solueret secundum legem & in facie eius expueret. Quo facto Boos Ruth duxit uxorem eiusque post annum masculus est filius procreatus quem Noemi sumens consilio mulierum uocauit. Obed eo quod in eius seruitute nutrire. Obed. n. habraica lingua significat seruus. Porro Obed habuit filium iesse. ex quo natus est Dauid qui regnauit & principatum suis filiis per. xx. & una generationes uirorum longo tempore dereliquit. Haec quidem necessariae quae de Ruth gesta sunt explanari ostendens uolens dei potentiam quod ei possibile est ad dignitatis cultum euehere quos cuncti uoluerit & qualem produxit etiam Dauid huiusmodi ortu inuenit.

De ortu Samuelis prophetae quod dixit cladem israeliticam filiorum Heli sacerdotis perditionem. Cap. XII.
 Hebraei itaque leuitico afflictione pergrauati bellum rursus ob huiusmodi causam habuerunt cum palaestinis. Heli sacerdoti erant filii duo. Omni & Fines circa hoies iniuriosi & circa diuitum inuitate impij nullique iniquitate parebant & alia quidem munera ab oblatibus propter honorem sibi met sequeltrabant alia uero rapinae modo tollebant & mulieribus religionis causa ueniētib; contumelias inferebant alii quidem uolentias facientes alijs uero persuadentes donis nihilque eorum uita & tyrannide pessima differebat. Quorum pater grauius haec ferebat sed ut dicebat non corripiebat populum autem quanto non sperabat uenturum dei super eos fore supplicium tanto uehementius gemiscebant. Cūq; futuram cladem filiorum eius deus exposuisset & Heli & Samuel qui illo tempore puer erat tunc palam super filium habuit luctum. Volo itaque primitus de propheta loqui & postea de Heli filius enarrare. necnon & infelicitatis casum quem habuit populus hebraeorum Helchana uir leuita inter medios ciues Effren fortis existens & Ramatha inhabitans ciuitatem duas uxores duxit Annam & Feneanem ex qua etiam ei filii sunt progenti. Qui tamen Annam cum esset sine filiis diligebat. Veniente ergo cum suis coniugibus Helchana in ciuitatem Sylo ubi erat dei tabernaculum constitutum sicut praediximus dum earum uir per epulas uxoris & filii distribueret partes. Anna respiciens alterius mulieris filios circa matrem suam descendit ad lachrymas eo quod non habuerit filios & magna sollicitudine ingemiscebat dum consolatione uiri contristari prohiberetur uenit ad tabernaculum rogans deum ut ei sobolem concederet filiique faceret esse matrem uotum uouens ut primogenitum suum ministraturū deo dicaret nec eum similem cum priuatis hominibus uictum habere permitteret. Et dum in orationibus multo tempore moraretur Heli sacerdos sedens ante tabernaculum uelut ebriam abire praecipit. At illa dum nusquam se bibere fateretur nec ebriam esse sed propter sterilitatem filiorum afflictam rogasset deum fiduciam eam exhortabatur habere deum ei filium donaturum esse promittens. Cum bona itaque spe ueniens ad maritum cibum lassā praecipit & reuertentibus eam in patriam concepit & peperit filium quem appellauerunt nomine Samuel quasi a deo postulatam. Quibus ueniētib; ut pro natiuitate filii hostias imolarent & decimas offerrent recordata mulier orationis suae & permissionis quae de filio uocaret deo tradidit eum Heli dicenti deo futurum prophetam crescere eius comam & potus eius erat aqua. Et Samuel quod nutritus in templo comorabatur Helchana autem ex ana alii filii & tres filiae progentae sunt. Porro Samuel pleno iam anno duodecimo prophetae tauit. Quae quodam tempore dormiente nominatim deus uocauit. Ille uero putans se a sacerdote uocatum uenit ad eum

uenit ad eum. Sacerdote uero ducente eum se non uocasse tertio deus hoc fecit. Quod dum Heli cognouisset dixit ad eum. Primo quidem Samuel filii nunc autem dico tibi deum qui uocat & nota quae dicat. Cūq; deus iterum locutus fuisset audiens petit ut quae uellet praeciperet in nullo eius minister dilaturus. Cui deus quod inquit ades cognosce cladem futuram israelitis omni narratione & crudelitate maiorem & Heli filios una die morituros & sacerdotium a domo Heli esse migrandum. Heli namque plus suos filios et contra eorum utilitate elegit diligere quam mihi placere. Cūq; iureiurando cogeret Heli prophetam Samuel ut haec ei indicaret noluit. n. eum contristare Samuel de tali sermone tamē eo dicente certiorum magis habuit expectatione de eorum perditione. Samuel autem magis ac magis gloria augebat cum utique quaecumque prophetabat probarentur esse uerata.

Quo filii israel pugnares cum palaestinis celsi sunt filii Heli sacerdotis in bello pereunt arca dei capta abducitur ipse sacerdos captus quod factum est de sella corruens mortuus est cum tenuisset principatum quadraginta annis. Continet hic liber tempus annorum quadringentorum septuaginta sex. Cap. XIII.

Hoc israelitis ferentibus ad potiora uenerunt. Vicerunt palaestinis & occiderunt hebraeos usque ad tria milia reliquam uero multitudinem usque ad castra propria persequuti sunt. De summa ergo perditione formidantes hebraei miserunt ad seniores & pontifices ut arcam dei deferrent quae praesente congressu hostibus praualerent ignorantes quomodo maior esset ab arca qui eis calamitatem inferre decreuerat. Aderatque arca pariter & pontificis filii quibus praecerat pater ut si capta arca uiuere uoluissent ad eius faciem non uentiret. Fines enim iam sacerdotium fungebatur officio patris hoc propter senectutem sibi permittente. Quo facto securitas data est multa nimis hebraeis tanquam per aduentum arcae possent hostibus praualere. Inimici uero stupecebant israelitis. metuentes arcae praesentiam sed utriusque parti non sicut putabant accessit. Facta namque congressione uictoria quam hebraei sperabant palaestinis allegata est & perditionem quam illi metuebant suscipientes hebraei cognouerunt frustra se habuisse in arca fiduciam. Repente namque in manibus hostium deuenerunt & amiserunt usque ad triginta milia uirorum inter quos ceciderunt quoque filii sacerdotis & arca ab hoste ablata est. Nunciata uero perditione in Silo & arca capti uirum quemdam iuueniculum Beniamiten qui interfuerat bello cuncta ciuitas luctu repleta est. Porro Heli sacerdos sedebat ad portas in altiori sede & audiens ciuitatis platum atque putans aliquid noui circa suos effectum uocato iuuenem dum agnouisset ea quae in bello fuerat gesta de filiis & alijs quae de exercitu patris dicebantur leuiter habuit taquam per deum precius futurorum quoniam ualde ea mala cōsūdum quae praeter spem repente ueniunt. Cum uero et arca audisset ab hostibus captam dolore turbatus eo & ei pater ipse tantum omnem accesserat ruit de sede defunctus est dum octo & nonaginta uixisset annos quorum quadraginta tenuerit principatum. Ea itaque die defunctus est & cōiux Fines eius filii dum post occasum mariti nequaquam uiuere tolerasset. Cui signati nunciatus est luctus uiri. pepit autem filii septem mensium quae Iacobus appellauerat quod nomen designat gloriam eo quod illo tempore exercitui huiusmodi deformitas accessit. Habuit autem principatum primus Heli ex domo Ithamar qui fuit unus filiorum Aaron. Nam primitus de domo Eleazari factus eius filius hunc honorem accipit quem Bozi suo filio dereliquit. Cui rursus Ozi filius successit suus & post hunc Heli tenuit sacerdotium de quo nunc nobis sermo est habitus cuius genus usque ad tempora iperit salomonis hoc habuit tunc enim sacerdotium ex domo eleazari denuo receperunt.

Continet hic liber tempus annorum triginta duorum.

Incipit liber vi. antiquitatum.

Interitus palaestinorum & terrae eorum per iram dei propter arcam quae ab eis fuerat capta & quae admodum eam remiserunt ad hebraeos. Cap. I.



Gitur tenete palaestinam captiuam suorum hostium arcam sicut dudum praediximus in ciuitate Azorū portauerunt eam & apud deum suum Dagon quasi trophaeum aliquod posuerunt. Sequenti uero die diluculo ingressi templum ut deum solemniter adorarent inueniret deum suum circa arcam iacentem & iacebat enim euulsus de base sua in qua statutus esse uidebat quod denuo eleuantes statuerunt grauius de eius casu dolentes. cūq; frequenter ueniētes Dagon inueniret iacentem & arcam similiter adorantem in angustia & confusione grauissima constituti sunt. Nouissime Azorū ciuitate atque puincia diuinitus pestis inuasit. Moriebatur. n. crudeli palaestinione dissentire & atque uelox eius interitus ueniēter atque animae bona resoluereur a corpore intestina eorum corrupta corporis putredine ferebant. puincia uero cōsurgēs multitudo murium deualabat ita ut neque arboribus neque fructibus abstineret. Dūq; in his malis Azoti uenerent & resistere calamitati non possent intellexerunt hanc sibi cladem propter arcam dominum ueniēter uictoriae eius non sibi pro bono fuisse. Miserunt ergo ad ascalonitas petentes ut arcam domini ipsi suscipere

sent. quibus Azotoꝝ supplicatio nō erat ingrata / sed eis quodāmodo gratias retulerunt / arcam uero p̄cipiētes in maris similibus cōstituti sunt. Secūdu passioēs nāq; Azotoꝝ / passioēs Afcalonitis arca denexit. Quā denuo ad alios Afcalonitā miserunt / sed neq; apud illos māsūt. Nā cū & ipsi hūcde pas-
sioibus turbatē / eā uicinis ciuitatibus tradiderūt. Et isto mō arca ciuitates Palāstinog; qnq; trāsiuit q̄si p̄dā quādā exigēs / passioibus singulas ciuitates quasans. Despati uero malis hī q̄ iā uidebant ex-
pti / & dū audietibus hęc nota fierēt / nec arcā ulterius aliq; suscipere uellēt / huiusmodi iminēte mer-
cede / ad ultimū cogitabat quēadmodū ea carere possent / cōuenietesq; qnq; urbiū p̄ncipes / Geth &
Accarō / & Afcalo necnō & Gazea / & Azoti / tractabāt / qd̄ fieri cōueniret. Et p̄mū qd̄ placuit / ut
arca remitteret ad suos / cū deus eā p̄pus uindicaret / & ob hoc pestes illis inferret urbefq; uastaret.
Erāt aut q̄ dicerēt hoc egē fieri nō debere nec falli / ut arca passioū causā ascriberēt cū ei p̄as hu-
iusmodi aut fortitudo nō eēt / q̄si si habuisset deus curā eius / nequā tradita fuisset hoibus / sed q̄seē-
dū / & cām hęc passioū dicebat leuiter tolerādā / qd̄ utiq; nō deberēt nisi solūmō reputare naturā /
q̄ corporibus / & terrā / & arboribus / & omnibus q̄ ex ea cōstitūt / p̄ tempoz; casus hmoī mutationes
ingenerat. Prædictas itaq; inias cōsilia uiroz; q̄ p̄scis tēporibus itellectu p̄cedebāt atq; prudētia supra
bāt / & maxie qn̄ in rebus suadere cōgrua uidebāt / neq; remittēdā arcā / neq; retinēdā esse dicebant /
sed qnq; simulacra aurea p̄ unaq; ciuitate dedicādā deo p̄ gratiāq; actioē / quo eoz; saluti p̄uiderit /
eoz; uiuere fecerit / & passioibus qbus p̄ualere nō poterāt liberaret / totidēq; aureos anulos & mures
q̄ eoz; regionū depasiti fuerāt atq; corrupti / & hęc i loculū eē mittēdā & sup arcā ponēdā / faciēdūq;
q̄ eoz; regionū depasiti fuerāt atq; corrupti / & hęc i loculū eē mittēdā & sup arcā ponēdā / faciēdūq;
uehiculū nouū / & boues q̄ nup̄ generāt esse iugēdas q̄rū partus claudēdos / at retinēdos ne seq̄ntes
matres ipediret / sed ut eoz; desiderio celerrimū potius iter facerēt / tūc illas depulsas portatēq; arcam
i triuio deserēdas / eisq; cōmittēdū quā uellēt agere uia / & siqd̄ ad hebræos irēt / & eoz; regionē ascē-
derēt / arcā arbitradū cām fuisse passioū / si uero alibi fortitū p̄parēt / reuocādā esse dicebat / & eo
gnoscerēt / eo q̄ arca nullā uideret habere uirtutē. Hęc itaq; recte se hēre iudicātes repēte fieri decre-
uerūt. Agētes at ea q̄ sūt p̄dicta uehiculū cū bobus deduxerūt in triuū illudq; relinquentes ibidē fecer-
serūt. Bobus aut recta uia uelut quodā ductore p̄cedēte p̄gētibus palāstinorū p̄ncipes sequebant /
quo starēt / aut quo ueniret uolētēs agnoscere. Est aut qdā uicus in tribu Iuda / noīe Bethsamis / in quo
uenerūt boues. Cūq; in capū maximū deuenissent / ulterius accedere cessauerūt / statuētēq; illic uehi-
culū / gratū miraculū habitatoribus uici illis p̄buerūt. Aestatis nāq; tēpus erat / dū oēs in agris essent
p̄ collegēdis fructibus. Cū at uidissent arcā delectatiōe rapti / & opus manuū relinquentes repēte cur-
rerūt ad eā / & deponētēs arcā & uas in quo erāt recōdita simulacra simul & mures posuerūt sup
quādā petra q̄ erat in capō / & mox imolātes deo / & uehiculū simul & boues holocaustū offerētēs
p̄iter epulari sunt. Hęc uidēt Palāstinorū iudices / ad p̄pria sunt reuersi. Ira uero atq; indignatio dei
lxx. uiros Bethsamitis / & quingentas milia plebis occidit / eo q̄ nō fuissent digni arcā cōtingere / q̄
nec sacerdotes erāt q̄ ad eā accesserāt interemit. Quos talia patietēs fleuerūt sui / pauciales & lectum
in eis leuauerūt / qualē potuissent hēre p̄ malo diuinitus misso / suūq; mortuū unūq; lugebat / & in-
dignos se iudicātes ut apud eos cōsisteret / mittētēs ad oēs hebræos iudicauerūt arcā a palāstinis fuis-
se reuocātā. Qui cognoscentes hoc / reportauerūt eā in Cariathiarim / p̄ximā ciuitatē Bethsamitarū
ubi i domū cuiusdā lenite Amminadab noīe. q̄ uidebat eē iustus & uita & religiosus arcā introduxe-
rūt / uelut in loco deo digno / in quo habitaret uir iustus. Ministrabāt. n. arcæ eius filii / & huic curā an-
nis. xx. p̄fuerūt. Tātis. n. tēporibus fuit in Cariathiarim dū apud palāstinos mensibus. vii. habitasset.
Quemadmodum Palāstinorum exercitus super eos uenerit / & de uictoria hebræorum / quam ducit
Samuelis propheta adepti sunt.

Capi. II.



Vm̄q; oīs populū illo tēpore quo ciuitas Cariathiarī habuerat arcā in orationibus &
sacrificiis dei deditus esse uideret / & maximū circa eā religioīs exhiberet officii / Samu-
el p̄pheta uidēs fiduciā eoz; q̄si oportunū esset ut talibus loqueret de libertate & bonis
eius fecit alloq̄ / scēdū q̄ credebatur eoz; mētibus esse gratum / & ait. O uiri qbus adhuc
hostes sunt grauissimi Palāstini / & deus iā incipiet esse p̄pitiis & amicus / nō solū cōcū
piscidēta libertas est / sed et faciēda p̄ q̄ uobis eius bona p̄ueniat. Nō. n. optare debetis
ab hominibus liberari / & agere / q̄bus potius seruiatis / sed estote iusti / & malitiā depellentes ab aīa
bus uestris / easq; purgātes totis mētibus iutare deū / eūq; bonis actibus honorate. Hęc. n. uobis faciē-
tibus bona p̄ueniet / seruitusq; fugabit / & de hostibus repēte triūphus afferet / qd̄ p̄mereri nō pote-
ritis armis / nō robore corporū / nō multitudine populoz;. Nō. n. malis deus p̄mittit se talia p̄bitur /
sed bonis existētibus atq; iustis. Ego at uobis digna gerētibus / huiusmodi p̄missorū astipulator ade-
ro. Cūq; dixisset hęc / uniuersus populū ei fauit / & eius exhortatiōe gauisus ē simul / & inuēerūt oēs
obedire deo. Quo facto cōgregauit eos Samuel in qdā ciuitate quæ uocat Masphat / qd̄ nomen de-
orsum inspicere hęcraica lingua significat. Hic haurientes aquā imolauerūt deo / & tota die ieiunā-
tes i orationibus cōuerlati sunt. Qui tñ ibidem cōgregati / Palāstinos minime latuerūt. Nā cognos-
centes

scētes cōuētū eoz; / magno exercitu atq; uirtute / ut nō suspiciātibz bellū & ipreparatis iferrēt hebr-
reais aggressi sunt. Illos at hoc ualde terruit / & ad tumultū formidinēq; p̄duxit / & recurrente ad Samu-
el aīas suas corruisit / & morti p̄ximas iā p̄ditione dicebat. Et p̄pterea q̄scēdū nec uirtutē hostiū
cōmouendā qn̄ nobis te duce ad orationes & sacrificia & iuramentā uenietibus / sup nudos / & iner-
mes castrametati sūt inimici. Spes ergo nobis alia nulla salutis est / nisi p̄ te. exoret deus. ut euadere
nobis cōcēsserit Palāstinos. At ille & fiducia habēdā dixit / & deū allaturū eis adiutorū p̄misit. Et
sumēs lactātē agnū sacrificauit p̄ populo rogauitq; deū ut eos cōtra Palāstinorū bellū sua dextra tu-
eret / nec eos p̄uros despiceret / q̄ secūdo iā uidebant afflicti. Exaudiuit itaq; deus ofones hostiaq;
placitas / & auxiliatrici mente suscipiēs / anuit eis uictoriā / & potētiā cōferēdā. Dūq; adhuc esset sup
altare dei sacrificiū positū / & nodū sacra fuisset flāma cōsumptū / p̄cessit castris hostiū multitudo / &
acie cōstitit ad pugnadū / tāquā ipse uictoria. Dū utiq; Iudæi in āgustia uiderent / clusi / qn̄ nec
arma hērent / nec ad pugnadū ibide cōcurrissent. Inciderāt. n. inopināte in rebus talibus quæ et sūt p̄-
dictæ fuissent / nō facile cōgregarent. Palāstini igit p̄mū deus terrā mouit eāq; tremere fecit / & eis
ambiguā demonstrauit / ita ut ex eis basis subtrahi uideret / & scissa in diuersis aptionibus foreberet.
Deinde tonitruis cōcrepantibus / & igneis corruscationibus longe micātibus / uelut incendēs eoz; uul-
tus nimis eos affectit / & ex eoz; manibus arma diripiens nudos i fugā uertit. Quo facto Samuel eos
cū multitudine p̄secutus est / & plurimos interfecit / p̄secutusq; usq; ad locū quēdā qui uocat Correo /
ibi lapidē fixit / uelut terminū uictoriæ / & hostiū fugæ eūq; lapidē fortitudinē appellauit / q̄si eis si-
gnū eēt diuini solatiū cōtra hostes adhibiti. Inimici uero post illā plagā nequaq; sup Iſrahelitas egres-
si sunt / sed timore & memoria rerum quæ sup eos acciderāt q̄secebant. Fiducia siqd̄ quæ dudū fue-
rat Palāstini aduersus Hebræos post hęc uictoriā facta est Hebræorū. Porro samuel sup eos castra
duces / p̄mit multos eoz;q; supbia ad nihil deduxit / & abstulit regionē illā / quā p̄mitus uictis Iudæis
raperūt. Hęc aut erat usq; ad ciuitatē Accaron / a sinibus Geth extensa. igit illo tēpore inter Iſrahe-
litas & reliquos Chananæos frequēt agēbant bella / deoz; p̄ obseruatiā legū p̄picio Iudæi supane-
tū Chananæos. Propterea uero samuel disposito populo / eisq; reddita ciuitate in ea eos cōuenire p̄-
cepit / ut de diuersis actibus adiuuēdis disceptarent / ipse uero semel in āno circumiens ciuitates iudica-
bat / & multo tempore equitate omnia expleuit.

Quod samuel cū p̄p̄ senectutē esset infirmus / suis filiis res dispenlandas iniūxit. Capi. III.

Einde senecture grauatus / & agere solētia p̄peditis filiis suis populū tribuit p̄ncipatū /
quoz; senior qd̄ dicebat lochel / junior at Abia. Proposuit at aliū qd̄ in Bethelē ciui-
tate / ut illic sederet / & iudicaret / aliū uero in Bersabee iudicēs populū q̄ eoz; iudiciis obe-
dirēt. Isti siqd̄ facti sūt ex eplū & idiciū manifestū cuiusdā / ne siles parētibus suis filii exi-
steret / sed ut boni qd̄ & moderati ex malis / & mali p̄ducerent ex bonis. Nā & p̄ris sui
studii nō recordātes / sed uā cōtrariā ābulātes / & mueribus turbulētes / lucris iustitiā cōprimebat / &
iudicia nō uera / sed secūdu p̄mia p̄ferebat / & ad epulas p̄ciosaq; cōuiuia declinātes / p̄mū qd̄ / quæ
erāt inimica deo gerebat / secūdo at p̄ri uidebant aduersi / q̄ multo studio ac p̄uidētia gesserat / ut et
plebs sciret seruare iustitiā. Populus itaq; dū cōtumeliā p̄ori cōuersationi p̄phete filii facerēt / graui-
ter hoc ferens ad p̄sem denuo remeauit i Ramatha ciuitate / suplicabat ei / atq; rogabat
ut aliquid eoz; legē eligeret / q̄ p̄ncipatū gētis hēret / & Palāstios affligeret / q̄ eis erāt p̄oris iustitiæ
debitores. Quod dū illi p̄ncipatū bñ nō regerent / populū per iā petiuit regem. Capi. III.

Aec ergo uerba conculserūt samuel propter insertā ei iustitiā / & odium circa reges. Op-
timam. n. illius tunc conuersationis electionem deus ualde diligebat / quæ dū esset sancta
beatos etiā ciues utentes se faciebat / nimiaq; cogitatione afflictuus. his dictis neq; cibi me-
moria habuit / neq; somni / sed facta nocte regē cogitationes euoluēs sine somno p̄mansit.
Cūq; talia cogitaret / apparuit ei diuinitus / eūq; cōsolata est dicens / ne p̄ petitiōe populū deberet affli-
gi / quasi non in illo supbi fuerint / sed magis in se. n. solus sup eos ipse regnaret / & hęc opa ex quo
egressi sunt ab egypto molitos / nō tñ post multū tēpus eos grauissimā esse penitentiā habituros / p̄
quā nihil equidē qd̄ gestū fuerit / ineffctū erit. Arguent at esse cōdēptores / & cōsilia nō pacifica cir-
ca me / & circa tuā p̄phetiā habuisse. Præcipio ergo tibi ut eis ordines quēcūq; monstrauero regē p̄-
dices tñ eis / q̄les erunt / & quæ sub regem mala passuri sūt / postea qualē mutationē hēre festināt. Hęc
samuel cū audisset / mox die facto cōuocatis Iudæis / ait daturū se eis regē / sed p̄mitus qd̄ narrare eis
deberet / quā illis essent futura p̄ reges / & qbus foret afflictionibus atterēdi. Scitote inq; q̄ p̄mū qd̄
filios uestros auferrēt / & alios qd̄ curruū agitadores esse iubebūt / alios uero egres & armigeros / &
p̄cursores / alios millenarios / & ceterarios / faciēdq; alios armorū artifices / & opifices curruū / & istio-
rū fabros / & agrorū suoz; cultores / uinearūq; fossores / & nihil erit / in quo nō obediāt his quæ iuben-
tur / seruientes ad similitudinem eorum qui precio comperantur in plebe. Sed & filias uestras inquit

unguentarias habebunt & conuastrias & molarias efficient; omne opus sub necessitate quasi Sa-
muele plagas metuere & uerbera. Sed & uestras possessiones auferent & eas Eunuchis suis & armi-
geris cōdonabūt & iumentos greges eis distribuēt. Et ut breuiter sit dicendū seruietis cū omnibus
uestris regi similes seruorum eius effecti horum; sermonū memoriā tūc habebitis; quādo haec passi fue-
ritis & penitentiā ducti rogaueritis deū ut uestri misereat & dōet a regali onere uelocissimā liber-
tatē; q̄ uestras nō suscipiet p̄ces; sed eas respūes uestras sinet. ut malog. cōsilio; tormēta sustineatis.
Erat autē populus in hac p̄phetia futurarū; regē ualde fatuus & difficilis ut cōsiliū qd̄ semel in mente
collocarat expleret. Nā neq; audientes talia sunt cōuersi; neq; eisdē sermonibus eos p̄pheta p̄terru-
it; sed magis uehemētē instabat & regē sibi ordinari nimie postulabat; nec cogitādū de uenturo esse
cēsebāt; sed fore necessariū secū p̄ afflictione inimicorū; hēre pugnaturū regē; qm̄ nulla puinciarū in
tali cōuersione sine rege cōsisteret. Videns autē eos Samuel nec in his quae fuerāt p̄dicta cōuersos;
sed potius imminentes ait. Nūc egē ad p̄pria singuli; q̄ue recedite; oportune uero uos euocabo; dū
quē uobis daturus sum regē a deo cognouero. Erat igit̄ qd̄ de tribu Beniamin uir nobilis moribus
& laudabilis nomine. Cis Huius erat filius iā iuueculus; formaq; pulcherrimus; & corpore ualde p̄ce-
rus. quae multos mēte ac prudētia p̄cedebat; uocabaturq; Saul. Hic uero Cis dū afini seipui de gre-
ge eius errassent in quibus nimis & sicut in nullo alio iumento delectabat; filiū suū ad requirendos
eos cū uno famulo destinauit. Qui dū tribum patriam requirendo alinos circuisset; uenit ad alias; &
dum neque in eis inuenisset; discedere cogitabat ne patri de se molestiam cogitationis inferret. Cūq;
in Ramatha ciuitate uenisset; & puer qui cum eo erat dixisset ei; in ea esse prophetam uerum; dedit
setque cōsilia ut ad eum irent; ac per eum de alinis quos querebant agnoscerent; respondit nihil ha-
bere prae manibus quod eantes debent offerre prophetae; quoniam uia pecunia iam fuisse expen-
sa. Tunc famulus dixit esse quartam partem sibi sicuti; & hoc ei datū posse sufficere. Errabat. n. igno-
rantes; eo q̄ nō acciperet propheta mercedem. Cūque uenissent ante portas; & uirginis inuenien-
tes ad aquam euntes; interrogauerunt eas de dono prophetae. Quae cum indicassent; adiiciebant ut
festinarent; anteq̄ ad comedendū accederet. Multos. n. eum ea die dicebant pascere & ex his qui uo-
cati fuerant eum primum discumbere. Samuel autem propterea multos tunc ad conuiuium uocauit
rat. Nam dum praecedenti die deprecaretur deum ut ei praediceret quem constitueret regem indica-
uerat ea hora altera die missurum se aliquem iuuenem de tribu Beniamin. Porro Samuel in domo
sedens; tempus quod ei promissum fuerat expectabat. Quo ad impleto decedens ibat ad mensas;
occurrit ei Saul; cui deus protinus indicauit hunc esse regnaturum Hebraeis. Saul autem accessit
ad Samuel eumque salutans supplicauit ut ei domum prophetae monstraret; quā. s. ut peregrinus
se ignorare dicebat. Cūq; Samuel se esse dixisset; eūque duceret ad cōuiuiū; incolumes esse p̄ quibus
querendis missus fuerat alinos indicauit; & omnia ei bona regni esse conferenda pmisit. Cui Saul;
minimus inquit sum dñe mi hac spe; & de ultima tribu quae regibus apta non est; & ex inferiori pa-
tria urbium ceterarū; sed tu me de hac spe magis illudis; & p̄ ridiculo me fatigare contendis; de rebus
maioribus quā ut mihi cōuenit nūc loquendo. Quē p̄pheta deducens ad cōuiuiū; recubare fecit; si-
mul; & sequentē puerū; sup̄ eos q̄ fuerāt inuitari. Erāt. n. nūero septuaginta. Praecipitque ut ps̄ ei re-
galis apponeret. Et cū hora dormiēdi aduenisset; singuli quique ad propria discesserūt; Saul autem
apud prophetā cum famulo suo soporatus est. Die ergo facto Samuel eum excitans duxit foras. Et
cum extra ciuitatem uenissent; famulum quidem p̄cedere iussit; illū uero rem care; quasi aliquid nul-
lo alio praesente diciturus. Dumq; saul puerū premisisset; sumens propheta uas olei; sup̄ iuuenis ca-
put effudit; eumq; cōplexus ait. Esto tu rex cōstitutus a deo; & cōtra Palaestinos uindicaturus Hebrae-
os. Hoc autē erit tibi signū quod te uolo praesere. Cū profectus fueris inuenies tres uiros in uia eun-
tes in Bethel adorare deū. Quorū primū quidem tres panes offerre uidebis; secundū uero hādū & ter-
tiū utrem uini. Isti te salutabūt; & libenter te suscipiēt; & dabūt tibi duos panes. Tu accipiens; exinde
uenies ad sepulchrū Rachel; ubi cognosces eo q̄ inuenti sunt afini. Post haec inuenies in Gabatha &
ecclesiā inuenies prophetarū; & diuinitus inspiratus; p̄phetabis cū eis; ita ut oēs habentes sensum cū
uiderint obstupescant atque mirentur dicentes. Vñ ad hanc foelicitatem puenit filius Cis; ut possit ēē
prophetae. Cūq; haec signa omnia fuerint facta; scito esse deum tecum; & salutabis p̄rem tuā atque
cognatos; ueniesq; post haec uocatus a me in Galgala; ut pro his deo pacificas hostias immolemus.
Haec autem praedicens dimisit eum. Porro saul omnia secundum prophetiā Samuel eueniunt. Cūq;
uenisset in domum; cognato suo Abner quem praē omnibus parentibus diligebat; interrogante de
profectione eius; & quid accidisset aliarum quidem rerum nihil abscondit; neque q̄ apud Samuelē
prophetam fuisse; neque q̄ ei afinos inuentos esse dixisset; de regno autem & eius euentibus; quae
etiam si audirentur; & inuidiam & incredulitatem pararent; tacendum esse decreuit; quod nec ami-
co & amplius sanguinis uicinitate coniuncto cautum aut sapiens credidit indicare; dubitans ut reor
de humana natura; quippe cum uerū sit; q̄ perfecte nemo deuotus; nemo amicus; neque cognatus; ne

usq; in dei

usq; in dei donis puram aliquis seruet affectam; sed circa prouectus sublimium; maliuoli & inuidio-
si esse nascuntur. Samuel autem conuocauit populum ad ciuitatē Masphat; & apud eum diuino mā-
dato uerba disposuit dicens. Quomodo cum eis deus praestiterit libertatem; & subdiderit hostes be-
neficiorum sint eius immemores; & deum; quidem regno priuauerint; nescientes quomodo nimis
utilimum est; ab omnium rerum excelso iuari; cum deus utiq; omnium sit solus excelsus; elegerint
autem habere se hominem regem qui eis uelut iumentis subditis cōsilio & desiderio suo alitq; uolū-
tatibus sit usus; & potestatem suam sine aliqua paritate omnibus sit illaturus; quoniam ita sicut
deus proprium opus atq; facturū ueri genus hominum festinauit; quod deum solū semper constat ef-
ficere. Sed quomodo nobis inquit placuit; & haec iniuria praualuit cōtra deū; ordinamini oēs per tri-
bus & septem; & mittite sortes uestras. Quod dum hebraei fecissent; fors cecidit tribui Beniamin. Et
dum fuisset denuo fors missa per genus; exit progenies Metri. Cūque per uiros ipsius generis fors
missa fuisset; ad Saul filiū Cis fors regni perducta est. Quod dum iuuenis agnouisset; semetipsum ab-
scondit; uolens uideri ut arbitror sponte suscipere principatum; sed tantam sui abstinentiam & tem-
perantiam demonstrauit; ut dum nulli nec in parua foelicitate gaudium ualeant retinere; sed omni-
no conspicui esse desiderēt; ille non solum semetipsum pro tali regno; & tantarum gentium futu-
rus dñs non ostendit; sed ēē cōspectui eorū quibus erat regnaturus eripuit; & querendum se non si
ne eorū fatigatione fecit. Quibus difficultate patientibus & cogitantibus eo q̄ nō adesset; rogauit
propheta deum; ut eum ubi esse ostenderet; & iuuenem manifestum efficeret. Dumque cognouisset
a deo locum in quo erat celatus Saul; misit qui eū adduceret. Et cum inuenisset; eū in medio populū
collocauit. His. n. omnibus eminebat; & ipsa p̄teritate regius erat. Dixitq; propheta. Hūc uobis de-
us dedit regem; uidetis q̄ & melior cūctis est; & ip̄erio dignus. Cūq; optasset populus regi salutē; ea
quae illis erant futura p̄pheta cōscribens; rege audiente legit; & librū in tabernaculo dei reuoluit; ob-
testimonii eorū quae praedixerat ueturis generationibus offerendū. dū haec itaq; saul; celebrauit di-
misit populū p̄pheta; & ipsi quidē in Amathin ciuitatem patriae suae p̄fectus est. Cū uero saul iret in
Gath; ex his qui erāt multi quidē bonorū uirorum secuti sunt; honorem regi debitum exhiben-
tes; plurimi uero maligni; & illum contemnebant; & alios irridebant; & neq; munera offerrebāt neq;
studio aut sermone saul sibi placere demonstrabant.

Praeliū saul super Ammonitas; genē & uictoria hostiū; uastatio.

Cap. V.

Post mensē uero honoris eius initiū belli cā cōtigit cōtra Naas regē amonitarū. Hic. n. multa mala ludaeis habitatibus trans iordanē inuit; & cū multo ac pugnaci exercitū eos afflixit; urbēsq; eorū seruituti subegit. Quoq; fortitudinē uī p̄pria ad plēns suae subdit di-
tōi; sapiētia uero atq; tractatu sic firmos reddebat; ut neq; rursus ingū potuissent euade-
re seruituti. Eorū namq; ēē qui ad eum aut fide data uenissent; aut quos lege bellica cōpessit; dextros
oculos euellebat. Quod ideo faciebat; ut sinistra partē uultus sui; scutis celātes; ad bellādū nimis fo-
rent inuitiles. Et haec quidē Ammonitarū cū fecisset habitatibus trans iordanē; sup̄ Galadinos abiit;
& castra ponens circa ciuitatē labes; legatos ad eos misit praecipiens ut se ei traderent; quatenus eorū
oculos dextros auferret. Quod si nollēt; per obsecrationē eorū ciuitatē se terminabat; euertere; ele-
ctionē uero in ipsis esse; utrū uellēt patrē corporis amittere; aut certe uniuersi pere. Galadini uero
merētes in talibus neutriū horū; p̄mittere p̄sumperūt; neq; semetipsos tradere; neq; repugnare. septē
uero dies; inducias poposcerūt ut ad cōtribules legationes mittētes; solatiū ab eis poscerēt. Et si qui-
dē auxiliū ueniret; pugnaret; si uero huius rei foret inopia; tradere se dixerūt passuri quodcūq; place-
ret hosti. Naas autē sp̄nēs multitudinē Galadinos; eorūq; responsum; dedit eis inducias; & solatia a
quocūq; uellēt postulare p̄misit. Illi ergo repete p̄ ciuitates Israhelitarū miserūt; idicātes quae eis face-
ret Naas; & in qua tenerent angustia. Qui usq; ad lachrymas magnāq; tristitiā hoc audito uenerūt.
Timor autē eis aliud quicq; facere nō p̄misit. Cūq; legati in regis saul ciuitatē uenissent; & in q̄bus es-
sent labite; piculis nūcialissent; populus quidem idē fecit quod illi priores; flebant enim oēs cognatoꝝ
calamitates. saul autē ab opere agri reuersus; i opidū uenit; inuenitq; frētes p̄prios ciues; & dū cām eorū
tristitiā & cōfusionis inquireret; agnouit qd̄ cōtingerat a legatis; diuinitusq; inspiratus; labitas qdē
remisit; p̄mittē eis in auxiliū se uerurū die tertia; & ante solis ascēsu hostes esse uicturū; ita ut uicto-
res eos & timore liberos ortus solis inspiceret; iussit eorū aliquos p̄ ducatu in terris sustinere. Igit̄ uo-
lēs populū ad Ammonitarū bellū dāni timore cōuētere eis quo cicuis subueniret; icidens boi suoꝝ
neruos; hac se facere cūctis iterminatus est; si nō armati alia die cōcurrerēt ad iordanē; cūq; scērent
& samuelē ubiq; eos educerēt. Illis autē p̄ timorē iminētis dāni; definito tēpore curēribus in ciui-
tatē Balā dinumerata multitudinē; iuēt eorū nūerū p̄ter tribū iuda septingēta milia fuisse collectos;
illius autē tribus septuaginta milia uiri fuerūt. Trāsiēs ergo iordanē; & decē finiu tota nocte faciēs iter
oriēre sole exercitū in tribus partibus cōstituit; repete & iopinabiliter; ruit sup̄ hostes factaq; pugna
& alios mīos amonitarū; p̄misit sibi & regē. Hoc igit̄ opus clarū fecit ualde saul; & apud oēs hebraeos

eum laudabilē demonstrauit magnāq; fecit gloriā fortitudinis adipisci. Nā si qui primitus fuerat qui eum spreuerat tūc cōuersi sunt ut eū honorarēt & meliore cūctoz pncipatū eius iudicarēt. Non. n. sufficit illi solumō labellēnos eripuisse sed et cūctā studuit pugnādo Ammonitaz subuertere regio nē pdāq; exinde copiosam sumēs. clarus ad ppria remeauit. Populus ergo p rebus quā geste fuerat a Saul magna delectatione gaudebat & q; regē talē ordinauerat exultabat. Cōtra illos uero qui eū nihil rebus pdesse dixerat exclamabāt ubi sūt nūc illi exoluāt pōnas & reliqs simul a diuicebāt ut solet unguis foelicitate detēta euomere & cōtra illos qui in pncipiis huiusmodi rerū esse uident auctores. Saul autē hōz quidē circa se fauorē āplectebat & uolūtate iurauit aut nullū se nocere contri hūliū nec illa die necari pmittere. cū esset nimis icōgruū si data a deo uictoria pprii generis sanguine foedaret sed deceret ut gratiā habētes adinuicē festiuitatē potius celebrarēt. Cūq; Samuel dixisset secūda ordinationē in cōfirmatione regni Saul oportere fieri oēs cōgregati sunt in Galgalā ciuitatē. Illic. n. eos uenire pcepit & rursus uidente populo propheta unxit saul oleo sancto & secūdo de nūciauit regē. Itaq; isto mō hebrāoz respublica ad regū iura cōuersa est. Nam tēpore Moysi & Iesu eius discipuli qui post eū dux fuit optima ducis cōuersatione regebant post illos uero mortē annis x. & octo populus eoz sine pncipe fuit. Postea ad cōuersationē pristina sunt reuersi ei qui bello & fortitudine cūctos excellere tribuentes iudicii prātē & ppterea tēpus cōuersationis huiusmodi nimis eximiū uocauerūt. Samuel autē ppheta cōgregatis hebrāis ait. Cōiuro uos per maximū deū qui fratres illos optimos Moysen & Aaron deduxit ad uitā & patres nostros ex aegypto de domo serui tutis eripuit ut neq; uerecūdiae aliquid cōferētes neq; timore pteriti neq; alia q̄libet passione detēti dicatis siqd a me puū aut iniustū aut lucri gratia aut auaritia cā gestū est arguite me si cuius aliquid accepit aut si uictulū aut ouē aut cibū recipi aut si cuius iumēta ad utilitatē meā tollēs aliquid cōtrista ui ex his ergo oibus siquid abstuli dicite corā rege. Illi uero clamabāt hōz nihil ab eo factū esse sed iuste & sancte fuisse eū cū populo hebrāoz. Samuel autē cū audisset cūctoz huiusmodi testimonium fuisse de eo platū ait. Quō iudicasti mihi q; nihil incōgruū de me dicere ualeatis corā rege nūc autē dite cū fiducia me dicētē. Quō ipse nimis egistis in deo petētes regē cū uos oportuisset habere memōriam q; cū spuaginta solumō nostrī generis auus iacob ppter famē uenit in aegyp̄tū & illic multis milibus pcreatis quā ad pessimū seruitiū aegyp̄tū pduxerunt ofone patrū absq; rege tātam multitudinē ex necessitate deus eripuit mittēs eis Moysen & Aaron fratres qui uos eduxerūt in terrā hanc quā nūc utiq; possidētis. Et his adeptis p deū bonis didicistis pietatē atq; religionē dei quos ille hostibus subditis liberauit & pmū quidē Assyrioz Rege & eoz fortitudine potiores efficit de inde p̄buit uictoria Ammonitaz nouissime uero Palaestinoz & haec oia cōcessa sunt nō habētibz regē sed cū septe & Gedeon duces exteterūt. Quā uos ergo tenuit stulticia ut fugiētes a deo hois esse uelitis sub regno. Et ego qdē hūc uobis institui quā deus elegit ut tamē uobis manifestū sit deū irasci & igrate ferre petitionē uestrā in regno. faciā ut deus ipse hoc uobis ostēdat apertis iudiciis quod nullus aliqñ uestrū hic uidit factū messis tēpore imbrem deū deprecor effundere. Cūq; haec samuel dixisset ad populū tonitrua subito & coruscationes & gradinis impetus diuinitatis iussione prorūpit ueritatē pphetā apud cūctos ostendēs ita ut obtusescētes & in formidine cōstituti sese peccasse cūcti phterent & in hoc per ignoratiā scidisse utq; deū ppheta uelut optimus pater & mittis rogaret q̄tenus ppitius esset eis peccatūq; quod per incuriā & iniquitatē cōmiserāt dimitteret exorabant. At ille pmisit deū se rogaturū ut eis uinea cōcederet meritorū mōuit tñ eos ut si iusti foret boni & haberent semp memoriā eoz in quibus puaricationē uirtutis inciderāt & signoz dei & le gillationis Moysi uis cū foelicitate regia salutis esset affectus si uero haec negligērent uenturā eis eorumq; regi a deo plagā maximā pphetauit. Igitur samuel dū haec dixisset hebrāis cōfirmato securū do saulis regno populū remeare dimisit ad propria.

Quēadmodum denuo palaestini pugnantes deuicti sunt ab hebrāis. Capi. VI.



Aul igitur eligens quasi tria milia uiroz ex omni plebe duo milia qdē ipse recipiens morabat in ciuitate Bethleē. loathā uero suo filio mille dedit armigeros eūq; misit in Gabaa ille at obsidebat castra palaestinoz nō pcul a Galgalis. Palaestini nāq; q i Gabaa morabant arma ludāis abstrulerāt & munitionē loca uisq; castris opportuna deriebat iter dicētes hebraei sui ferro. Propter quā cām agricolā si qd istm eis eēt necessariū ad culturā ueniētes ad palaestinos fabricabāt illud. Cū ergo palaestini cognouisset castra sua ab hebrais obfessa indignati & cōtēptū hebrāoz magnā iuriā iudicātes iudeis plū itulerūt pedestriū qdē. ecc. milia / cū uero xxx. milia & equitū sexaginta milia castrazq; posuerūt circa ciuitatē magnā. Quod cum cognouisset saul rex hebrāoz descendit in Galgalam ciuitatē & in omnē p uincia misit populū pp libertatē ad bellum cōtra palaestinos inuitas corūq; potētā uisissimā eā de clarans & nimis indignā ut per timorem pericula sustinerent. Dūq; populi qui erant cum saul multitudine palaestinoz inspicerent ualde sunt territi & alii quidē in speluncis & caernis & cloacis semetipfos

semetipfos celauerunt plurimi uero trans Iordanem fuga dilapsi sunt qui erant praecipue ex tribu Gad & Ruben. Misitq; Saul ad prophetā uocans eum ut cum eo de bello & rebus praesentibus cogitaret. Ille autem sustinere eum ibi praecipit & hostias preparare post septem uero dies uenturus ad eum ut septima die sacrificantes ita congrederentur ad bellum. Qui sustinuit quidem sicut propheta mandauit mandatum uero nequaquam cum perfectione seruauit sed cum uideret prophetā quidem morari se aut a militibus derelinqui celebratis hostis cum audisset Samuel uenientē eius in occursum festinanter egressus est. Ille ergo non recte eū fecisse dixit eo q; ofones & sacrificia quae dei uoluntate erant faciēda pro populo offerre petulanter ipse praesumpsisset. Saul uero satisfacciente & dicente sustinuisse se quidem praesentibus dies sed pro necessitate & discessu militum & ppter hūc timorem & inimicorum aduentum cum in magno esset metu eo q; auditi fuissent hostes in Galgala descendisse ad offerenda sacrificia se fuisse compulsum. Respondens Samuel ait. Sed tu quidē si iustus es & mihi non inobediens nunquā in his quae pro praesentibus praecipit deus primitus descisses quam in rebus necessariis expediret ut tibi tuazq; soboli regnare plurimo tempore licuisset. Et Samuel quidem ferens grauius in his quae fuerant facta discessit ad propria. Saul autem in Galgala ciuitatem habens secum sexcentos solummodo uiros cum Ionatha filio suo uenit quorum plurimi arma nequaquam habebant dum ferrum utiq; in puincia minus esset & qui arma facere potuissent. Non. n. sinebat eos Palaestini sicut dudum iam declarauimus haec habere. Igitur diuidentes tribus agminibus exercitum Palaestini & per totidem itinera discurrētes hebrāoz prouincia deuasta uidentibus scilicet Saul rege & eius filio Ionatha & terram defendere cum essent sexcenti solummodo non ualentibus. Cūq; resideret ipse & eius filius & sacerdos Achias qui erat de plebe Helii sacerdotis super collem excelsum terrazq; populari respicerent eis in maxima angustia cōstitutis Saul filius cum suo armigero cōstituit ut lateret ad hostiū tabernacula pperarent turbatisq; eis sequendo modū cōmotiōnis inferret. Dūq; armiger eius pnū se eū secutus affereret et si mors immineret sumens solatiū iuuenis & de colle descendentes ad hostes pariter ibāt. Erant igitur castra hostiū in super scopulum habentem subtilissimam longitudinem tribus uerticibus acutissimis pminetem scopulis p circuitū euntibus & q̄s ppugnaculis inuasiones pugnatiū phibētibz. Vnde cōtigit ut ut custodes minorē haberēt sollicitudinē castrazq; natura locus ille omnibus uidebat esse minutus & ad capiēdū ualde difficilis eo q; nō solū ascendere illic sed et accedere difficile uideret. Dum ergo uenisset ad castra Ionathas armigerū cōfortabat exacūes ut ad hostes accederent signū eis hoc uictoriae iudicarent si eos ad se uocaret si uero nihil loquerent tanquā eis nō uocātibus reuerti deberent. Accedentibus igit ad exercitiū hostiū apparente iam die uidentes Palaestini eos alterutris dicebant. Ecce de caernis & speluncis egrediuntur Hebraei. Et ad Ionathas eiusq; armigerum dicebant. Venite ascendite ad nos ut uos digne uestris praesumptionibus puniamus. Quā uocē suscipiens gratē Saul filius tanquā ei uictoria designantē tunc quidē ab illo loco in quo hostibus fuerat uisi recesserunt mutataeq; locū uenerūt ad petrā quae erat ppter munitionis locū desolata custodiū & ex in de quasi reptando trahentes semetipfos cū multo labore natura loci uicerunt ut ad inimicorū castra conscenderent. Irruētesq; eis dormientibus occiderunt quidem uiginti turbam uero stupore uehementius impleuerunt ita ut alii quidem effugerent arma omnia relinquentes alii uero semetipfos nō agnoscentes eo q; congregati ex multis gentibus essent credentes inimicos & irruisse super se Israēlitas putantes & non hoc duorum hominum praesumptione cōmissum ad alterna bella conuersi sunt. Quorum alii quidem perempti moriebantur alii uero fugientes p saxa praecipites collabebantur. Dumq; exploratores Saul dicerent regi Palaestinoz castra ualde turbata requirētes Saul ne qs suorum deesset audiuit suum abesse filium & eius armigerum iussitq; ut pontifex sumpta ueste sacerdotali de futuris rebus ei prophetaret. Cūq; ille conuincere eum & hostibus fortiter puulere dixisset Palaestinos inuasi & turbatos aggressus est qui se inuicem peremerunt. Qui autem refugerant petrisq; se celauerant Iudaei audientes Saul esse uictorem congregati quasi decem milia hebrāorum persecuti sunt inimicos cuncta regione dispersos. Igitur siue propter inopinata uictoriae gaudium dum saepe foelices contingat extolli siue ignorantia faciente palmā illius decus pessima lamentatio ne foedatam est. Volēt. n. Saul funditus interimere Palaestinos & poenā exoluere maledixit Hebraeis ut si quis se a caede retinens inimicorū antequā nox futura ueniret comederet & ab interemptio ne hostiū aut a perfectione cessaret maledictus esset. Cūq; saul hoc dixisset ueniēs ad quēdā quētū cū excellēt in sorte Effrē constitutā. Ionathas filius eius dū illic apū cōtingisset eū inuenire cubilia & maledictū patris ignorās & populi sup eo pfusionē nō agnosces expresso mellis fauo comedit. Inter haec agnosces quō nimio cū maledictō eius pater interdixisset aliquid gustare cibū nisi solis ocusū comedere qdē cessauit nō autē recte patrē phibuisse dixit qn cū maiori potius fortitudine atq; fiducia psequētes cibo sumpto plurimos inimicorū capere & interficere potuissent. Multa siquidem milia Palaestinoz interficientes circa uesperā ad spolia hostiū sunt conuersi magnamq; praedam &

pecora sumētes occidebant. Hoc ergo a scriba nūciatū est regi/ quō populū peccaret in deum/ & oc-
cisis pecudibus/ anteq̄ sanguis bene dilueret/ nondū purgatis carnis uesceret/ iussitq̄ Saul uol-
uit lapidē magnū in medio/ & p̄dicari in populo ut sup̄ eū interficerent/ & carnē eū sanguine nō co-
mederent/ quō hoc nequaq̄ deo placeret. Cūctis uero iuxta regis p̄ceptū facientibus statuit illic
altare Saul/ & holocaustū super illud deo celebrauit. Hoc aut̄ altare constituit primū. Mox itaq̄ uo-
lens ad hostiū procedere castra/ ut quæ in eis uidebant/ diriperet ante diē/ militibus insigniter cū se-
quentibus/ & cū multa fiducia eius p̄ceptis obedientibus. uocauit rex Achitob sacerdotē iussitq̄
ut consuleret/ si deus aaueret/ ut euntes ad inimicorū castra/ hostibus denuo p̄uulerent. Dicente ue-
ro sacerdote/ deum responsa non dare. saul dixit. Non sine causa cōsultus deus uocem nobis non red-
didit/ qui primitiuis anteq̄ interrogaretur omnia nunciavit/ sed hæc taciturnitas ait alicuius latētis cā-
peccati est. Vnde per eundē ipsum deū/ licet filius meus Ionathas peccasse reperitur/ interficio eum
& deum ita placabo. quantomagis extraneo & nihil mihi competenti personæ supplicium inferre co-
gnoscar. Cūq̄ hoc fieri populū exclamasset/ repente cunctos in uno loco constituit/ stetitq̄ ipse in
alia parte cum filio/ & eum qui dereliquerat instanti sorte requirebat/ inuentusq̄ Ionathas peccasse/
interrogatus a patre est quid fecisset/ & quid in sua uita non recte nec sancte peccasset. Cui dixit pa-
ter/ nihil aliud scio/ nisi q̄ ignorans hesterno maledictum ac iusurandum a te prolatum persequens
inimicos. sanum gustauit mellis. Quē saul occidere se repente iurauit/ quatenus & generi & naturæ/
simul amorī hoc modo p̄poneret iusurandum. Qui nequaq̄ mortis interminatione p̄teritus/ sed
animum ingenue nimis magnanimitery/ componens/ nec ego supplico inquit p̄ parcendū/ mors mi-
hi suavis est/ quæ pro tua gerit pietate/ & populi magna uictoria. Maxima siquē mihi cōsolatio est
Hebræos de Palæstina reliquisse uictores. In his itaq̄ omnis populū doluit/ & nimis ingemuit/ iura-
uitq̄/ nō se mori permittere. Ionathā uictoria huius auctorē. Et ipsi quidē abripuerūt eū a maledi-
cto patris/ oñes pro eo faciētes/ ut ei peccatū quoq̄ dimitteret/ deus. saul uero reuertens ad p̄p̄riam
ciuitatē usq̄ ad sexaginta milia hostiū interfecit/ regnauitq̄/ foeliciter/ & uicinas puincias/ gētēq̄ bel-
li iure subiecit. id est Ammonitarū/ & Moabitarū/ & Palæstinorū/ Idumeorū/ & reges eorū tributarios
fecit fieri. aut ei filii masculi quē tres. Ionathas/ & Iesus/ & Melchis. filia uero dua. Merob & Mi-
col. habuitq̄ militiæ p̄ncipē patrii filii. Abner filii Ner. Ner autē & Cis p̄ saul fuerunt fratres. filii
Abihel. Habebatq̄ saul curruū multitudinē/ & equestrīū/ & cū qb̄uscūq̄ pugnaret/ cū uictoria reme-
bat. Hebræosq̄ ad excellum magnitudinē foelicitatis euexerat/ & aliarum gentium potentissimos
demonstrarat. Iuuenes at̄ p̄ceritate & pulchritudine p̄cellētes elegit/ eosq̄ armigeros suos effecit.

Bellum & uictoria saul cum amalechitis.

Capi. VII



Eniē igitur samuel ad saul/ missum se dixit a deo ut eum cōmoneret/ quia cum electum
ex omnibus regem fecit/ & propterea debere eum obediētē sibi esse/ quomodo ipse q̄
dem haberet gentium principatum/ deus uero & ipse esset/ & rebus omnium dominator
adiiciebatq̄ dixisse eum quomodo multa mala Amalechitæ hebræis in deserto fecerunt
quādo egredientes ex Aegypto ueniebāt in regionē quæ nunc est eorū/ iō bello perimendos Amale-
chitas/ quibus subditis/ nullū eorū debere uiuū p̄cinitus relinq̄. sed oēm necādam atarē/ incipientes a
mulieribus pariter & infantibus/ & hoc suppliciuū eos q̄ maiores nostros afflixerūt sustinere. Sed ne-
q̄ iumētis neq̄ aliis pecudibus ob utilitatē propriāq̄ possessionē ait esse parcendū/ sed cūcta dicanda
deo/ & nomē Amalech secundū Moyſi mādata delēdū. saul uero p̄fessus ē se p̄cepta cōplere/ & obedi-
tiam non solū in hoc credidit/ ut contra Amalechitas pugnaret/ sed ut etiam uelociter properaturū
esse monstraret/ congregauit cunctū exercitū/ eumq̄ dinumerans in Galgalis inuenit/ Israelitarū
absc̄q̄ tribu Iuda circa. xl. milia uiuorum/ illa nāq̄ tribus sola. xxx. milia armatos habebat. Tunc ergo
saul Amalechitarū regionem ingressus/ insidias occultas circa torrentē fecit/ ut nō solum aperte pu-
gnans eos affligeret/ sed etiam inopinare super eos per incertas uias irrueret/ & circumdatos deusta
ret. Igitur congressus in pugnam/ fugauit hostes multosq̄/ peremit/ & reliquos persecutus est fugien-
tes. Cūq̄ illud opus propicia diuinitate cōplisset. Amalechitæ/ urbes obsedit. & alias quidem mo-
litionibus/ alias uero suffossionibus cloacarū/ & muris extrifecit/ & diuerso edificatis/ alias aut̄ fame
& siti/ alias uero modis aliis obsidens/ & fortiter capiēs ad necē cūctos/ infantū & mulierū/ simul inue-
ctus/ nihil crudele. nec ultra humanā naturā se facere credēs/ p̄mū q̄ in hostes hæc agebat/ deinde q̄
p̄cepto diuino cui nō obedire foret/ grādē piculū ministrabat/ cepitq̄/ regē hostiū Agag captiuum.
Cuius corporis pulchritudinē magnitudinēq̄ miratus/ decreuit esse saluādū/ nō hoc facies diuina uo-
transmissorum multitudinem/ & quicquid in uno quoque constructum est. Vnde potest optime opificum ars prospici/ & uisum omnium excellentia agnosci. Allegationis autem exemplum huiusmodi probatur. Maximo regi Demetrius. Praecipere te o princeps de his quae haecenus ad consumationem bibliothecae desunt/ quatenus colligantur/ & de his quae conuerunt ut debita diligentiam impetrant/ omni studio usum in his/ ad noticiam uestram pducam/ legislationis iudaeae uolumina nobis cum aliis deesse. Nam figuris hebraicis & uoce gentili conscripta/ inexplicabilia nobis existunt. Contigit etiam minus diligenter ea quae habent transferri/ dum regalem prouidentiam minime percepissent/ necessarium tamen est haec apud te cautius exposita reponi. Nam sapientissima & integra legislatio/ sic a deo data uidetur existeret. Quapropter inquit Acauius abdiripetas/ seu conscripserunt/ historiarum nullatenus meminisse eius/ nec uiros qui secundum eiusdem legislationis praecipua uixerunt/ eo quod casta nimis existeret/ ac non oporteret eam/ pphanis linguis exponi. Si uideatur ergo tibi rex/ scribe principi sacerdotum gentes iudaeae/ quatenus transmittat seniores ab unaquaque tribu legum peritos/ ut cum eis codicum explanationem & consonantiam cognouerimus/ & interpretationis rerum cautam expositionem acceperimus/ dignos codices tua uoluntate reponamus. Igitur tali suggestionem facta/ praecipit rex/ ut scriberent de his Eleazaro principi sacerdotum gentis iudaeae/ simul et de absolute seruientium apud eos Iudaeorum/ praeterea maderet ei/ quia transmississent ad faciendas crateras & libatoria/ pondus auri talera quinquaginta/ lapidum uero preciosorum/ estimabile multitudinem/ denuncias et custodibus arcae/ in quibus lapides seruabant/ ut electionem illorum darent opificibus/ quatenus quos uellent ad speciem operis collerent/ nec non operari ut pecuniam per imolationibus & reliquis causis centum talera sacerdoti darent. Narrabo igitur factas & modum constructionis eorum/ cum declarauero exemplum epistolae/ per principem sacerdotum Eleazaro a rege conscriptae/ quae principatus honore pro tali causa suscepto/ Defuncto principe sacerdotum Onia filius eius Symon successor extitit/ qui iustus est appellatus/ propter pietatem quam in deum/ & fauore quae erga regem habuisse uidebat. Quo mortuo & filium infantulum relinquentem nomine Onia frater eius Eleazarus de quo sermone fecimus principatum sacerdotum suscepit/ ad quem Ptholomeus/ uisum huiusmodi litteras destinauit. Rex Ptholomeus Eleazaro principi sacerdotum salutem. Multis habitantibus imperio meo Iudaeis/ quos per se cum potentes fuisset ad captiuitatem trahere/ quos aliquos pater noster ad militiam maioribus stipendiis deputans honorauit/ aliis autem in aegyptum cum eo ambulantibus/ castella & eorum custodia demandauit/ ut sint aegypti in terrorem. Cum uero ego principatum suscepissem/ omnes clementer tractaui praesentes ciues tuos/ quos plus centum milia captiuos & seruientes remisit/ possidentibus eos pro redemptione pecunias persoluens/ aetatibus autem uigentes numeris militaribus designaui multosque/ qui mihi uel aulae potuissent fidem seruare in palatio constitui/ arbitratus deo incundum pro mea prouidentia uotum ei hoc maximum deuouere. Porro uolens & istis & omnibus per uniuersam terram Iudaeis praestare/ leges uestras litteris graecis ab hebraicis translatis in nostra bibliotheca decreui reponere. Bene ergo facies/ eligendo uiros optimos/ seniores sex/ ab unaquaque tribu dirigere/ qui per aetatem legum sunt periti/ ualebuntque interpretationem earum caute nobis exponere. Nam opinor his perfectis/ maximam nobis gloriam praeparare. Transmisi uero qui deberet de his uobiscum disputare. Andream primatum custodum mei corporis/ & Aristenum mihi dilectissimos/ per quos etiam primitias uotorum ad templum/ & pro imolationibus & aliis rebus/ transmisi talenta centum. Tu autem manda nobis quae uolueris fieri/ quod gratius amplectimur. Cuius regis epistola Eleazaro fuisset porrecta/ nimium liberaliter ad eum ita rescripsit. Princeps sacerdotum Eleazarus. Ptholomeo regi salutem. Valentibus uobis cum Arfinoe regina/ uel filiis/ bene nobis omnia constent. Cum uero epistolam suscepissemus/ satis de tua uoluntate sumus gauisi. Congregantes autem multitudinem legimus eam quatenus ostenderemus/ quam pietate erga deum habeas. Demonstrauimus secum dum eas pateras quas mihi misisti aureas uiginti/ argenteas triginta crateras/ quinq; ad mensam dedicanda/ & quae directa sunt pro imolatione uel renouatione eorum quae templo desunt/ talenta centum deportata per andream & aristenum charissimos tibi amicos/ uiros optimos/ & doctrina praecellentes/ tuaque uirtute dignos. Cognosce uero nos per tuis utilitatibus/ & praeter naturam aliquid uelle pari dum reddamus tuis beneficiis/ quae multipliciter in nostros ciues largiris. Statim ergo pro te/ tuaque uxore/ uel filiis/ hostias obtulimus/ & multitudinem uota persoluit/ ut nobis eueniant quae desideratis/ & tuus principatus pace custodiatur. Ad interpretanda uero legem quam pro tuis comodis accipere postulas/ elegi uiros sex/ ab unaquaque tribu/ quos direximus legere ferentes. Erunt autem uestrae pietatis uel iusticiae/ ut post legis transcriptionem ad nos eam caute cum portitoribus remittatis. Vale. Haec quidem princeps sacerdotum rescripsit. Mihi uero non est necessarium uisum/ septuaginta seniorum ab Eleazaro missorum nomina declarare/ licet iudicatum fuissent sub epistola. Vorum tamen magnificenciam ad constructionem quae deo rex direxit/ non incongruum exponere putauimus/ quatenus omnibus munificentia regis erga deum dilucideatur. Siquidem ipse largos sumptus praestitit/ & semper opificibus opera transmittabat/ nihil constructi desidiote concedens/ quorum de singulis qualis fuerit magnificencia narrauo/ quamuis historia

historia narratione eorū minime deprecatur regis enim diligentia uel munificentia ita legentibus ar-
bitror aperiri. Primus aut de mensa differemus. Igitur habebat rex in proposito suo ualde maximā
mensam conficere. Præcepit aut dedicari in Hierosolymis mensē quantitatis cognosci si possit ma-
ior fieri. Cūq; percipisset qualis esset illic constituta & quia nihil phiberet maiore cōstrū dixit qn-
tuplā magnitudinē uelle se facere sed timere ne ad ministeriū pro magnitudinis quāitate inutilis fi-
eret. Nam nō eā tātū ad spectaculū deuouere sed et ministeriū habile uoluit dedicare. Quapropter
arbitratus mediocritē porē mēsa auri opia cōfectā magnitudinē quidē superare priorē noluit uarie-
tate uero uel pulchritudine materiali clariore conficere iudicauit. Sagax ergo ad discernendū uaria-
rum rerum naturā erat & inuenire nouas ammirandasq; facturas/ quae sine descriptione fuissent. Ha-
rum ipse prudenter inueniebat effectum & ostēdens artificibus ita perfici enūciabat ut quae descri-
pta fuissent eorum cautam similitudinē euidenter opifices imitarentur. Promissa ergo complentes/
mensam describere festinamus. Huius duorum semis cubitorum longitudinem latitudinem unius se-
mis construxerunt/ totam de auro formantes eam. Coronā quidē in palmā cōserunt. frontispicia ue-
ro uersatilia/ sculpturā habentia/ ornatam in speciem restis ex tribus partibus mare simulantis. Triā-
gulis enim existentibus frontispiciis unusquisq; angulus eandem formae dispositionē habebat. Quae-
dam uerteretur unam & non diuersam speciem demonstrabat coronā. Porro pars quae sub mensa
erat inclusa pulchre constructa fulgebat/ pars autem quae de foris apparebat/ artificii decore plus
cuncta splendebat/ quia uisui uel spectaculo patebat. Vnde proceritate partium ambarum acutam
fieri contigerat/ ne ullus angulus trium ut praediximus existentium in transductione minor uideret-
tur. Dispositi uero erant in modū funium torno factorum praeciosissimi lapides/ aureis sperulis per
foramina conclusi. Partes autem quae per latera coronae cernebantur/ in speciem ouorum optimo la-
pide factorum figurate nitebant/ sculpture uirgulas imitatae/ quae spisse circa mensam uoluebantur.
Ouorum autem dispositionem circūdlexerunt opifices ornatamq; omnium fructuum naturā uuas pē-
dentes/ aristas surgentes/ mala grana conclusa. Lapides autem secundum genus praedictorum fructuum
um ad ppiū uniuersumq; colorem formatos/ circa totam mensam ex auro ligauerunt. Sub corona
quoq; onorū similis ordo/ seu uirgae cōstitit/ ut ex ababus partibus eadē operis uarietate cauāq;
specie mēsa cōstructa pferret/ ne frontispicii uel coronae posito in alterā partē mēsa cōuersa fieret
diuersa/ sed eadē usq; ad pedes facies opis extenderet. Nā ductile aurum quattuor digitis latū/ secū-
dum totam mensae latitudinem super quod pedes eius imponebant/ fecerunt/ deinde sperulis & clau-
suris eos cum corona mensae construxerunt/ ut eundem artificii/ uel magnificentiae usum praerberet.
in quacūq; partem mensa conuertaretur. Super mensam aut Meandrum fluiuium sculperunt/ lapi-
des praeciosissimos in medio eius tanquam stellas uario colore ponentes. Nam carbunculū uel sma-
ragdum iocundo aspectu fulgentes miserunt/ aliorumq; genera labidum qui uel industria uel emula-
tione digni/ per excellentiam naturae cunctis existunt. Post meandrum autem completum/ in speci-
em funis quiddā circumferebat/ in medio figuram sublongā & rotundā habens/ super quod chrystali-
nus lapis erat electrum impositi pari poene fo-
marum aspectu/ qui delectationē miram intuentibus
praestabant. Capita uero pedum eius similia liliis fabricauerant/ curuationē brachioꝝ habentia sub
mensa reflexā/ intus uero rectum instar liliū germē uidebat/ quae lapis carbunculus in palmū factus/
figurā crepidinis ostēdens/ & latitudinē octo digitorū habens sustentabat. Nā sup eum pedū omne
pondus innitebat. Sculperunt et tenuissimo uel laboriosissimo torno unūquēq; pedū/ in quibus he-
derae uel uitis palmites cū uuis existentibus eminebat/ ut nihil a ueris discrepare putarent. Siquidem
ad aure flateū per tenuitatem & extensionem summmitatis suae cōmota/ imaginationē naturalium arte
praebant. Verūteriam figurā totius mensae tribus tabulis construxerunt/ compagine ptiū in inuicē
ita colligata/ ut inuisibilis existeret/ nec intelligeret eorū insertio. Cōstitutū uero mensae non minus
dimidio cubito fuisse dinoscitur. Talis ergo uotiuā mensa multa regis munificentia/ uel praeciositate
materiae/ ac uarietate pulchritudinis/ & industria artificū studiose perfecta est/ & licet magnitudine
prioris deo deuota mensa nō destinaret/ artificio tamen & nouitate/ uel claritate factura/ ualde me-
lior & splēdidior elimata fugebat. Crateras etiā aureas duas fecerunt/ sculpturā uiperā ab inuicē
parte usq; ad cingulū habentes/ lapidibus uariis in squāma cōclusis. De hic sup eos fecerūt Meandꝝ
altū cubito cōpositione lapidū diuersorū/ specie magna fulgentē/ in quo uirgae ordo instabat/ de q/
bus cōplexionibus simul usq; ad labrū protrahēbat. Per mediū quoq; quattuor digitorum sculptura
pulchris lapidibus inserta/ decore craterū ostendebat/ quoꝝ labra liliorū foliis/ & uuas floribus in
orbē pductis corona cōplectēbat. Et aureas qdē crateras duas/ capientes utraq; āphorā huiusmodi
construxerunt. Argentei uero clariorem speculis splendorem emittebant/ ut certius in his facies aspi-
cientium uiderentur. Insuper fecit rex pateras triginta ex auro necnon lapide praecioso/ & circum-
date foliis hederarū/ uel auratis bratteis quasi uitis coelatura artificiose obumbrabantur. Haec ideo
ita fiebant quod per scientiam opificis arte mira reliquos anteirent/ & multo melius studio uel mu-
nificentia

nificentia/ regis formabantur. Non enim tantum incessanter & large artificibus impendia praestabat/
quanto et publicoꝝ negotioꝝ relictis regiminibus ipse operantibus semper instabat/ & frequenter ar-
tifices uisitabat. Quapropter opera opificum diligentia regis & industria feruente propensius imine-
bat. Cūq; haec ad Hierosolymā transmissa Prolomei uoto fuissent/ & princeps sacerdotū Eleazarus
ea deo dicasset/ porticoꝝ eorū honoras/ donaq; regi deportanda praestans ad eū remisit. Ergo post
quam Alexandria peruenit/ est/ & Prolomeus praesentia eorū cū septuaginta senioribus audiuit/ sta-
tim Andrea & Aristenū legatos euocari praecipit. Qui uenientes/ epistolas quas a principe sacerdo-
tū deportauerunt obtulerūt/ & ea quae uerbis eos disserere iusserat edixerunt. Studens aut colloqui
senioribus ab Hierosolymis pro interpretatione legū directis/ diuersos quidē qui pro suis causis ade-
rant denunciauit dimitti/ mirabile hāc & praeter cōsuetudinē faciens dimissionē/ ut qui ppter hmoi
causas ducebant/ post quintum diem eum adirent. Legati uero post mensam a rege tunc dimisi/ illos
ab Eleazaro destinatos expectabat. Dūq; seniores illi cum donis quae regi deportanda pnceps sacer-
dotum eis dederant/ cū uoluminibus transierunt/ in quibus litteris aureis cōscriptae leges
cōtinebant. Et rex eos de codicibus percunctabat. Cū uero reuelarent/ & ostenderent tenuitate mē-
brae/ uel in cōprehensibile eorū cōpaginem rex miratus est/ q; ita fuissent cōpacta. Dūq; hoc diu
fecisset/ gratias inquit ago/ uobis quidē q; uenistis maiores uero illi qui uos destinauit/ sed ante om-
nia deo/ cuius haec leges uenerandae probantur. Cūq; clamassent seniores uel hii qui praesentes erāt/
orantes prospera regi diuinitus euenire/ nimium delectatus prorupit ad lachrymas. Nā septius natura
hoc summo gaudio patit/ quod et dolentibus solet accidere. Tunc iussit Codices primatibus officii
designari/ uiros aut oculos aequū dixit esse primū ad eos facere sermonē/ pro quibus essent uocati/
imo & diem quo ad eum deducti fuissent/ clarū singulis annis per totū uita suae tempus celebrare se
promisit. Nam euenit eundem esse primū praesentiae illorū/ & uictoriae diem/ quo Antigonus nauali
proelio uicerat Epularem etiam secum eos praecipit hospitium/ in arce denūciauit eis omnia deputari.
Nicanor aut super susceptionem peregrinorum cōstitutus. Dorotheo uocans/ qui de his curam ha-
bebat/ iussit singulis necessaria praeparare. Nam ita dispositum a rege fuerat/ ut alimenta quibus sin-
gulae ciuitates utuntur/ exhiberentur diligenter consuetudini peregrinoꝝ ad eos uenientium/ & eis
omnia ad nutum eorū pararentur/ quatenus cibis solitis magis delectarentur/ ne forsan corrupti ex-
traneis grauentur/ quod & circa istos effectum est. Dorotheo uero quē pro sinceritate uita super
haec rex constituerat/ per quem/ & praeparauerat omnia/ quae ad hmoi cōueniret cōiuiua haec im-
plente/ partem quidem mediā eorū ad dexterā suam/ reliquos autem post eius accubitu/ nihil praeter
mittens/ quod ad eorū honorificentiam pertineret. Postquam aut ita discubuerunt/ iussit Dorotheo so-
lita ministrare/ quibus oēs ludaei ad eum uenientes utebantur. Tunc itaq; sacros praedones & imola-
tores & alios qui uota faciunt reculauit/ & unū e senioribus nomine Hielyseum sacerdotē existentē/
rex petiuit facere orationē. Qui in medio stās regi bona & subiectis eius optauit/ & post plausus cū
gaudio & clamore omnium surrexerunt & residētes ad epulationē & delicias paratas se cōtulerūt. Prae-
terea rex quātū satis ei uisū est coepit philosophari/ & unūquēq; eorū naturales percunctari sermo-
nes/ & ad cōtēplationē questionis accendere/ cauteq; illis ad omnia respondentibus quae eis obiecta
essent & explanantibus gauisus/ per duodecim dies hoc cōiuiui instruxit. Et qui uult singula cogno-
scere/ quae in cōiuiui praeparata sunt/ legat uolumina Aristeni/ quae ppter haec cōscripserat/ & agno-
scet. Mirante uero eos nō tantū rege sed et Menedemo philosopho/ dicente omnia per prouidentia
dispensari/ ideoq; uirtutem & pulchritudinē uideri/ desistit rex quidem de his facere sermonem dice-
bat aut maxima sibi bona per praesentiam eorū fieri/ nam profuisse ei quod didicisset ab illis/ quem/
admodum deberet regnare/ iussit dari singulis talenta tria/ & deputauit illis/ qui eos perducere ad
diuersoria deberet. Postquā uero tres excelserrunt dies/ congregans eos Demetrius/ transiit ad stu-
dium maris/ & unū transiens potestatem/ adiit partes aequiloni cōiunctas cōciliūq; fecit in domo ppe-
littus stāte/ & apta secretis ad cognitionē negotioꝝ. Vbi eos perducens/ petebat omnia quae opus
habebant ad legis interpretationē/ ut ipsis praesentibus diceret/ & incessanter opes inuenirent. Cūq; illi
munificentē/ & laboriose cautā interpretationē faceret/ usq; ad horā nonā in hoc sedētes/ ad curam
corporis uertebant/ ita inuitante eos Dorotheo/ uel opulētē cōuersationis salubria sbente/ multaq;
etiā ex his quae regi parabant. Mane aut ad aulā uenientes/ Prolomeū salutabat/ & rursus ad eundē lo-
cum rediebant/ & manus in mari lauantes/ & seipsos purificantes ita legis interpretationi uocabāt.
Itaque transcripta lege & opere interpretationis ad effectū per. lxxii. dies transacto. Cōgregans De-
metrius ludaeos omnes ad locum in quo translatae leges fuerant/ praesentibus etiam interpretibus le-
git eas. Cūq; multitudine amplexa legem/ uel seniores eius interpretes. Demetrius eo quod magna-
rum rerum inuenitor esse uideret/ laudasset rogauit et ut & praesidibus suis daretur legenda/ & petie-
runt omnes sacerdotes interpretes/ seniores/ & praepositos gēris/ ut bene interpretata/ pmaneret im-
mobilis. Cum uero omnes sententiā laudassent/ iusserunt/ ut si quod aut superfluum/ aut minus ali-
quid

quid scriptum uiderent in lege hoc despicerent & manifestum facientes emendarent hoc castigant/tes ut quod semel iudicatum fuerat bene se habere sempiterna memoria remaneret. Gaius ergo rex/ & uides uoluntate suam ad uilem rem esse profectam & delectatus relictis legibus & sensum & sapientiam & legislatores oblitusque ad Demetrium sermones facere cepit quod ita mira existeret legislatio quod nemo neque historiographus neque poeta meminisset eius. Cui Demetrius respondit ne/ minem fuisse autum harum legum tangere conscriptionem quod diuina & uenerabilis esset & quia/ si sunt quidam a deo hoc praefuentes. Significabat uero qualiter Theopompus uolens in historia aliquid de his conscribere sit mente turbatus plus triginta diebus & cum ad se reuertus cum humi/ litate a deo ueniam supplicaret dei sibi clementiam factam suspicatus esset necno & in somnis uide/ rit quod ei ideo accidisset quia diuina scrutatus esset & proferre ea ad homines impuros uellet/ cui con/ scribere quieuisset recepit sensum. Referebat autem & de Theocteto tragicarum poeta dicens quod/ cum nihil fuisset in aliquo dramate eorum meminisse quae in diuino uolumine continetur oculis ob/ securatis recognouit causam suae cecitatis & ita liberatus est a passione deo ueniam indulgens. Haec ergo rex pure suscipiens petiuit interpretes frequenter ad se de iudaea proficisci hoc enim eis ad ho/ norem & ad donationem ab eo profuturum dicens nunc uero iustum esse eos dimitti dicebat spon/ te autem ad eum uenientes omnia quae aequum esset sapientiam eorum impetrare & pro sua mai/estate dignum largiri promisit. Et quidem tunc remisit eos donans unicuique optimas tres stolas & auri talenta duo & calicem unius talenti totumque conuiuatorium. Principi autem sacerdoti Elea/ zaro destinauit per eos lectos cum aureis pedibus decem & conuenientem eis supplectilem & cali/ cem talentorum triginta super stolas decem & purpura & coronam decoram & lineas de bysso centum praeterea & pateras & trullam & libatoria & crateras aureas duas deuouendas. Petiuit autem & per episcopos stolas ut si quis de his uiris uoluisset reuerti ad se eum permitteret dum nimium delectaretur cum eruditus habere sermonem & diuicias suas libenter talibus impartiri. Huiusmodi quidem causam ad honorem & gloriam iudaeorum Ptolomeo nomine Philadelpho fieri contigit.

Quemadmodum honorauerunt reges Asiae gentem iudaeorum cuiusque multos ex ipsis in sua
biectis suis ciuitatibus statuerunt. Cap. III.



Impetrauerunt autem & a regibus Asiae honorem quo cum eis castrametati sunt. Nam Seleucus nomine Nicanor in ciuitatibus quas per Asiam edificauerat & inferiori Syria & in ipsa Meropoli Antiochia republica sua dignos eos effecit & aequum eis honorem cum habitatoribus Macedonibus & Graecis deputauit. Haec enim in eadem conuersatione eos aliquando mansisse signum est quod iudaei nolentes alienigenae uti oleo accipiunt distincta quadam a principibus olympiaci certaminis pro praecio olei pecunia populog Antiocheno in praesenti bello uolenti soluere consuetudinem. Mutianus praefectus tunc syriae constituta seruitutem & post haec imperatoribus Vespasiano & Tito orbis terrarum supplicauerunt Alexandrini & Antiocheni ut eis ius reipublicae de reliquo cum iudaeis non deberet esse commune nec impetrauerunt. Unde potest considerari romanorum modestia & potius magnificentia Vespasiani & Titi. Qui cum multa pericula bellando contra iudaeos sustinuisent. Acerbe ferentes quod se tradere noluisset sed usque ad finem pugnantem permansissent nihil poenitus eis de hoc quod dudum praestium fuerat abstulerunt sed simul & priorem iram & petitionem magni populi Alexandrini & antiocheni uiuaciter expulerunt dum nihil neque pro amicitia ad gratiam istorum neque pro inimicitia deuictorum concederent quatenus perfolueretur aliquid pristinae iudaeorum utilitatis dicentes eos in pugna dedisse poenas qui armis coeperunt infontes autem non esse iustum sua possessione priuari. Simile uero & marcum agrippam erga iudaeos sensisse cognouimus. Nam motis contra eum Cretensibus & petentibus Agrippam ut conuersationem qua eis Antiochus Seleuci nepos quod apud graecos deus nuncupatur dederat soli possiderent & dicentibus ut si cognati essent eorum iudaei coleret proprios eorum deos habito iudicio iudaei nicerunt ut suis utant moribus defendere eos Nicolao damasceno. Nam Agrippa interlocutus est nihil inouare eis licere. Siquis autem certius haec uult nosse legat nicolai centesimam & uicesimam tertiam & quartam historiae & Agrippae quidem iudicium non est forsita admirandum. Non enim pugnat tunc gens nostra aduersus romanos. Vespasiani etiam & Titi magnificentiam quibus oblitus est quod post tota bella totaque certamina quae contra nos habuerunt tam pie dispositi sunt. Repetatur orationem unam ad haec uideor esse dignum. Iudaeos igitur sub imperio magni Antiochi regis Asiae constitutos contigit multa tollerasse dum terra eorum diuersis calamitatibus subiaceret cum illis quod humile Syriae habitare uidebant. Nam cum antiochus pergnasset contra Eupatoris ptolemei & eius filii ptolemei cognomine Epiphanis laborare contigit eos cum uicere & uictis & eadem pati ut per existeret naues turbatae & tempestatibus fluctuantes dum iter faceret eorum calamitate antiochi fuisset coeter constituti. Cum uicisset ptolemeum antiochus iudaeam recepit. De facto uero ptolemeo filio eupatore filio eius magna uirtute militum misit & ducem scopam nomine contra humilem syriam multasque eorum ciuitates cepit. Ex quo nostra gens expugnata adiecta ei & non post multum Antiochus

Antiochus Scopam uicem/ colligens contra eum iuxta fontem iordanis & multos ab exercitu eius prostrauit. Postea uero Antiochus capiente Syriae ciuitates quas Scopam tenuerat ex Samaria sponte gens iudaeorum ad eum transiens in ciuitate omnium eius exercitum suscepit & elephantis abundanter alimeta praebuerunt & obsidite eos qui ab scopam in arce Hierosolymorum relictis sunt custodes prono aio auxilium praestiterunt. Igitur Antiochus iustum arbitratum iudaeorum erga se studiis liberaliter remunerandum scripsit magistratibus & amicis testimonium exhibens quod ab eis bene tractatus est sed & donationes quas eis pro gratia retribuere cogitauit manifeste illis innotuit. Refera uero epistolas quas magistratibus de ipse scripserat praeponebat testimonium quod nobis sicut Polibus Megalopolitanus in undecima historia sua ita dicens. Ptolemei dux scopam ad superiora uadens loca superauit hiemis tempore gentem iudaeorum. Dicit namque & in eodem uolumine qualiter scopam Antiochus deuincens Bythyniam & Samariam & Abella & Gadera cepisset. Paulo post uero tradiderunt se ei iudaei qui circa templum habitabant. Facte autem apparitionis in templo ad aliud tempus narratione differant. Polybius quidem haec in historia conscripsit. Nos autem reducamus orationem ad narrationem priorum intimantes epistolas regis Antiochi. Rex Antiochus Ptolemeo salutem. Iudaei mox ut prouinciam eorum ingressi sumus liberalitatem circa nos suam ostenderunt & uenientes ad ciuitatem clare nos susceperunt cum senioribus & principibus occurrentes & abunde ministrauerunt militibus & elephantis uictualia & nobiscum ad arce pugnauerunt contra custodes aegyptiorum. Ergo dignum & nos iudicamus eos remunerari & reficere ciuitatem destructam & rursus in eam habitatores congregare dispersos. Et primum constituimus propter pietatem eis praestari ad imolationes uictimarum & uini & olei & libaminis scilicet argenti uiginti milia & ad similia secundum prouinciam legem tritici modios mille quadringentos septuaginta quinque. Praebent autem haec inquit eis uolo secundum mea mandata & opus templi construere & porticus & si quid oportet aliud restitui. Materies autem lignorum deponatur ex ipsa iudaea & ab aliis gentibus & a libano nullo pro his exitu uectigal. Similiter & in aliis in quibus oportet clarissimum templi fieri uolumus aedificationem. Conuerterit omne genus eorum secundum proprias leges relaxent & sacerdotes & scribae templi & cantores sacri a tributis quae pro suo capite dabant & regio uectigali uel ab aliis cunctis oneribus ut pro opere eorum ciuitas habitationibus hominum apta reddat. His quoque quae uel nunc habitant uel habitaturi conueniunt donamus tributa usque ad mensem hyperberethem & per tres annos liberamus a tertia parte fiscalium quatenus eorum lesio reuelet. Et quicumque ab ipsa ciuitate ad iuga seruitutis abstracti sunt ex ipsis gentios libertati donamus & substantias eis reddi praecipimus. Epistola quidem haec continebat. Ornato autem templo edictum per omne suum transmisi imperium in quo continebatur neminem alieni genarum intra muros templi ingrediendi habere licentiam nec iudaeos nisi quibus mos est purificatos secundum patriam legem neque inferri ciuitati equinas carnes neque ferarum manerum uulpium aut luporum aut leporum aut pardorum & generaliter omnium animalium quae iudaeis interdictione sunt nec pelles eorum liceret afferri neque horum aliquid intra ciuitatem pascere sed solitis parentum uictis ex quibus & deo oportet sacrificare ut permissum est. Qui autem aliquid horum transgressus fuisset iussit ut multatus pecuniae praestaret sacerdotibus dragmas tria milia. Scripsit etiam testimonia nostrae pietatis & fidei praebens cum rebelles Phrygas & Lydos adisset eo tempore quo ad superiores Persarum ierat prouincias iubens Zeusi carissimo ut mitteret quosdam nostrorum a Babylone ad phrygiam ita per epistolam suam mandans rex Antiochus Zeusidi patri salutem. Si sani estis bene est sanus & ego sum. Audiens autem phrygas & Lydos rebellare magna cogitatione per motus consilium animo percepit quid oporteret fieri. Placuit autem ad castellum uel necessaria loca Mesopotamiae & babyloniae iudaeorum domus duo milia cum apparatu suo deducere. credo enim fideles nobis eos custodes futuros propter pietatem quam circa deum habent. Nam testificantur patentes nostri fideles eos & prouum animum habere in his quae petiti fuerint. Volo igitur licet difficile esse credam migrari ut permittas eos legibus propriis uti & cum eos ad praedicta loca migraueris ad aedificandas sibi domos locum unicuique distribuere terramque colendam dari & uicium plantationes & tributa fructuum terrae concedere ut nos accipiant. Accipiant uero usque quo fructus colantur triticum ad cibum seruorum quod eis sufficiat ut nostram impetrantes clementiam prouideres seipsum erga nos praebent. Praeterea prouidentiam faciens eorum gentis secundum possibilitatem quatenus a nullo molestiam partiantur. De amicitia quidem magni antiochi & iudaeorum haec a nobis pro testimonio dicta sunt. Postea uero ut amicitiam & foedus Ptolemeus cum Antiocho composuit dedit ei filiam suam Cleopatram ad nuptum concedens ei humilem Syriam & Samariam & iudaeam & Phoenicem dotis nomine. Diuisis autem in utrumque regem tributis uniusquisque sublimissimus patriae suae uectigalium summam statuum regi offerebat. Eodem uero tempore Samaritae infeliciter agentes multa contra iudaeos mala fecerunt terramque eorum depopulantes multos inde captiuos trahebant quae facta sunt sub principe sacerdotum Onia. Nam defuncto Eleazaro principum tu sacerdotum patrus eius manasse suscepit cui post finem uitae onias eo in honore successit filius eius Simonis

Simonis cognomine iusti/ qui Simon frater Eleazari/ sicut prædiximus/ erat.

De infelicitate Iudæoz/ quam postea emendauit Ioseppus filius Tobia/ cõponens amicitias cum Ptolomeo cognomine Epiphane.

Capi. III.

Post autem Onias paruulus mente/ & pecuniis auarus existens/ pro populo regibus ueti gal quod patres eius ex p̄p̄riis dabant idest uiginti talenta pecuniarū/ nõ reddens ad irā regē Ptolomeū cõmouit/ qui & legatū transmittens ad Hierosolymā/ cõspabat Oniam non reddentē tributa/ & interminabat/ ut si nõ acciperet tributa/ terrā eoz/ ad iugera metiret/ & mitteret ad habitandū illic milites. Audientes uero mandata regis iudæi turbabant/ hūc autē Oniā nihil hōge/ flectebat/ p̄pter auariciā suam. Ioseppus autē quidā iuuenis ætate/ sed p̄pter castitatē & suā prudentiā iusticiæ gloriā hñs apud Hierosolymas/ patre Tobia/ & ex sorore Oniæ principis sacerdotū p̄genitus/ mandante matre legatū præsentia dū ille esset ad fiscalā uicū/ ubi natus erat ueni ensin ciuitatē increpabat sacerdotē/ nõ p̄uidētē innocentie ciuium/ sed ad periculā mittere uolentē gentē propter pecuniā/ priuationē/ dum per ipsū populū dignitatem accepisset/ & p̄ncipatū sacerdotalis honoris impetrasset. Si autē cupiditate haberet pecunias/ ita ut p̄pter ipsas & periculū fieri patriæ/ & ciues suos afflictos uidere pateret/ suadebat ei ad regē ire/ & petere/ ut ei aut oēs pecuniæ/ aut pars cõcederet. Tunc Onias neq; principatū uelle se gētis hēre respondit/ imo/ & sacerdotale honorē si esset possibile paratū se esse deponere/ ne tantū ad regē accederet. Et dū nihil ad se de his pertinere dixisset/ Ioseppus interrogauit eum/ si sibi concederet legationē ad Ptolomeū/ gere re pro gente. Cūq; cõcessisset Onias/ ascendit ad tēplum Ioseppus/ & conuocata multitudine ad cõtionem nihil turbari eos uel timere suadebat/ propter auunculi Oniæ circa eos negligentia/ sed rogabat/ ut deponeret cordis mēsticiā/ quā pro regis mādatis affligebat. Nā legationē facturū sed ad regē promisit/ ut flecteret eum/ quo nihil iniquitatis in eos efficeret. Multitudo quidē hæc audēs. Ioseppo gratias egit/ ipse autē a tēplo descendēs/ in hospitiiū suscepit Ptolomei legatū/ donauitq; ei magnificētissima munera/ & per multos dies munificentissime eū pauit/ & ad regē remisit/ p̄mittēs ei ut & ipse sequeat. Nā p̄nior factus erat/ p̄ficilci ad regē legato inuitante/ & cõcitante eū ad Aegyptū puenire/ & promittēte omnia quæ a Ptolomeo peteret/ p̄ se eū ipetraturū/ quia modestiā more eius nimis amabat. Cūq; legatū ad Aegyptū puenisset/ & regi nunciasset in deuotionē Oniæ/ & ut iuraret Ioseppi/ quē uenturū ad eū dicebat/ & satisfactū pro excessu Oniæ/ q̄t regē patronū esse cõfideret/ tanta laudū magnitudine/ p̄ adulescētē utebat/ ut regē & uxore eius Cleopatrá prius familia rem faceret habere Ioseppū/ quā eū haberent præsentē. Ioseppus autē mādās amicitias ad Samariā/ & mutā ab eis accipiēs pecuniā/ & parās cõueniētiā p̄fectioni/ ueltes & pocula/ & subingalia/ quæ oīa ad uiginti milia dragmas essent ad Alexandriā usq; puenit. Cõtingit autē p̄ illud tēpus oēs p̄marus & magistratus ascendere ciuitates Syriæ & Phœnicie/ ut uetigaliū susciperent exactiōnē. Nā singulis annis potētibus per ciuitates eā rex cõmittere cõsueuerat. Vidētes autē hi per uia Ioseppū deridebāt eius paupertatē & inopiā. Cūq; ad Alexandriā puenisset/ in Mēphis Ptolomeū esse cognouit/ cui occurrere festinauit. Sedē autē sup currū rege cū uxore & amico Atheniense/ qui cū legatione ad Hierosolymā destinatus/ & a Ioseppo hospitio clementer exceptus est. Videns athenio/ mox regi innotuit/ dicēs hūc esse/ de quo ab Hierosolymis ueniens nunciavit/ quā bonus inquit iuuenis/ & liberalis. Ptolomeus uero primus eū salutauit/ & ascendere sup currū fecit. Postq; uero sedit/ cepit rex Oniā accusare. Tūc Ioseppus ait/ Veniā ei quēso præsta/ propter senectutē. Nō. n. uos later/ q; senes & infantes eandē mētē cõtingit habere. A nobis autē reddit tibi ratio/ ut ei poenitus irasci n̄ debeas. Gaius autē rex/ de prudentiā atq; beniuolentiā iuuenis/ plus eū quippe iā expertū diligere cœpit/ iussitq; in aula regis suscipi/ & quotidie suæ mensæ esse cõiuuā. Cūq; uenisset ad Alexandriā/ rex uidentes Syriæ p̄ores cõscedentē Ioseppi/ agrē ferebant. Instante uero die/ quo suscipi habebāt uetigaliū solēnter exactiōnes diuersas/ ciuitatū nobiles data pecunia suā patriæ exigēda fiscalia cõducebāt/ quæ usq; ad octo milia talēta humilis Syriæ & Phœnicis/ & Iudææ & Samaritæ coligebat. Audiēs ergo Ioseppus cõspabat eos qui cõducebant/ tanquā paruo munere exigenda/ regi uetigalia p̄mississent. Ipse autē duplū dare pollicitus est/ & fisci iuribus peccatiū substantias applicare. Nā & hoc eū uetigalibus traiebat. Rex itaq; libenter audiuit/ q; ad eius ærariū spectaret augmentū/ & petere Ioseppo cõfirmari sibi uetigaliū cõductionē/ interrogauit si secundū p̄missionē suā uades idoneos habere potuisset. Ille uero facile respondit. Dabo inquit homines bonos/ & optimos de quibus cõfidas. Cūq; diceret rex/ qui sunt isti uades/ quos te dare p̄mittis. Ioseppus/ te inquit o rex/ & tuā uxore/ p̄ utraq; parte sponsores s̄bebo tibi. Cuius uerba libenter suscipiens Ptolomeus/ sine fideiussore uetigalia eū habere permittit. Quod factum nimis contristauit eos/ qui de ciuitatibus Syriæ/ ad ægyptum uenerant/ quod simili non fuerant benignitate tractati/ unde cum magna confusione ad suas unūquisque/ pro uincias recessere. Ioseppus uero accipiens a rege duo milia peditū/ petiuerat enim aliquod auxiliū/ ut uites haberet contra contumaces ac rebelles/ exigere/ tunc mutuans propter expensas suas ab amicis

amicis regis quingenta talenta de Alexandria in Syriam est p̄fectus/ q; postq; uenit in Ascalonē ueti galia exigens Ascalonitas/ qm̄ nihil dare uolebant/ sed et corumelius eū grauibz afficiebant/ capiēs priores ipsoz/ uiginti trucidauit/ & substantias eoz/ usq; ad mille collectas/ talenta regis utilitatibus applicauit/ intinans ei quæ contigerunt. Miratus autē P̄tholomeus prudētiā eius/ & laudans q̄ facta fuerant/ p̄misit ei agere quæ uellet. Hæc audientes Syrii obstupuerūt/ Ascalonitaz/ cõrumaciā/ exempla/ metuentes ciuitatibus suis/ & ideo foribus ciuitatū referatis/ deuotis animis aduentū Ioseppi/ sustinebant. Nitentibus uero Scitopolitanis contumeliis eū afficere/ & uetigalia denegare/ quæ prius sine dilatoe/ reddebāt/ hōge/ quoq; pores interfecit/ substantiasq; eoz/ fisci iuribus applicauit. Colligēs uero pecunias multas/ & maximū faciens lucr/ ab exactōe uetigaliū abutebat/ collecta pecunia/ ut ei potentia p̄maneret/ occasione sibi/ & cām foelicitatis seruare putans/ ex his quæ congregauerat/ & multa large regi/ & Cleopatraz/ uel amicis eoz/ bona dirigebat/ patrocina sibi eoz/ fauorēq; concilians. Potius uero hac foelicitate/ p̄ annos uiginti duos/ & p̄ factus ab una qdē uxore septē filioz/ habuit/ et ex filia fratris sui solini unū noie Hyrcanū/ quā accepit/ ex tali cā cum fr̄e quodam Alexandriam p̄gens/ ducente et secū filiā nuptiis iam maturā/ ut eā cõiungeret alicui sublimi iudæoz/ dū apud regem conaret/ & intrasset Pantomima ad cõiuuū cõcupiuit eam/ fratriq; nunciavit desiderii suū/ petens eum celare suū peccatū. Nā apud iudæos lege phibetur alienigenæ cõuenire mulieri/ quā p̄ petebat/ ut fideliter cām eius cupiditatis expleret. Frater autē eius libere ministeriū suscepit/ ornāsq; suam filiam/ nocte adduxit ad eū/ & collocauit. Ille ex ebrietate nesciens ueritatē/ cum fratris filia cõcubuit/ quo sepius factū ualde dilexit eam/ dixitq; ad fr̄em qd̄ uita eius p̄claretur/ si rex ei minime cõcederet Pantomimā. Fratre uero petente nihil eū debere metuere/ quia licet ei frui muliere uxore/ q; hēre/ & uerz/ aperiens ei/ ac dicens magis se uelle filiā iniuriam sustinere/ quā illū uidere ad cõfusione detestabilē puenire/ laudans eū Ioseppus de cõcordia fraternitatis filiam eius duxit/ uxorem/ & filium ex ea genuit Hyrcanū/ ut prædiximus. Qui cū adhuc tertiudecimū annū agens/ demōstrabat naturalē fortitudinē/ & prudētiā/ ut etiā acerbam emulationē/ fribus suis excitaret. Ioseppo uero uolēte cognoscere/ q; de filiis suis uirtute melior existeret/ unūquēq; ad doctoz/ sublimiū studia delinuit. Et ceteri qd̄m desidia disciplinarū/ indocti fatuig; redierunt. Post illos autē adolecentulum Hyrcanum direxit/ dānsque ei trecenta iuga bouū/ transmisit uiam duorum dierum ad solitudinem/ seminare/ celans lora quibus ligantur/ quia non habens Hyrcanus/ aratorum quidem sententiā reprobaui/ suadentium/ ut ad patrem mitteret quosdam deferre lora. Tempus autem non arbitratus non oportere se perdere/ dum expectaret illos qui transmittendi erant/ excogitauit uirilē quoddam/ & maius ætate sua. Occidens enim decem iuga/ carnes quidem operaris distribuit/ pelles uero eorum incidens retinacula fecit/ per quæ iuga ligauit/ & hoc modo seminans terram/ quam ei præceperat reuerfus est ad eum/ quem pater suscipiens nimis dilexit/ propter prudentiam/ & arguit mētis/ & fiduciam eius/ laudans tanquam solum proprium filium diligebat/ propter quod fratres eius contristabantur/ ut uero nunciavit quidam Ioseppo/ per illud tempus filium regi P̄tholomeo gētiū/ & qd̄ omnes priores Syriæ/ & subiectarum provinciarum/ celebrarent natalis pueri diem/ cum apparatu maximo ad Alexandriam ire/ ipso quidem senio prohibebatur/ filios autem interrogauit/ quis illorum ad regem uellet ire/ maioribus uero recusantibus/ & ad tales conuentus indoctos se esse dicentibus/ fratremque Hyrcanum posse ad regem ire/ firmantibus consuluit eum. Qui cum se promississet iterum dicens/ se in uia non multas opus habere pecunias/ dum soleret bibere/ modeste/ & ei decem/ milia dragmā abunde/ sufficere/ gaudius est de sobrietate filii. Deferens autem parum puer patri suadebat/ dona quidem exinde ipsi regi non mittere/ dare uero epistolam ad dispensatorem in alexandriam/ quatenus ei preberet pecunias/ ad comparationem eorum quæ optima uel præciosa poterat inuenire. Qui opinatus decem talenta sufficere ad sumptum regii muneris/ filium collaudans/ ut bene admonentem scripsit dispensatori Arioni/ qui omnes per alexandriam eius dispensabat pecunias/ non minus tria milia talenta existentes. Nā Ioseppus a Syria pecuniam ad Alexandriam mittere/ bat. Et constituto die ueniente/ in quo assignari regi oportuisset/ Arioni scribebat/ ut eas redderet. Igitur Hyrcanus suggerens patri/ accepit epistolam ad alexandriamq; perrexit. Egresso autem eo/ fratres eius scribant omnibus regis amicis/ ut eum occiderent. Qui ut peruenit ad alexandriam/ portexit Arioni epistolam. Quo interrogante eum/ quanta uellet accipere talenta/ nam sperat eum quare/ re decem tantum/ aut his/ pauco plus/ cūq; dixisset mille opus habere iratus/ increpabat eam/ quasi uolentem luxuriose uiuere/ & dicebant quemadmodum pater eius substantiam collegisset/ labore uel abstinentia/ & imitatorum fieri genitoris inuitabat. Dare autem non plus nisi decem talenta se dicebat/ & hæc ad regiam donationem. Tunc furore commotus/ adolecens in uincula arionem misit/ cuius uxor ad Cleopatram demandans petiit/ quatenus puerum increparet/ nam ualde arion apud eaz honoribus præcellerat/ quod etiam ad regis noticiam/ Cleopatra perduxit/ Ptolomeus ad Hyrcanū mitterens admirari se dicebat/ q; a patre se transmissus non cum uidisset/ insuper/ & dispensatorem li/

gasser. Veniret ergo eum & cām sibi pro qua veniret indicare scepit quē serunt nuncio regis ita rī dūset legē eē penes iudaeos/ quā phibet cōmunes epulas prius attingere/ quam in tēplo dei imolare. Et ideo distulisset ne sine donis a patre transmissis ad regē pueniret. Propter hanc cām nō ad eū uenisse/ seruū aut punisse nō obsecutū iussionibus suis dum nihil distaret inter magnū & minorē dñm/ sed si taliū cōtumacia nō emendatur/ & tu inq̄ spera sūt a subiectis cōtemni. Quā Ptholomeus audiens ad rīsum cōuersus magnanimitatē adolescentis miratus est. Cūq̄ audisset Arion qđ ita rex responsum accipiens nullū ei auxiliū prēberet/ dedit adolescenti mille talenta/ & a uinculis est solutus. Tres uero differens Hircanus dies regē regināq̄ salutauit/ quō illi libenter suscipientes uiderunt/ & amicaliter pauerunt pp̄ honorē patris. Qui latenter ad negociatores accedens cōpauit ab eis pueros centū sās scientes unūquenq̄ talento uno/ & centū uirgines singulas eodē prætio. Cūq̄ inuitatus ad regis cōuiuuiū discubuisse cum prioribus puinciāq̄/ ultimis oīum & tanq̄ puer ab his q̄ loca scđm dignitatē hēbant cōtemneretur. Cūq̄ oēs cōuiuui regis ossa cibōq̄ ante Hircanum in mē/ sa piicerent/ ipso tacente Tryphon q̄ ad cōuiuuiā & ad rīsum cōuiuuiāq̄ erat aptus/ rogantibus se cōuiuuis iuxta mensam assilens regi ait. Vides dñe anteposta ossa Hircano. Ex hoc conice qđ & p̄ eius sic oēm Syriam deaudauit/ quēadmodum hęc ossa iste carnibus expoliuit. R. idente uero ad uerba Thryphonis rege/ & interrogat Hircanū/ cur tanta ante eum ossa iacerēt/ ap̄te inq̄ dñe/ nam carnes semp̄ ossa cū carnibus deuorant/ sicut isti fecerunt. Idē de accubentibus dicēs/ qm̄ ista añ eos minime ossa iacebāt/ hoīes uero carnes comedūt/ ossa aut iactant qđ & ego tanq̄ homo tunc feci. Rex aut miratus eius rīsum tam sapienter dictū oēs plaudere iussit/ uerbū eius laudantes. Postea uero die ad unūquenq̄ regis amicū p̄gens/ & ad potentes aulā hos qđem salutabat/ famulos aut̄ interrogabat/ quāz dona daturū sunt regi die natalis filii eius. Illis uero dicentibus/ quosdā decem daturōs talenta/ alios aut̄ nobiles plus scđm magnitudinē substātiā suā/ cōstitari se simulauit quasi non ualens tale donationē offerre/ nam plusq̄ quāz talenta se non hēre affirmabat qđ serui audientes dñis nunciauerunt. q̄ gauisi sunt sperantes Ioseppū regem offendere/ pp̄ munēz paucitatem/ in sūt die ceteri qđem regi offerentes talenta non plus uiginti/ q̄ magnā uidebant offerre munēz quātitatem Hircanus/ quos cōpauerat pueros centū & uirgines totidem. unicuiq̄ dans talentū portare/ obtulit pueros qđem regi puellas aut̄ Cleopatraz regināz/ oibus munēz magnificentiā admirantibus & ipsis regibus & amicis eoz/ insup̄ & regis seruientibus/ q̄a digna dona multis talentis obtulisset/ unde ēt & mortis pericula declinauit Hircanus/ quāz fratres eius zelo ducti pauerūt. Tunc Ptholomeus magnanimitatē adolescentis miratus impabat ei donationē quā uelle accipere/ ille nihil plus petiuit ab eo in se fieri quā ut patri eius scripta dirigeret. Honorans ergo liberaliter & donationes copiosas/ stans patri & fratribus & omnibus magistratibus scripta transmisit. Audientes autē fratres eius Hircanum a rege talia meruisse/ magnosq̄ cū honore redeuntē in occursum eius se egredi simulantes/ interficere illum etiam p̄te sciente oīmo decreuerunt/ irascebāt. n. ei pater propter pecunias quas regi obtulerat/ & nō curabat salutē eius. Et irā qđem quam circa filium Ioseppum habebat regem timens/ celabat. Cōmittentibz uero aduersus eum fratribus pugnā/ multos eoz/ q̄ eos sequebāt/ occidit cū duobus fratribus suis. Ceteri aut̄ ad patrem Hierosolymā confugerūt/ qui postq̄ ad ciuitatem uenit nullo se suscipiente discessit trans Iordanem fluuiū/ ubi remoratus uectigal a barbaris exigebat. Per idem autem tempus regnabat in asia Seleucus q̄ Soter nominabatur filius magni antiochi/ tūc moritur & pater Hircani Ioseppus uir bonus & magnanimus qui populum Iudaeorum a paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas usq̄ perduxit his etiam uiginti/ & duobus añis Syriā & phoenicis & Samariē tributa dispensauit. Defunctus est uero & auunculus eius Onias principatum sacerdotii Simoni filio derelinquens.

De amiciciis Lacedaemonioz factis cum onia princeps sacerdotū iudae gentis. Cap. V.

Mortuo quoq̄ & isto/ filius eius Onias in honore successit/ ad quem rex Lacedaemoniorū Arius legationē direxit & epistola/ quaz huiusmodi continebatur exemplar. Rex La/ cedamoniōz Arius Oniā salutē. Legentes scripturā aliquam inuenimus ex uno genere iudaeos & Lacedaemones exiitisset/ & familiaritatē cum abraā socialiter habuisse. Iustū est ergo cum fratres existatis trāsmittere ad nos & petere quāz uobis necessaria indicatis facinus ue/ ro & nos idem & uestra propria simul/ & nostra cōmunia reputamus. Portitor litterarū Demoteles epistolas uobis desert quadrangulo scriptas signaculum habentes aglam/ draconem unguibus de/ portantem. Epistola igit̄ a Lacedaemonioz rege destinata textū hmōi continebat. Defuncto aut̄ Ioseppo populū cōtigit seditionē pati pp̄ filios eius. Nam maioribus bellum gerentibus contra Hircanum ultimū filiorum Ioseppi/ dissenit abiucem multitudine/ pluresq̄ maioribus auxilium ferebat eum principe sacerdotū Simone qui cognatus eorum & affinis extabat. Hircanus autem redire qđdem ad Hierosolymam minime iudicauit. Sedens uero trans Iordanem frequēter arabas debellabat. Aedificauit ergo turrim fortissimā ex lapide albo/ construens eam & totam usq̄ ad terrā sculptis aialibus

diuersis/ & in circuitu fecit magnum & altum euripum/ idest piscinas. Ex petra autem contrapositi montis cuius incidens sinistram extendens speluncas multorum spatiorum in longitudinem ibi cōstituit. Deinde domos quasdam in ea ad conuiuia & somnum/ & conuersationem fecit apertissimam multitudini/ cameratas ēt currentiū aquarum delectatione gratissimas ad ornamentū totius aulāz. Hostia uero speluncarum aperuit minora/ ut unus & non multi per ea possint intrare/ & hoc custodiā gratia cōdidit/ ut obfessus a fratribus minime periculo subiaceret. Insup̄ aedificauit & atria magnitudine excellentia/ & padis ornatu egregiū/ & talē perficiens locū Tyrum eum nofauit/ qui locus est inter Arabiā & iudaeam positus trans Iordanē non longe a Sebentide regione praefuit ergo partibus illis p̄ annos septē oī tpe/ quo Seleucus Syriā regnauerat. Hoc. n. iam defuncto/ post frater eius Antiochus q̄ epiphanes uocabat/ regnū obtinuit. Morit̄ ēt Ptholomeus rex aegyptioz/ q̄ similis Epiphanes nuncupabat/ reliquens duos filios minores aetate/ quoz/ unus q̄ & maior erat. Philometor dicebat/ minor uero filcon. Hircanus aut̄ uidens magnā Antiochū uirtutē hētem/ & timens ne tentus ab eo tormentis afficeret/ p̄ his quāz contra Arabas egerat uitā pp̄riā manus internitiōe concludit/ cuius substantiam Antiochus suis cōmodis applicuit.


perductus/ allegationibus suis senatui demonstraret se quidem ex regalibus descendentem. Herodem autem priuatum & q̄ oporteret filios eius regnare propter genus si ipse romanis peccasset/ multis pecuniis compulit Antonium/ ut Antigonum interficeretur. Quod cum factum fuisset. Herodes quidem deposuit. Destitit autem hoc modo Asamonei principatus post centum uiginti annos. Nam de familia clarissima genere uel honore sacerdotali fuerat. Cuius cum multa pro gente iudaica parentes egissent/ propter mutua seditionem principatum amiserunt. Transit autem ad Herodem anti patri filium de familia populari/ uel genere priuato/ & subiecto regibus. Nos igitur hunc terminum cognationis Asamontorum accepimus.

Incipit Liber. xv. antiquitatis Iudaicae.

Qualiter capta ciuitate per Sossium & Herodem. Antonius quidem antigonum in Antiochia interemisset. Herodes autem quadragintaquinque ex amicis illius primates Hierosolymorum reuersus extinxerit.

Capi. II.



Ossius quidem & Herodes qualiter Hierosolymam coeperunt/ necnon & Antigonum captiuum in superiore uolumine demonstrauimus/ sequentia uero nunc explanabo. Cum totius iudaeae principatum Herodes consumpsisset/ quanto magis priuatus sui fautores inuenit in dignitatibus eos constituit/ illos autem qui contraria elegerant/ non desinit tormentis singulis diebus affligere. Honorabantur apud eum Polion Pharisaeus/ & Sameas discipulus illius. Si quidem obsessis Hierosolymitis/ isti persuadebant Herodem suscipi pro quo & recompensatione gratiarum fruebantur. Nam hic erat Sameas qui quondam in iudicio dum Herodi pepercisset/ Hyrcanus/ predixerat indicans ei uel iudicibus/ q̄ Herodes liberatus eos omnes persequeretur/ quod & factum est/ deo sermone illius adimplente. Eodem tempore cum Hierosolymam tenuisset/ Herodes/ omnem ornatum ciuium auferens in aula colligebat. Ex quo multum pondus argenti uel auri Antonio/ uel amicis eius donabat. Interfecit etiam quadragintaquinque priores partis Antigoni. Nam custodes per portas muri disposuerat/ ne quid deportari posset cum defunctis. Mortui uero cum excurrerentur/ siquid argenti/ aut auri/ aut aliud necessarium fuisset inuentum/ regi deferrebat/ nullus uero malorum terminus erat. Nam auaritia rectoris male conquisita deterius expendebat. Prouincia autem inculca permanfit/ septimo anno cogente/ in quo agriculturam exercere/ illicitum nobis esse probauimus. Antonius itaque cum captiuum antigonum suscepisset/ deliberauit ligatum in triumpho seruare. Sed audiens genitrem rebellare antigono fauentem/ donisque Herodis redemptus/ iudicauit in antiochia illum perire/ quia nullatenus iudaei quiescerent. Quod testimonio Strabonis Cappadocis confirmatur: ita dicitur. Antonius antigonum iudaeum in antiochia perductum interfecit. Et uisus est hic primum iudaeorum regem occidisse/ dum nō estimaret/ alio modo sententias iudaeorum flectere/ quatenus susciperent pro illo constitutum Herodem. Nam nec tormētis subditi regem eum appellari patiebantur/ tanquam magnum aliquid de priore principe retinentes. Infamiam igitur uel odium herodis ita minuerē putauit. Haec quidem Strabo locutus est.

Quomodo hyrcanus primus rex iudaeorum/ & princeps sacerdotum a Parthorum rege arsa/ ce dimissus/ ad Herodem reuersus est.

Capi. II.

DVm uero herodem principatum tenuisse hyrcanum princeps sacerdotum audisset/ qui captiuus apud Parthos tenebatur/ rediit ad herodem/ de captiuitate tali modo solutus. Barzafranes & pachorus parthorum duces cum captiuo hyrcanum principem sacerdotum prius constitutum/ post autem & regem/ & fratrem herodis Faselum ad parthos perducerent. Faselus non tolerans uinculorum obprobrium/ & omni uitae praeponebat mortem gloriosam/ ipse suus peremptor sicut praedictum est apparuit. Hyrcanum uero ad Parthos perductum/ fratres parthorum princeps modestius attebat/ dum nobilitatem de prosapia eius audisset. Quapropter remissum a uinculis/ Babyloniae seruari concessit ubi & multitudo iudaeorum hyrcanum tanquam principem sacerdotum & regem/ & omnes usque ad Eufraten iudaei habitates honorabant. Qui dum his frueretur/ & audiret herodem principatum suscepisse mutauit spem suam/ ab initio ei amicissimus existens/ quem & gratiae memorem putauit/ q̄ eum a quaestione & mortis damnatione/ uel periculo tormentisque liberasset. Sermones ergo iudaeis proferebat/ festinando ad eum proficisci. Qui uetabant & rogabant eum permanere dicentes/ q̄ officiorum simul & honoris in sacerdotali uel principali dignitate nihil apud eos minus habuisset/ praesertim dum nihil ab hierosolymitanis posset permereri pro diminutione corporis/ qua ab antigono perulisset. Retributiones autem non similes a regibus dant/ q̄ priuati a benefactoribus accipiunt/ nam mutat eos fortunae praesentis/ Talia cum ei suggerent hyrcanus desiderio eundi tenebatur. Cui scribens herodes pererat fratre &

Ille

illie iudaeis supplicare/ quatenus non inuiderent ei una secum commune regnum possidere. Nam exitisse dicebat/ quo ipse gratias ei redderet pro beneficiis/ cum eo nutritus & saluatus esset. Haec scribens Hyrcano/ mittit ad fratrem legatum Saramallam/ & dona multa/ supplicans/ me impediret gratias reddere/ q̄s beneficio deberet. Erat autem studium eius non pro hoc/ sed quo praefereretur merito principatum obtinuerat/ mebat/ ne illi rationabiliter auferret/ & Hyrcanum properabat sub potestate sua redigere/ uel penitus eum disperdere/ quod & postea fecit. Tunc in flexo Partho/ pecunia/ q̄ iudaeis ei dantibus ut ueniret/ cum omni eum honore uocasset/ & in conuentu primo eum locum/ & in conuiuii primo eum lectum concedebat/ quae et de/ ciebat patre uocando/ & oibus modis insidias inopinatas ei parabat. Disponebat et reliquas cum eo sui principatus utilitates/ uel & familia eius seditione exarsit. Nam dum obseruaret ne nobilissimum quidam princeps sacerdotum dei haberet/ inuitauit aliquem ex ignobilissimis sacerdotibus de Babylone/ nomine Ananelum/ & huic principatum sacerdotii designauit. Quod non prulit alexandra filia hyrcani/ uxor alexandri filii Aristobuli regis/ ex quo filios habuit/ unum quidem pulcherrimum aristobulum/ noie & herodis conjugalem Mariannam/ formam nobilissimam. Turbata ergo & moleste ferens infamiam filii/ q̄ illo superbia/ alter adueniens/ na principatum sacerdotii meruisset/ scripsit Cleopatrae/ sodali suo litteras de portante/ ut peteret Antonium principatum sacerdotii filio suo praestare. Sed antonio negligente petitione/ amicus eius Gellius ad iudaeam per aliquas causas peruenisset/ & uidisset aristobulum pulchritudine/ & magnitudine/ & iuuetute/ mirabatur/ non minus et Mariannem regi cohabitante stupebat. Unde alexandra bonoq; libero/ matrem existimans/ & ad sermones eius uenies/ flectit eam pingere amboq; imagines/ & antonio destinare dicens/ cum eas uiderit/ petitiones eius modis oibus adimplebit. His elata uerbis/ alexandra imagines antonio direxit. Cui Gellius referrebat dicens/ non ab homine putari/ sed a quoda modo esse liberos alexandrae/ dum uellet ad libidines antonii emolire. Qui puellam quidem erubescens herodi nuptam accessit/ uerum etiam cleopatram metuens contristare/ scripsit ergo puerum transmitti cum honore/ addens sibi gratum iuuenem uisum fore. His deportatis ad herodem litteris/ non cautum extimantem/ iuuenem excellenter aristobulum/ & tunc iam sexdecim annos ducentem/ genere nobilissimum/ ad antonium destinare potentissimum romanorum/ & paratum suae luxuriae supponere puerum/ qui et libidinosus per potentiam existeret/ bat. Rescripsit ergo dicens/ si puer exierit a prouincia/ statim oia bello uel seditionibus complebuntur/ iudaeis sperantibus rerum nouae mutationem. Quibus rescriptis cum antonium excussisset/ iudicauit non ultra puerum uel alexandram humiliare/ sed etiam uxore sua Mariannam ualde petente/ quatenus fratri suo principatum sacerdotii redderet/ quod prodesse arbitratus est/ dum nec ad antonium proficisci posset tali praedictus adolescens honore. Conuentum itaque faciens amicorum/ multum alexandra accusabat/ dicendo/ latenter insidias egisse pro principatu dum per Cleopatram ageret/ quatenus ipse quidem regno priuaret/ puer autem pro ipso rerum gubernatione/ ad antonium susciperet/ & haec quidem illa non iuste postulasse/ q̄ & filium suum a possessore iam honore priuaret/ & seditiones in regno moueret/ cum multum ipse laborasset ut possideret multis & non fortuitis periculis/ uerum etiam nulla tenus memor ipse malorum illorum/ sed beniuolus circa eos esset/ & nunc puerum principatum sacerdotii praebere/ ideo q̄ olim ordinasse dicebat ananelum/ q̄ ualde puer esset aristobulus. Cum tamen haec non incaute dixisset/ sed pro deceptioe mulierum/ & presentia amicorum/ laeta & non sperans alexandra quod lachrymis satisfecit/ dicens/ & pro sacerdotio quidem oia/ & pro infamia festinasse/ regnum uero nec desiderasse/ inquit/ nec si oblatum esset/ cupide suscepisse/ cum & nunc nimium honorem habeam propter principatum eius/ & tuam/ cuius uirtute totum genus meum effulget honoribus/ nunc quoque beneficiis uicta/ suscipio filium honorem/ & impostum ad omnia ero subiecta. Petebat ergo ut si quid pro genere/ & presentem sibi fiduciam temerarium pro indignatione fecisset/ ignosceret. Postquam autem locuti sunt dextris datis reconciliantur omni ut uidebatur sublata suspitione.

Quomodo dum herodes aristobulum uxoris suae Mariannae fratrem/ principem sacerdotum ordinauit/ & paulopost occidit.

Capi. III.

Taq; rex herodes statim principatum sacerdotii ananelum propter legem exiuit/ seditiones domesticas pacando/ nam non licebat aliquem honore semel accepto fraudari/ quod prius antiochus Epiphanes destruxit/ dum auferret ab Iesu sacerdoti/ & ordinaret fratrem eius Oniam/ secidus autem aristobulus hyrcanum fratrem suum praenauit/ tertius herodes principatum sacerdotii adolescenti tradidit aristobulo. Tunc quidem putabat sedasse contentione/ & licet recociliati fuissent/ non tamen securus degebat/ dum alexandra ex praeteritis coartibus ne tempus nouae rerum ceperet ualde timeret. Quapropter praecipit eam ita in aula conuersari ut nihil sub potestate sua haberet/ diligenter et custodiebat/ occulte ne quid praeter quotidianam conuersationem niteret/ q̄ paulatim magis illa exacerbabat/ & in odio suscitabat/ nam supbia mulieris diligentia custodie indignabat habere/ dum oia potius uellet pati/ q̄ fiduciam praenari/ & fucosum honorem cum seruitute uel metu possidere. Ad Cleopatram igitur in quibus existeret frequenter se lamentando destinabat/ postulans sibi auxilium praenari. Quae iussit ei furtim cum filio in aegyptum ad se cofugere. Cuius haec ei placuisset/ tale aliquid excogitauit. Duo locula tanquam pro mortuorum/ excipis parauit in quibus

11

seipfam & filium mirti dixit præcipiens cõscis famulis ea noctu deferre & exinde uiam ad mare facere ubi nauē in qua nauigaret ad ægyptū preparatā habuisset. Hæc Sabbioni amico Alexandri æsopus seruus eius edixit. Quod cū sabbio audisset & inimicus Herodis esset q̄ inter infidiatores antipatri de ueneno cõscis putaret/ odiū lenire per indicationis fauorē sperauit/ & regi nūciā uenit insidiās alexandræ. Qui cū eā usq; ad conatū pcedere dimississet/ in ipso facinorosi opere detinuit/ sed inuitus cõcessit culpā/ dū putaret nullatenus Cleopatram cessare/ si cõtra se causam inuenisset. Palā ergo magnanimitate uel modestia ueniā ei largitus est. Proposuit tñ oibus modis adolescentē pime/ re/ sed tacito pp̄ uerisimilē dissimulationē. Cū ergo tabernaculo festiuitas uenisset quæ apud nos cū summa ueneratione celebrat/ tūc quidē distulit/ & in delitiis ipse & reliq; multitudine mouit/ tamen eum festinare uoluntatē suā cõficere inuidiā. Nā cum adolescens aristobulus octauū & decimū annū ducens secundū legē sup̄ aram ascenderet uictimas imolaturus & ornatu sacerdotali circūdatus celebraret religionis cõsequentiā/ magnitudine sup̄ ætatē ostēdēs necnō & generis dignitatē/ populi sui excitauit fauorē/ & aristobuli aui sui p̄sens memoriā eis reduxit. Qui paulatim puocati/ uoluntates suas iam demonstrabant/ gaudētes simul & letitia p̄fusi/ uocēq; laudabiles in eū oratiōibus mixtas emittebāt/ ut manifestus fieret populi fauor & temerarius/ sub regno itaq; cõstitutū/ cū aliq; præterita beneficia memoraret. Inter hæc oīa statuit herodes uoluntatē quā in adolescente habuisset ipse/ re. Celebrationē autē trāfactā dū in Hierichunte maneret/ & in cõuiuiū eos alexandra peteret/ herodes adulabat adolescentē/ & illicebat ad affluentīā potiōis/ paratus cõcludere/ uel iuueniliter ad gratiā illius iocari/ & loco æstiuo illic existente/ collecti simul exierunt refrigeriū captantes. Cūq; fontibus assisterēt/ calorē meridianū aura tēperare/ prius quidē natatēs seruos & amicos p̄spiciebāt/ post autē adolescens cum irritaret/ herodis amici q̄bus hoc p̄ceptū fuerat tenebris iā tenētibz sæpe eum mergentes/ tanq; ludētes nō emiserūt usquequo eū pressum fontibus suffocarent. Aristobulus itaque extinctus est/ decimū & octauū annū agens ætatis/ cū p̄ncipatū sacerdotiū āno amplius tenuisset/ quē rursus Ananelus suscepit. Quo malo mulieribus nunciato/ incescibilis eas statim defuncti dolor inuasi. Ciuitas ēt rumore delato lamētis cūcta cõpleta sunt oibus calamitatē tanq; pp̄riā & nō alienā dolentibus. Alexandra uero plus cõlumbat cõscia perēptionis/ nā dolorē ampliōrē ab ipso funeris actu furebat. Sed sustinere necessariū putauit/ licet sapius sua manu uitā finire niteret/ desit tamē si posset uiuēs sufficere ad ultionē insidiarū perēpti. Vnde potius sua uitā tenebat/ ne daret suspitionē filiū suū insidiis perisse/ p̄ hāc. n. dissimulationē sperauit/ fatius se oportuno tpe uindicare. Illa quidē sic cõtinenter dolorē tolerabat/ herodes autē oibus uerisimilis uidebat/ nō insidiarū adolescentis auctor exiitisse. Nam nō tm̄ quæ ad funus pertinerent peragebat/ sed et lacrymis usus animæ cõfusio nem uerā esse monstrabat. Interdū ēt & dolore uincente/ cum ex aspectū pulchritudinis plangebāt/ & licet adolescentis mors pro eius tutela putaret/ manifestus tamē erat q̄ pro satisfactiōe ista faceret. Siquidē munificenter ex equis eius honorans/ multū apparatū circa locellos/ & multū aromatum fecit/ nimirūq; ornatū simul sepulture ut dolorē mulierū plene dederet/ & consularēt eas per istā partem. Alexandrā tamē nihil tale deuicit/ sed semper mali memorē mesticia inuasiabat/ & scripsit Cleopatram herodis insidias & filii perditionē. Quæ dū festinaret petenti subuenire calamitates alexandram miserata propriā oēm causam cõfecit/ & petere antoniū uindicare adolescentis interitū nō cessabat/ cum diceret nō esse dignū herodē per eum regem statuti in antonio quod nō ad eum pertineret/ in ueros reges tales iniquitates ostendere. Quibus cum flexus antonio esset/ ad Laodiciā pueniens mittit præcipiens herodē ad se proficisci/ sibiq; pro morte aristobuli satisfaccere/ nam nō recte insidias confectas esse si per eum extitissent. Qui cum cām timuisset/ ad Cleopatram contrarietate quæ nō cessabat antonium suadere/ quatenus eū damnaret/ statuit quidē obedire/ iam. n. nihil aliud erat quod ageret. Cūq; patruū suum iospippum procuratorem regni & rerum reliquisset/ demandauit ei secreta ut si quid ab antonio passus esset/ continuo Mariannā occideret. Nam dilexisse uxorem profitebat/ & timuisset/ ne contumeliam post eius mortem pateretur/ dum pulchritudo illius ab aliis desiderari posset/ per quæ demonstrabat impetum antonii quem in eam habuisset/ cum olim de pulchritudine illius audisset. Herodes quidem hæc præcipiēs spe incerta ad antonium perrexit. Iospippus autē cum indispensatione rerum regni statutus esset/ & propter hoc frequenter Mariannam conueniret/ & de negotiis honoris causa regiam percontaretur fauorem uel amorem circa eam herodis inferuit. Mulieres autem cum illum adulationibus emolissent/ plus autem ab alexandra seductus iospippus/ sententiā redi demonstrauit/ & mandatum explanauit/ dum fidem illis uellet facere q̄ post mortem si ne ipsa non posset uiuere dum diceret ut si quid acerbum ab antonio pateretur/ non sufferret/ ab ea nec post interitum separari. Hæc quidem iospippus/ mulieres autem non hoc amorem affectus Herodis putauerunt/ sed timuerunt/ sed reuersus tyrannica crudelitate sibi mortem inferret/ ideoq; de uerbo suspicionem non paruam perceperunt. Eodem tempore rumor in ciuitate Hierosolymoz/ ab inimicis Herodis dispersus est q̄ antonius tormētis eū affecisset & occidisset. Quæ fama cūctos qd̄ in aula

aula turbauit plus uero mulieres. Cum alexandra iospippum flestit/ ut cum ipsis ad romana signa cõfugeret/ nam Romanum agmen tunc iuxta ciuitatē sub duce iulio pro regni custodia castra posuerat/ dicens primum si qua turba in aula concurreret/ ipse in tuto existeret/ dum romanos propiciis haberet/ præterea si Mariannam antonium prespexerit/ & p̄ncipatū recipere speramus/ nec in aliquo postea seruitiū de propagine regii generis descendemus. Cum has rationes fuge cogitasset/ litteræ ab Herodæ de oibus suis causis deportant/ priori rumori contrariæ. Nā cū ad antonium peruenisset cõfestum eum donis de hierosolymis deportatis reconciliauit/ & sermonibus dicere cõpult/ ut nequaquã contrariæ quidē de se haberet/ & Cleopatram uerba nihil aduersus suā satisfactiōē ualere. Nam non inquit iustū est antonium/ ut rex de suo principatu depositus pœnam luat/ quia qui honorē ei dederūt/ ipsi ei uti potestate permiserunt. Quo dicto flexa est cleopatra/ sciēs nequaquã alienū principatū scriuari prodesset. Cum de his scriberet Herodes alioq; narraret honores/ quos ab antonio in conuentu uel in cõuiuiis quotidianis haberet/ & hæc obtineret/ licet in accusationibus Cleopatra nimis molesta existeret/ quæ provincie desiderio oibus modis perire illū festinasset/ sed quia antoniū iustum circa se cognosceret/ nihil tam difficillimum speraret/ q̄ aut tardaret fauorē firmiorē circa se. Antonii speraret Cleopatram conciliari animo posse/ & se hoc facere dicebat/ nam antonium petitiones suas adimpletse/ & sibi inferiorē Syriam concessisse denunciauit/ & per hoc solatium refutaret/ uel reice/ ret appellationes quas Cleopatra pro iudæa fecisset/ cum hæc litteræ peruenissent/ deserūt ab impetu quem tanq; de mortuo habuissent/ ut ad romana signa confugerent/ non tamē latuit earum uoluntas. Nam præcessit antonium rex ad parthos euntem/ & ad iudæam reuertitur/ statimq; soror eius Salome materq; eorum concilium quod habuisset alexandra cum suis aperuerunt. Solome uero & cõtra matrum iospippū accusationem protulit dicens q̄ cum Mariāne frequenter conuenisset. Hæc uero dicebat inimicitiarum causa/ eo q̄ frequenter ignobilitatem generis eius iniurgio deprauaret. Herodes autem callidus semper/ & nimis Mariannam amans licet/ statim conturbatus fuisset/ non tamen patitur amore Mariāne aliquid temerarium in ea conficere/ sed in utroq; anxius/ secreta eam inquirunt/ utrum uera essent de iospippo quæ audierat/ an falsa. Illa uero cum iuramento affirmante & satisfacciente/ q̄ in nullo peccato fuisset ei cõmixta/ paulatim rex defleuit/ & ira deleta coniugis amore superata. Et ut iam satisfactum sibi de his crederet quæ audisset/ honestati eius multas agere gratias fauorem quoq; quem erga ipsam uel amorem haberet pandebat/ uel qualia sæpe amatibus contingūt/ conlachrymabant inuicem magno suo studio sese pariter diligentes. Cū uero rex suū affectum iam prætermissa æumlatione firmasset/ nom amantis est inquit Mariāne q̄ mandaueras iospippo/ ut si qd; patereris ab antonio molestum/ me perimeret/ quæ nihil tibi peccasset. Quo uerbū ut audiuit Herodes/ exardescens in furorē/ statim eam ab amplexu dimisit/ clamans/ & suos capillos dilacerans/ dicendo manifestum signum coepisse iospippum cum ea habuisse cõionem/ nam nullatenus prodiret/ quod secreta audierat/ nisi maxima fides illis interfuisset/ credensq; de crimine/ poene suam interfecit uxore/ nisi uictus amore/ furoris impetū refrenasset. seipsum cõsumēs. Iospippum tamē ulterius nec ad suā faciē uenire permisit alexandram uero tanquã totius mali causam referuari præcepit.

De Cleopatra/ ut iudæorum & Arabum regnis insidiata/ partem corū ab antonio postulat/ & ad iudæam peruenit. Capi. III.

Nterea per Syriā turba cõmouebatur. Cleopatra nō desistente antonio fletere/ q̄ genus oppressis regibus potentia singulorum ablatam sibi donaret/ multūq; ualebat/ desiderio sui illo inflammat/ hæc cum in nā auara existeret/ nihil iniustum reliquit. Siquidē fratrem suum/ quem iam habiturū regnum sciret/ uenenis aggressa consumpserat/ quintū & decimū ætatis annū agentem/ sororem autē Arfinoen Ephesi ad templū dianæ consurgentē per antonium extinxit. Iam pecuniarū gratia & templū/ uel corpora uiolabat/ neque sacrarium tam castū fuit/ aut Afli priuilegiū tutū/ cuius ornatū ipsa non abstulit/ nec tam p̄sanum uel incestum erat/ quod solūm potuisset auaritiæ illius satisfaccere. Et cū omnia expoliaret/ fœmineis cupiditatibus nullatenus satisfacciebat/ siquidem cuncta deesse suis desiderijs semper putabat. Quapropter & antoniū cõpellebat aliquid ab aliis auferentem sibi donare. Nam cum transisset & ad Syriam cum eo/ & eam cõgitarēt possidere/ lyfaniam quidē Pholomei filium accusans/ quia parthos contra rempublicā duxisset/ occidit. Petiuit autem ab antonio ēt iudæa uel arabie reges occidi. Antonius autē cum ex omnibus amore fœmine uictus esset/ ut non tantum uerbis/ sed et uenenis uideretur obedire/ manifestam quidem iniquitatem uidens/ petebat eam/ ne se tantum ut peccaret compelleret/ ne cuncta negaret ei/ & ne quanta illa præcepisset perficiens/ palam iniquus uideretur. Ideoque partes provincie unius cuiusque retollens/ donauit ei præstas etiam ciuitates quæ intra flumini Eleutherum usque ad ægyptum erant/ excepto Tyro/ uel Sydone quas a maioribus liberas esse cognouerat/ licet multum eum illa sibi & eas p̄bere supplicasset. Cum hæc Cleopatra obtinuisset/ & deduxisset antoniū usq; ad Euphratē cõtra armenios euntē reuertit/ & intrat Apamiā & Damascum/ inde et ad iudæam peruenit.

Qua cum herodes suscepisset/conduxit ab ea reditus hierichuntis/nam Balsamum terra illa generat/quod sciosissimū est/& nusquam alibi nascitur/& palmas multas/uel optimas.Et dū multū tempus faceret cum herode/tentabat cum eo concubere/nam naturaliter & euidenter libidinibus exarsesecebat:fortisā & aliquid amatorij passa est/sed quod uerisimilis est regno eius insidiabatur. Si quō iniuriam a se factā posset per accusationē adipisci/desiderio uero uictā se esse mōstrabat.Herodes ac licet olim nullatenus faueret Cleopatraz/dum sciret eam oibus esse molestā/tunc tamē & ampliori odio eius detentus q̄ per luxuriā uellet illa insidias ei parare/uerba quidē eius in p̄senti refutauit/cōsilium uero cū amicis suis sumpsit ut eam sub prāte sua posita occideret/ut & se & multos malis eius liberaret/ quibus iā grauis facta uel fieri posse putabat.Nā hoc ipsum & antonio prodesse/ quia neq̄ illi fidelē eam esse dicebat.Cum hęc cogitasset prohibebant eū amici primū quidē suggerentes/q̄ non deberet maximū periculū & manifestū pro re tanta suscipere.Cūq̄ p̄mansissent supplicantes/ ne quid temerarie conaret/ nam nullatenus antoniū posse pati dicebat quauis eū mulieribus redimere putaret/ cum amore eius potius incenderet. & uideret uolentia/uel insidiis illius se eius amore priuatū/nec mediocre quidā pro satisfactiōe posset edicere/si cōtra fœminā hoc ageret:quae per illud tps oēs dignitate superabat/ utilitatē aut quā antonio dicit futurā uerēdū esse ne potius ille temeritatē existimet q̄ affectū tali eū p̄uaret/ unde nō est incertū dicebat/q̄ maximis uel continuis malis principatus eius uel generatiōe cōpleret/ refutare uero cōcubitū/quē illa postularēt pro tpe honeste suadebant/ qui cū hęc designaret/ & pericula merita demonstrarent/ conatus eius cōp̄resserunt.Tū herodes Cleopatraz donis & mulieribus satisfaciens/deduxit eā ad aegyptū. Antonius aut cū armeniam coepisset.Artabazin Tigrani filiū cum satrapū filiis ligatum in aegyptum destinauit/ donans eos Cleopatraz/cum omni regio eorum ornata.Armenia uero principatū tenuit Artaxias maior illius filius qui tunc euaserat. Quem cum Archelaus & Nero caesar expulissent.Tigranum nouissimum eius fratrem ordinauerunt.Hęc quidem postea contigerunt.Vestigalia uero quae debuisset de terra donata ab antonio Cleopatraz s̄bere herodes iustum iudicauit/ ne occasione ei odij praestaret.

Quemadmodum herodes debellasset Arretham tempore quo antonius a Caesare in antiochia pugna deuictus est.

Capi. V.

ARethas aut cum herodes reditus eius cōduxisset tpe quidē aliquāto reddebat duo milia talēta post aut ideuotus exitit/ uix partē aliquā praebens.Herodes quidē hoc mō defraudantē/ nihilq̄ secundum iusticiam facere uolentem/ persequi deliberauit/ sed interim propter bellum Romanum hanc distulit exactionē.Nam dum in Actiaco littore speraret pugna quae centesima octogesima olympiade contigit/ & caesar cū antonio de republica decertaret/herodes ex opulenta prouincia sua multo tpe redditibus & uiribus collectis/ Antonio deputauit auxilia diligenter preparare.Sed antonius nihil auxilio eius egere se dixit/ arabē autem persequi cepit.Nam iam audierat Cleopatra perfidiam eius.Petebat enim hoc cleopatra dum sibi putaret prodesse/ si unus ab altero sterneretur.Cum hoc ab antonio iustum fuisset.Herodes milites cōgregauit tanquam confestim arabiam ingressurus/ paratq̄ equitum & peditum multitudine/ indio alias chio ciuitatē peruenit.Cūq̄ illic & arabes occurrissent/ pugna maxima cōmissa est/ in qua uice tunc iudaei.Postea multum exercitum arabum in Chana uico congregatū qui est in inferiori syria/ audiens Herodes uenit super eos/ ducens maiorem partē suae militiae/ & prope calon sua castrametatus est/ unde oportune pugnaret.Cūq̄ hęc disponeret populus iudeorum clamabat mora dimissa contra arabas impetum facere/ dum crederent se in hoc paratos esse/ q̄ in priore pugna uictores existerent.Igitur suum studium milite ostendentes/ rex statuit magnanimitatem eorum non remorari/ dicens non se deesse uirtuti eorum & primus se armans omnes produxit ad aciem.Statim autē terror arabis incidit. Contra quos modicum resistentes/ ut uiderunt inexpugnabiles omniq̄ plenos uirtute/ plurimi fugerunt fuissentq̄ perēpti/ nisi Athemon Herodē & iudeos inuasisset/ nam hic erat dux Cleopatraz ibi constitutus/ & inimicus herodis futuraq̄ non imprudenter prospexit/ ut si quid clarum agerent arabes/ ipse quiesceret/ uictis autem eis quod & contigit ex propriis paratis militibus inuaderet iudeos/ quos tunc lassos/ & iam uicisse putantes subito superueniens prosternebat.Nā alacritatem animi contra manifestos inimicos assumentes iudaei/ & post uictoriā remissiores/ citius a recētibus hostibus obrerantur/ in locis asperis & saxosis/ quorum noticiam inimici amplius habuerūt. Arabes ergo prius uicti se recuperantes reuersi occidebant/ sicutq̄ diuersa p̄nitias. Rex autē herodes p̄ actione pugna uectus equo ducere tērauit auxiliū/ sed nō ualuit/ licet festina s̄et subuenire.Sed castra iudeoz/ cum arabes coepissent nō medioerem foelicitatem & sine spe tenuerunt/ nam uictoriam quas prius perdidērāt/ post obtinuerunt/ plurimū aduersarios/ prostermentes exercitum. Exinde latrocinijs utebatur Herodes/ multamq̄ arabum terrā discurrens/ uexabat/ dum super montes castra dispoheret/ & oīno recularēt manus cū eis ex aequo conferre/ frequenter tamen laborū diligētia lucrum sibi acquirerebat/ nam & proprios milites omnibus modis fouebat/ ruinam cupiens emedare.

De

De terramoto per iudaeam facto/ & internitione hominum uel iumentorum/ & de sermone Herodis quē ad iudeos de instauratione belli contra Arabas fecit.

Capi. VI.

Nterea actiaco bello iter Caesare & antoniū gesto septimo iperij anno Herodis terra iudaeorum cōmota est/ q̄liter nunq̄ animalū pestilentia per prouinciā gesta/ perempta sunt/ a ruinis/ & hominū decē milia. Milites uero cū sub diuo degerēt/ nihil ab oppressiōe sunt lesi. Quae cum Arabes inquirerent/ & plūsq̄ in ueritate erat/ audierunt/ quae facta fuissent tanquam prouincia hostium euerfa/ & hominibus peremptis nihil ulterius sibi aduersum credebant/ surgere. Quo cum legati iudeoz/ peruenissent pacem propter hęc quae euenierant facturi. Arabes peremerunt eos/ & cum alacritate cōtra milites eorū preparabantur. Qui nec inuasione Arabū sustinerūt/ licet calamitatibus oppressi/ & bellare decernunt/ dū nō pars sese proelii eoz/ putarent/ neque auxiliū haberent rebus suis domi subuersis. Quos ita dispositos rex fletere sermone tentauit/ ut reciperaret/ aīs antiquā alacritatis animū/ & exortatus aliquos oprimatū/ ausus est iam/ & ad populū sermocinari/ nam prius pigebat eum/ ne male propter calamitates suscipere/ ab eis. Petebat ergo talē orationē p̄ferens. Non ignoro scōij quō multa per hoc tempus facta sunt/ contra nostrā rempublicā/ & fortallē nec hi mō de se se confidunt/ qui multo uirtute p̄cellant/ sed quomodo cōpellimur pugna/ re/ nec est aliquid quod semel factum/ non possit rursus bene tractatū emendari/ petere uos elegi/ si/ mul/ & docere/ per quae positus in proprio alacritatis animo permanere. Volo tamen prius uobis ostēdere/ quod iuste bellū id conamur cōmittere/ propter iniurias aduersarioz/ nam maxima magnanimitatis hęc causa nobis exiit/ post uero declarare quod nihil sint quae nunc nobis mala superueniunt/ sed multas nos spes uictoriae possidere. Exordiar autem principia/ testes uos faciens mei sermonis. Nam arabū iniquitatem nostris/ & circa alios oēs/ ita perdidit tanq̄ barbaroz/ & quia nec deū cogitent/ sepius. n. nos offenderunt auaritia uel inuidia sua. Et quod multa dicimus dū iminerent eis/ ut a proprio principatu deciderent/ & Cleopatraz seruiret/ quis alter eos de hoc timore liberauit/ nisi mea amicitia quam cum antonio possidebā. Et illius circa nos affectus nihil hos importunū sustinere dimisit/ nam antonius cauebat agere quod posset nobis in suspitione peruenire. Tamen & cum uellet Cleopatraz partes aliquas ab utraq̄ prouincia praebere/ hoc quoque ego dispensaui/ multa que munera secretius offerens tutelā utriusq̄ acquisiui. Expenfas autem ipse suscipi ducenta praestando talenta/ duo milia uero fide dicendo/ quae ēt pro redditibus adimpleui/ unde nos nihil ab eis suscepi/ mus/ & oportebat quidem nulla tributa prouinciā iudeos debere/ quod & si praebendū esset pro nobis/ non ēt pro arabis dare/ qui nobis & gratias agunt/ nam pro beneficiis iniqua/ circa nos egerūt/ prius quod nos amicos non hostes redditibus priuauerunt. Nam si fides hostibus necessario seruat/ multo melius amicos/ sed non apud nos est ita/ qui modis omnibus optimū putant iniquitatē eligere/ si solum lucrum eis possit acquiri. Est ergo questio nobis utrū oporteat iniustos punire/ dum hoc etiā deus desideret/ & praecipit semper iniquitates & contumelias execrari/ quae non tñ uerbo sed etiā iussit per bellū ulcisci/ nam quod uidet iniustū apud graecos & barbaros/ hoc si dici fas est/ in nostros legatos cognoscit perpetratum. Graeci siquidē sacros & iniuolatos dicūt eos esse/ nos aut optimū & beatum decretum i leges a deo dicimus. Hi nanq̄ & hominibus deum placant/ & aduersarios hostibus reconciliant. Qualis igitur possit iniquitas peior agi/ quā si legati qui pro iusticia loquuntur/ intereant. Quemadmodum aut possint uitam suam innoxiam custodire/ seu circa bellum foeliciter agere/ dum talia perpetrassent/ mihi quidē non uidet. An forsitan rectum & iustū nobiscū est/ illi uero fortiores hoc putantur. Sed primū quidem indignum est uos hęc credere. Nam ubi iustū est/ ibi deus/ deo uero praesente/ multitudo cum fortitudine praesto est. Vt ergo de nobis ipsi requiramus/ uicimus prius proelio/ in posteriore uero nō subsisterunt/ sed statim cesserunt/ nō sustinentes nostrā alacritatis impetum/ uincentes nos Athenio inuasit/ bellū inferens non praedictū. In primo uero plio nomen/ & fortitudo nostrā apparuit/ in posteriore autem iniquitate uel insidiis concidimus. Cur igitur minora sapimus in his ubi maiores spes possidemus. Quomodo autem stupefcimus eos qui cum palam decertant/ semper uincunt/ cum uero sic uincuntur ab iniquitate/ illis hoc euenit. Virtus ergo non in expugnatione debiliū/ sed in oppressiōne fortium apparent. Si tamen quenquam illa tenerent/ quae domi contigerunt/ & in terramoto acciderunt/ primum quidem sciat/ quomodo hoc ipsum/ & arabas decepit/ dum maiora quam contingerunt/ putarent. Praeterea non debent hęc aut illis audacia/ aut nobis timorem immittere. Illi nanque nostris laboribus uel calamitatibus spes sibi assumunt/ quas nos egressi cōtra eos uiriliter auferemus. Vos autem accipite alacritatem pugnandi/ neq̄ enim in tantum sumus contriti/ neque ita dei uulnerati/ ut quidam putant/ quae potius accidentia sunt dicenda. Quae si dei sententia prouenerunt/ liquet/ quod iam secundum illius iudicium ira desit/ dum factus uindictā de factis nostris accepit. Nam si uellet amplius nobis nocere/ nequaquam flexus fuisset. Bellum autem quia & uult fieri/ & nobis ostendit/ quod multis per prouinciā terramoto peremptis/ nullus armatus interit/ deo euidenter ostēdente/ quod si omnes eum

De iiii

filiis uel uxoribus militarent/nihil penitus eis in oportū accepisset. Hæc ergo reputantes/quod in omni tēpore dei patrociniū possidetis psequimini fortitudine iusta iniquos/amici pfidos malinos/los circa legatos semperque uestra uirtute deuictos. Cū hæc audisset iudæi multū audaciæ sumētes/ & ad pugna parabant. Herodes aut hostiis celebratis cū magno studio/ eos cōtra arabas transtiens iordanē flumiū pduxit/ & prope aduersarios castra disposuit. Tū uisum ei est castellū in medio positū occupare/ quod si multū pdesse putauit uolenti maturius præliū uel cōmittere/ uel disferre/ nā oportuū no uel munito loco cōstiterat. Cūq; idē prouiderent arabes/ bellū pro castello cōmittē/ & primū qui dem protelatio/ deinde uero/ multis ex utraq; parte ad manū ueniētibz. Arabes afflicti/ recedunt. Quod statim spes iudæis nō minores erexit/ uirtutēq; accendit. Dumq; magis oīa uellent arabes pati/ quā decertarent/ & iudæi castra eoz inuaderent. Arabes coacti recedūt/ nullas uincendi spes habēs. sed tantū a multitudine audaciā sumentes. Itaq; pugna maxima facta/ multisq; ab utraq; parte cadentibus arabes recedunt/ quoz plurimis mors fugiendo euenit. Nam nō tū ad aduersarios terrebantur/ sed ipsi fugientes/ sua multitudine cōtū moriebant. Vnde quinq; milia defuncta sunt/ reliqui uero ad castra cōfugerunt/ minime spes salutis firmas habentes necessariū inopia/ & quod peius erat/ aquarū indigentia. Iudæi autē licet persequerent/ tamen inuadere castra minime permittebant/ sed obsidentes erga uias eorum fugere uolentes arcebāt. Igitur in his arabes constituti legatos ad herodē dirigunt/ primum quidem dissolutionem belli petentes/ nam sitis eos urgebat omnia pati/ tum in præsentia licentia aquas recipere hauriendi. Qui nec legatos nec dona suscepit/ neque mediocriter quidem pactus est/ dum obfinate permaneret ulcisci transgressiones in suos ab illis factas. Qui siti compulsi nimia semetipsos tradiderunt/ ut p quinq; dies quattuor milia caperent/ sexto uero die reliqui de castris egressi/ decertare cum aduersariis nitentur/ eligentes omnia pati/ ne paulatim sine gloria deperirent. Quæ cum deliberassent/ nullatenus decertare uoluerunt/ nam animo uel corpore in calamitatibus afflicti/ pro lucro mortem esse putauerunt/ ne in tribulati omnibus uitam extenderent/ quorum septem milia priori prælio consternuntur. Cum his ergo casibus uterentur/ arrogantiam priorem deponunt/ miratq; Herodis prudentiam cesserunt/ patronum eū suæ gentis p nunciantes. Qui cū multa felicitatis gloria reuertit/ maximam acquirere suā fortitudine dignitate.

Quæmodū herodes necessario pfecturus ad caesare uictorē. Hyrcanū exiit. Ca. VII.

Gitur licet optime per bellū herodes res suas disposuisset/ tamen in periculum incidit. Si quidem pro republica decertans antonius/ in adriaco litore a Caesare uincit. Tum inde/ sperationem sui herodes uenit/ dū amici & inimici putarent nō ipse amicitias ei prouenire/ q̄s cū antonio habuisset. Quapropter amici q̄dem desperabant/ inimici uero licet in prospectu contristarentur/ tamen clā nimīū letabant/ sperantes meliora sibi re/ mutatione uertura. Herodes at hyrcanū solum uidens in dignitate regia constitutū/ prodesse suis rebus opinatus est/ mortem illius ne iminere/ nisi a Caesare periculo/ ille daret occasione/ qui solus regio uidebat/ ex genere. Cum hæc cogitare/ nec daret occasionem hyrcanus/ nam modestia morū illā rerum gubernationē curabat/ & rebus studebat nobis/ oīa concedens fortuna. Alexandra nimis pinax/ & spem rerū mutationē incontinenter credens/ uerba ad patrē fecit/ ne sustineret herodis iniquitatē/ in familiā suam procedere/ sed custodiret spes eorum/ petebat ut & Malcho arabiā tenenti scriberet/ quatenus susciperet eos ad se refugientes/ nam si mors uenerit inimico Caesari herodi ad se principatū uenturū/ & propter populorum fauorē/ & propter generis dignitatē. Dum his tum flectere uerbis nitere/ hyrcanus uerba depellebat. Sed pertinacia muliebri dū illa permanens/ nec noctu/ uel interdiū definēs Herodis erga se infidias accusare/ compellit eū epistolā dare Dositheo cuidā amico/ in qua scriptū erat/ ut arabes equites qui deberent eum ad se perducere/ mitteret prope paludē bituminis quæ distat ab Hierosolymis stadiis. cc. Credebat enim Dositheo/ dum nimis eum sibi ipse/ & alexandra existimarent propter inimicitias/ quas cum herode haberet/ ut iospipi cognatus quā ille peremerat/ & illorum qui Tyro profstrati fuerant ab antonio/ prior frater existeret. Sed hæc Dositheū nullatenus Hyrcano fidem in ministerio parauerunt. Nam præponens illis regis amicitias/ porrigit Herodi epistolam/ qui eum pro fide nō tantum laudauit/ uerum etiam iussit eum ut ministraret reliquæ causæ/ quatenus epistolam traderet Malcho/ litterasque ab illo reciperet/ cum non paruum putaret/ & illius sententiam cognoscere. Quæ cum Dositheus alacrius ministraret. Arabes rescriptis/ & ipsam Hyrcanum se suscipere uel omnes qui cum eo uenirent. Destinauit etiam qui deberent eos caute perducere. Ut uero & hanc epistolam Herodes suscepit/ confestim uocato Hyrcano/ de factis eius cum Malcho pactis requirebat. Cunque ille negasset/ epistolas coram concilio demonstrans/ uirum interfecit. Hæc nos conscripsimus quæ in annalibus regis Herodis continebantur. Alii uero non ita existimant/ sed magis Herodem infidias contra Hyrcanum contexisse/ quatenus eum interficeret/ dicunt ita scribentes/ in aliquo conuiuiō sine suspitione quadam sermonē Hyrcano intulit/ si quas epistolas a Malcho suscepisset. Qui dum se cōfessus esset/ saluatorios apices accepisse/ ille rursus interrogans/ si qua

super

super hæc etiam dona recepisset/ nihil amplius respondit quam/ iumenta transmissa suscepisse. Occasione hac inuenta/ dona esse corruptionis/ uel proditiōis uociferans/ uirum iussit occidi. Signa uero sunt minime Hyrcanū peccasse/ quatenus termino tali occurreret/ modestia morū eius/ q̄ nihil in iuuentute sua atrocius aut acrius egisset/ quia & cum ipse regnū habuisset/ plurimā gubernationē Antipatro cōmiserat/ cum iam octogesimo duceret annū/ & cū multa tutela scire Herodē regnū possidere/ & Eustraten transisse/ honorantes eum/ quæ omnia despexisse eum/ & aliquid nouitatis molitur/ nimis incredibile est/ quia nec naturæ illius aptū erat/ sed molitione Herodis occisus est. Ita quidem finem uitæ inuenit Hyrcanus/ diuersas & uarias calamitates ex pertus. Nam in principio ut mater eius alexandra regnauit/ principatus sacerdotii gentis Iudæorum nouem annis honorē obtinuit/ materq; defuncta cum imperiū suscepisset/ & hoc tribus mensibus gubernasset/ depellit ab aristobulo fratre/ restituit autē iterum a Pompeio/ & quadraginta annis honore usus/ secundo regnū per antigonum perdidit/ & corporis diminutionem passus/ apud parthos captiuus perductus est/ & exinde ad propria post tempus remeās/ propter spes ab Herode promissas/ nihil sicut sperauit executus est. Itaq; multis uitæ passionibus inuolutus/ & quod pessimū est/ ut diximus in senectute nō dignū uitæ terminum imperauit. Si quidem modestus & mediocris in omnibus existebat/ & plurimā sui imperiū sub dispensatoribus innocens tractabat/ neq; callidus regnū disponere. Antipatro Herodiq; usq; ad hoc conamē aperuit iter. Herodes at hyrcano interfecto/ a caesare nihil optimum sperans de rebus suis/ propter amicitias quas cum antonio habuisset laborabat. Cūq; in suspitione alexandram haberet/ ne tempus nancicerentur/ & multitudinē & turbam in regno uel rebus suis concitare/ commenda/ uit omnia fratri suo Feroræ/ matrem autem Cypriam cum sorore/ & cognationē cunctā in masada constituit/ iubens/ ut si quod de se periculum audirent/ principatum sibi assumerent/ Mariāne uero suam uxorem/ quod nō potuisset/ ut inimica cum sorore uel matre conuersari/ in alexandria cum alexandra matre sua deposuit. Iospippū & ituram cum senium super eas dimittens/ fidos sibi amicos/ quos sub spem honoris custodire mulieres reliquit. Quibus etiam mandauerat/ ut si quid de seipso periculo/ sum audirent/ ambas interficerent/ regnum uero filiis suis cum fratre Ferora/ custodirent. Cum hæc mandauisset/ ipse Rhodoe ad caesarem properabat. Cūq; in ciuitatē delatus esset/ deposuit quidē diademata/ aliud uero nihil de dignitate sua diminuit. Ut uero cōmunem sermonem cū Caesare inseruit/ tum multo potius suam magnitudinem/ suæq; maiestatis honorem seruaui/ dū nec ad præces/ neq; ad petitiones conuerteretur/ tanquam de peccatis satisfaciens/ & ratione actum suorum/ confidens/ si ne dubitatione caesari dicebat amicitias sibi maximas cum antonio fuisse/ omniaque pro uirtute sua egisse/ quatenus ille rerum potentiam fortiretur/ militiæ tamen eius nullatenus cōmunicasse/ eo quod occupatus arabas expugnaret/ transmississe uero/ & pecunias & frumenta/ non tamen minus ad dignitatem suam. Nam qui fatetur amicum uel benefactorem aliquem habere/ debet uiribus animæ uel corporis aut substantiæ participem etiam ad periculum exhibere/ quod ego non minus inquit/ quam oportebat effecit. Illud uero integre gessi/ quia quamuis uictum in adriaca pugna non reliqui/ neque manifeste transiui/ cum & ipsa transiret fortuna/ sed seruaui ei fidem/ quanquam non oportūq; auxiliator/ tamen consiliarius fidelissimus existens. Nam causa salutis & rerum potestas qualiter/ prodesse ostendi/ dum Cleopatram hortare occidi/ q̄ si perempta illa fuisset/ nullatenus a uerum principatu concidisset/ immo magis & tuas facilius indignationes cuitasset. E quibus nihil ille agendo/ si bi quidem incommodē tibi uero utiliter profuturam præponendo/ demerentiam perit. Nunc ergo si quidem pro antonio ira nostram fidem fuisse iudicas/ non sum denegaturus/ quia parui nec meum erga illum fauorem euidenter prædicans/ recufabo/ si uero persona ablata/ quis sim circa benefactorem/ uel qualis amicus requiras/ poteris a factis me cognoscere. Nam licet nomen ablatum fuerit/ nihilominus amicitiarum firmamentum in nobis poterit approbari.

Qualiter a Caesare regnū accepisset/ cui per Syriam in ægyptum cūti aduersus antonium & Cleopatram susceptionē parabat. Capi. VIII.

Vm hæc dixisset/ & oibus suæ animæ libertatē ostēdisset/ nō mediocriter caesaris liberalitate/ uel indulgentiā meruit/ intantū ut criminū causas/ p fauore eius uindictari/ depolceret/ & tūc diadema rursus sibi reposuit. Caesare inuitatē/ dū nihil secus circa eū/ quā p̄s erga antoniū appareret. Tūc caesar oēm ei honorē addidit/ cæteris regibus scribēs/ cū oīa alacritate herodē sibi occurrisset. Postquā uero hanc satisfactionē p̄ter spē susceptā cognouit/ uidentq; sicut prius firmiorē sibi principatū a caesare datū decretūq; romanoz sibi/ p stabilitate sua mercatū/ securus est caesare ad ægyptū ambulante. Cūq; sup uires suas amicis dona obtulisset/ liberalitatē magnanimitatēq; suā ostēdēs/ petebat/ ne alexander amicus antonii aduersi aliquid patere. Sed hoc nō impetrauit/ quia iam iureiurando caesar præoccupatus fuerat. Rediit autē itez/ ad iudæā/ cū ampliore honore/ & sperantibus cōtraria/ stuporē cū metu incussit/ q̄ clariora periculis dei/ pauidentia remeasset. Confestim ergo susceptionem Caesari per syriā in ægyptū cūti parabat. Itaq; cū eū suscepisset/ cū oī

regio

regio apparatu Ptholomaide s̄buisset exercitui sumptus affluenter: oīno inter fidelissimos reputatus est. Dūq; expeditionē. Cæsar deputaret in centū quinguaaginta domibus ornatis cū cū amicis suscepit. Præbuit aut per loca arida transmittibus necessariā humanitatē ita ut nec unū nec aqua: quæ potius militibus acceptabilis erat: alieni deficeret: ipsi et Cæsari octingenta talenta donauit: omni: busq; demonstrauit q̄ plus clarior in regno suo remunerādo cū apparuisset: ut magis fidē eius & alacritatē cæsar probaret. Cui & redenti rursus Herodes ab ægypto nō minus priorē largitatē exhibuit. Tunc quoq; cū ad regnū suū redisset: turbatā oēm domū inuenit: ac grauius ferentē uxore suā: & matrē eius Alexandrā: dum putarent nō pro corpore: tutela in illo oppido se positas: sed tanq̄ in carcerem: cū nihil illa: neq; de suo: neq; de alieno in potestate haberent. Mariānes quidē amorē regis: dissimulationē & de iectionē putabat. Augebat aut q̄ si quid ille piculosum pateret: nec sp̄e uitæ posset habere: mandataq; iolippo data recordaret. Quapropter custodes cū nimia diligētia mitigabat: magis uero Soemū dū illi putaret oēm potestātē creditā. Someus aut in initio fidelis: nihil penitus demandatis Herodis palā fecit: sed cum sermonibus uel donationibus mulierē flexus paulatim deuictus esset in ultimo cuncta regis mandata dilucidauit: dū tū non oīno speraret eū cum eadē p̄tate reuersurum: sed & potius periculum fugeret: ne rediret insignior: ideoq; nō parua mulieribus putauit p̄stare: utiq; ampliorē beneficiōq; retributionē se accepturū: si regnarent: q̄ si prospere cuncta regens Herodes reuertere: nequaq; contra uoluntātē uxoris eum posse facere sciret: dum cognosceret omni ratione regis amorē erga Mariānē ampliorē existere. Itaq; cum hmōi illi se felixisset spes: secreta omnia indicauit. Mariānes hæc grauius audiens: nec sine periculis Herodis inuenire putās: cui & infesta fuerat: nullatenus eū æquitatē impetrare orabat. & licet difficilē uitam suam post mortē illius putaret: nihil tamen de sui animi passionibus calauit: nam cum ille maximas res præter sp̄e impetrasset: nauigauit: & primū uxori suæ de his bonis nunciāuit: solamq; s̄ponens omnibus propter amorem & consuetudinem quam cū ea habuisset salutauit. Cui dum sollicitatem suā referet: nullatenus gaudētē: sed & potius grauius ferentē intellexit. Non hæc celare dolorem potera: sed pro decore nobilitatis suæ ad obscura gemebat: narratiōibus uero eius nequaq; letabat: sed potius contrari se demonstrabat. Vt uero nō suspecta t̄m: sed etiā manifesta herodē facta turbarent: cōtristabat animaduertens irrationabile circa se uxoris odium non celatū: iccirco duriter tolerabat: dumq; amorem ferre non potuisse: nec in ira: nec amore permanebat: semper ab altero in alterum transiens: in utroq; inconstans erat. Sic ergo inter odium uel amorem destitutus: sepius parauit uindicare in illa superbiam: sed timuit: ne præoccupatam suam animā cupide debilitaret: & nullatenus occidere eam pertulit: dum uerere: ne perempta illa: maiorem pœnam pro amore illius interitus sustineret. Inteligentes ergo eum ita de Mariāne soror eius & mater optimum putauerunt tempus pro illius odio recepisse: & loquebantur non pauca Herodem incitantes in odium: qui nec insuauius hæc uerba at tendebat: neq; facere quicq; in uxorem tanquam credulus præsumebat. Peius ergo dolorum passione succendebat: dum neq; illa odium cellare: neq; iste amorem. Confestimque aliquid nefandissimum actum fuisset: nisi Cæsar nunciatus esset contrarios uicisse: & iteremptis Antonio & Cleopatra cunctam Ægyptum possedisse. Quapropter festinans ad Cæsarem: reliquit domum ita dispositam. Cui proficiscenti Mariānem Soemo commendans: multas habere gratias ei pro diligētia profitebatur: & partem magistratus a rege promeruit: & ille quidem honorem hunc obtinuit.

Quemadmodum herodes cū in ægyptū peruenisset a cæsare multipliciter honorat: & de interfectione uxoris suæ: uel aliōq; de genere Hyrcani: & de miris cōstructionibus: cōstructionibus: ad inuentionibus more gētilitio: quibus corrupti legem Iudaicam. Capi. IX.

Erodes uero cū in ægyptū peruenisset. Cæsari cū ampliori fiducia sermonē inseruit: tanq̄ iā amicus. Sigē de satellitibus gallis cleopatæ q̄dringentos ei donauit: & terram ei rursus reddidit: quam per illā p̄diderat. Addidit et regno eius Gadara: uel Ioppem & Samariā necnon & maritimā Gazā uel antidonē & Stratonis turrim. Cūq; hæc acquisisset: & Cæsare comitatus usq; ad antiochiā esset: reuertit: & quātū res suas extrinsecus sollicitè tractabat: tū domesticis laboribus affligebat: p̄sertim circa cōiugē de q̄ potius sollicitatē quondā uidebat: habuisset se nā amorē non minorē illis p̄tulit: quos in historiis cognouimus cupidine reteros. Sed hæc merito Mariānem dilexit: quæ cum in aliis casta uel fidelis esset: muliebre uel modestū quiddā nāstiter habebat. Nā dominabat marito feruienti libidini: & sepius cōtumeliosē eū aggressa est. Quod ille dissimulans portabat blandiebat: tū licet matris eius uel sororis ignobilitatē illa derideret: & detraheret. Illo uero tempore maioribus accusationibus a suspitione nutritis: anni spatium complex ex quo a Herodes cæsare reuersus erat: & cū iam dudū culpa uolueret: tunc erupit alia occasione data. Meridie namq; dum uoluisset requiescere accessit Mariānem amore quem in ea semper habebat afflictus. Quæ cum intrasset: non cum eo concubuit: sed festinanter eum depulit: & improperauit ei sui patris uel fratris interitum. Qui cum grauius tulisset contumeliam: & paratus ad facinus esset: sentiens

scens refidet. Qualiter eius fides erga uestrā familiā claruit. Quis enī fauor eius/ aut q̄s in uos nō cogitatus est honor/ aut causa q̄ defuit. Quis cohibet uestra circa nos numeranda beneficia explanare. Sed bonū puto/ prius patris eius antipatri res gestas explicare. Qui cū egyptū caesar intrasset/ cū duobus militibus armatis ei auxiliaturus occurrit/ nec interrestribus certaminibus/ neq; naualibus minor apparet. Et quid oportet dicere. quantū profecit illo tpe. tot donationibus caesaris accumulatus. Singulas uero memorare caesaris epistolas quas tūc senatus pro ipso destinauit/ publicos etiā honores/ q̄ ciuē romanū antipatrū ordinasset/ superflūū puto referre. Sufficit enim mē demonstrare/ iuste nos beneficia uestra possedisse/ qua p uos postulamus confirmari/ quae etsi prius non extitissent sperabamus affectū circa uos nostri generis & uestri erga nos acq̄tere. Nunciae. n. nobis ab hierosolymoz iudaeis/ qualiter puincia ingressus esses & deo pfectas imolationes honorādo eū integris supplicationibus p̄solauisses/ & quō populū pauisses & ab illo munera suscepisses/ quae p gētes & ciuitates signa uel iudicia hospitalitatis & amicitiae uestrae putantur/ quae meruit iudaeoz gens p herodis prouidentia. Haec admonentes una cū isto tibi confidente rege petimus te nihil sup̄flūū/ sed ut quae uos dedistis ne concedatis ab aliis auferri. Cū haec nicolaus differuisset/ nulla est facta a graecis cōtorueria. Nō enī in iudicio haec/ sed in cōuentu uentilabant/ haec tamen occasione pro satisfactione usi sunt dicentes. q̄ iniqui per puincia iudaei uolentia habitatoribus eius ingererēt/ dū illi indigenas se demonstrabāt/ & licet suis solēnis usi/ tamen nil lederent eos.

Quēadmodū agrippa confirmauit eis leges/ Herodesq; ad propria rediit.

Cap. V.

Rgo intelligens agrippa uiolentia eos pati/ haec respondit/ ppter herodis amicitia uel fauorem paratū se esse cuncta iudaeis concedere. Tamen inquit qua postulat p se iusta p̄spiciunt/ & si amplius petissent/ non me piguissent/ quae nō lederent romanū imperium eis concedere. Sed quō haec & prius acceperunt/ infirmari nullatenus cōcedo/ quos uolo sine molestia propriis solēnis potiri. Cū haec interlocutus fuisset/ cōciliū dimisit. Herodes aut affectui eius gratias exolebat. Ille pariter eam amplectabatur/ & ita tunc discesserunt.

Qualiter allocutus est Herodes hierosolymitas & quartam partem eis fiscalium praeeriti anni concessit.

Cap. VI.

Rex aut domū reuerti uolens/ nauigauit/ & ad caesare ductus/ nō multis diebus prospero flatu uentorū ad hierosolymā puenit. Vbi cōciliū totius populi cōgregans/ cū multi ex puincia cōuenissent/ contōne habita/ orationē totius suae pfectionis explanauit/ & quae iudaeis in asia p eū puenissent/ ut sine uiolentia im posterū possent degere. Narrauit etiam quae felicitas uel gubernatio sui pncipatus eis p̄fuisset/ necnō & quartā p̄tē fiscalium p̄teriti anni cōcessit. Quia illi oratione uel gratia laetati/ cum summa exultatione/ bona orantes regi recesserunt.

Vt perturbatio domus herodis facta est/ alexander & aristobolus filii herodis indignationē habentes aduersus salomae sororē regis/ & ferora fratrē eius/ propter mortem matris suae/ & illi eōtra maliuolis in eos accusationibus utentes.

Cap. VII.

Rocedebat aut seditio domestica/ & acerbior accipiebat prouectū/ cū tanq; hereditariū odiū suscepisset circa adolecētes salomae/ & sumpsisset de matris eorū morte audaciam/ dumq; uellet neminem illis relinquere/ qui posset mortē eorū uindicare. Cūq; adolecētes a genitore discordarent/ memoria matris quae falsis accusationibus fuerat interēpta/ & imperii cupiditate/ rursus simile malū priori ortū est/ dū derogationes ab illis circa salomae & ferora fierent/ insidiae uero ab his circa adolecētes. Nā odiū par pro alterutris fuerat/ modus autē odiū nō similis dum illi qdem manifeste detraherēt/ inhonestum putantes irā celare/ illi uero non tali modo/ sed callide & maliuolis accusationibus uterentur/ seducentes semper adolecētes/ quorū audaciam putabāt ad necē posse fieri genitoris. Qui nullatenus p matris flagitio confundebant/ nec eā credebant iuste perisse/ imo magis festinabāt in auctore homicidii uindicare. Deinde cuncta ciuitas istis sermonibus completa miserabāt innocentiam adolecētiū/ diligentia uero salomae crescebat/ & ab illis occasiones accipiebat/ dum sic contristarentur propter indignum matris interitum. Dicebāt enī misere quidem contigisse matris obitum/ se uero miseros/ qui compellerentur cum interfecto ribus matris cohabitare. Haec autem ad peiora absentia regis procedebant.

Quēadmodū herodes indignatus filiis alexandro & aristobolo praeposuit eis antipatrū de priuata uxore gentium/ ipsos autem ad caesarem deducens accusauit.

Cap. VIII.

Cū ergo herodes redisset/ & populo interlocutus esset sicut praediximus/ statim sermones ad eum per feroram & salomen proferebantur/ magnum ei ab adolecētibz periculum imminere/ q̄ minime sustinerent inultum matris interitum. Addebant etiam q̄ archelai cappadocis spe niterentur/ tanquam per illum ad caesarem p̄fecturi/ & patre herodem accusaturi. Per quae confestim conterritus herodes obstupuit/ quod & alii eadem nunciauerunt. Recordabatur autem prius calamitates/ q̄ nec uxore priuatus/ seditionibus liberata domus eius

eius fuisset/ quae priorū graniora & peiora pateret. Quapropter contristabat q̄ omnia praeter spem feliciter ei fornicus deus praestitisset/ & domesticis calamitatibus uinceret. Turbarus ergo & humilissimo di calamitatibus afflictus/ in deiectione adolecētiū antipatrum filium suum ante principatū sibi genitū de priuata uxore illis praepones/ omnia in eum transiit/ dū putauit sic contere filiorum fiduciam marianne/ & temeritate eorū damnare/ dū illi crederent alium praeter se patri succedere deponit/ & de antipatri proeuectione cupilio possit eos ad meliora conuere. Quod non sicut putauit euenit/ nā pueris omnino sua deiectione grauis apparuit. Quia antipater fiducia potius quā prius non habuit festinauit fratres affligere/ eorūq; accusatoribus consentire/ quibus pater facile credebat/ alienatus a filiorū amore. Sodaliibus ergo ministris usus ne ipse in suspitionem ueniret/ praebat animū in fratres accedebat. nam multos iā acq̄iescerat suae uolūtaris ministros propter spem quā de regno iam habuit/ fide uero patris putabatur haec facere/ unde plus tristitia adolecētibz occasiones credebant. Nā saepius ab eis lachrymae pro contemptu suo & matris recordatiōe fundabant/ patre q̄ maxime apud amicos tanq; iniustū accusabant. Quae maliuoli per antipatrum herodi reuolentes/ nō paruam in aula seditionem cōmouebāt. Quare exacerbatus rex accusationibus & humiliare nimis marianae filios uolens/ maiora in honore antipatri excogitabat/ adeo ut & matrem eius dudū cōtemptam reduceret/ & caesari saepius pro eis scriberet. Agrippa uero post dispensationē decemnalē a caesare romā ascendente/ rex a iudaea nauigans ad eū solū antipatrū secum duxit. Cui eū cū multis donis/ cōmendauit/ quatenus romae caesari amicū faceret/ ut iam omnes crederent contemptis adolecētibz in illum regnum patris transferri. Ipse quoq; scribens romae/ multis amicis antipatrum cōmēdabat. Qui contristabatur/ q̄ absens fratres suos solite accusare minime praualeret/ timebat enim/ ne mutatus pater modestius filios marianne diligeret. Cūq; haec cogitasset/ sua maligna uoluntate usus/ exinde incitare patrē sperabat/ unde cōtra fratres frequēter scribens uereri patris interitū simulabat/ usqueq; ioh̄ herodem ad tantā iram uel furorē perduxisset/ ut iam a patre contra filios niteretur. At ille ne tantū facinus perpetraret/ melius putauit romā nauigare/ & filios apud caesare accusare/ nihilq; sibi tale permittere/ quod propter magnitudinē impietatis periculosum existeret. Cū uero romā puenisset/ & ad aquileiam ciuitatem perrexisset/ caesarem cōpellare festinās/ tēpore apto de maximis suis calamitatibus intinuit/ filioq; suos praesentans/ insolentia & audaciam eoz accusauit/ q̄ festinasset patrem suum perimere/ regnumq; tyrannico more inuadere/ dū ipse licentia haberet/ nō necessitate/ sed recto iudicio tradere regnū permanenti filio circa paternā pietatē quā a caesare praecipisset/ ut quem uellet sibi successorem relinqueret/ cū illi nō solū regno sed & uita mererent/ priuari/ qui tale facinus hi patrē moliri sunt/ quorū temeritate diu portans nūc cogere/ caesaris aures talibus uerbis pollueret/ cū nihil passi sint/ molestū aut grauari a patre/ cur uero iniustū eius uideret. si principatū quē multis laboribus uel periculis suis acq̄suerat cōcederet/ & praerberet ei/ quā meritū estimaret. Nā hoc inquit praemiū cum aliis iusticiae donis existit/ si meritis quisq; gratia praecedentē recōpensauerit/ ei qui talē diligentia habuerit/ ut retributione tanta dignus existat. Impium enim est/ uel de hoc ipso cogitare/ dū nō possint ad regnū nisi patre perēpto accedere/ quibus haec tenus pater honores uel diuitias administrat/ coniugesq; nobilissimas genere copulauit/ aristobolo quidē filiam suae/ sororis alexandro uero filiam archelai regis cappadocū. Pro quibus cōmissis dum talia fecissent/ potestatis habens non in eos se uindictasse dicebat/ sed ad cōmunē benefactorē caesare adduxisset/ & auferens a eorū quantū aut pater lesus/ aut rex insidiatus potuisset agere/ pariter eos in iudicio secū fecit astare/ & reliquū esse/ aut eos occidi/ ne cū timore maximo ipse uiueret/ aut se opprimi/ quatenus utriq; salubra hominū uel obprobrium forent.

De alexandri satisfactione coram caesare/ & reconciliatione cum patre.

Cap. IX.

Cū haec herodes apud caesarem filios suos accusando dixisset/ iuuenesq; eo dicente la/ chrymarent/ & confusi de tali accusatione licet liberum sermonē ac fidelē a conscientia possedissent/ tamē patris criminationibus difficilem satisfactionē putabāt fore/ dū arbitransent honeste/ & cū fiducia patrem redarguere. Erat ergo eis inopia dicendi/ & lachrymae cum gemitu dum timerent/ ne putarentur mala cōscientia satisfactionē nō inuenire. Turbatio/ nē aut eoz caesar attendens/ sicut erat innocens/ credidit q̄ cōscientia nō facinorosa/ sed imperita/ modestia minime sese praualeret purgare. Vnde etiam facti miseratione digni cunctis praesentibus patre commouerūt ad uerā misericordiam uiuētēq; propitiū eū & caesare/ & alios praesentes/ unus eoz alexander/ accusationes dissoluere nisus est. Pater inquit/ tuus quidem erga nos affectus euidenter manifestus/ ex ipso iudicio apparuit. Nam siquid in nos crudeliter recogitasset/ non nos ad omnium senatore caesare deduxisset/ tibi quod uelles liceret ut patri. Nemo enim quēq; uolens interficere/ ad repta eū sacra/ q̄ pro dicit/ unde uita congrit/ quae morte nobis peior existeret/ si tale aliquid in patre cogitasset. Siquidē sermonem fiducia ueritatis inuenit/ cum beatos nos fore sciamus/ te mirigantes/ & pericula fugientes. si uero accusatio praualuit/ solē iā uidere sup̄flūū iudicamus. Quod

ergo dicis regnū desiderare nos uerisimilis contra iuuenes causa uidet. & q̄ de misere matris interitu subiungis a priori calamitate argumenta percipiens/nobis ingeris crimē. Cōsidera tamē quia nec cōmunia cunctis existunt & similiter in aliis dici possunt/dū nihil prohibeat si regis filii sine iuuenes & matre eorū defuncta omnes in suspicionē patris esse tanq̄ insidiatores. Sed opinio eorū ad talem crudelitatem nō sufficit. Dicat uero quisquā si tale aliquid præsumptum est a nobis uide credibilia hæc appareant. Nunq̄ hoc manifestis indicis poterit approbari/ aut ueneni confectio/ aut equaliū cōiuratio/ aut seruorū corruptio/ aut litteræ contra te destinate/dū & hæc possent licet nō facta criminationibus cōfingi/ domo regia nō cōcordante. Principatū etiā quem tu dicis præmium esse per raris. sæpius euenit causam fieri maligne rei. Culpā nāq̄ nostrā nullus probabit. Accusationes uero quemadmodū soluat/ qui exculatiōes nō uult audire. Locuti sumus quiddam sed non contra te nam hoc iniustū esset/ sed in eos/ q̄ dictū fuerat minime tacuerunt. Matrem uero quidē nostrā planximus nō q̄ defuncta esse sed q̄ derogabat ei ab indignis/ uolentibus principatū inuadere. Scimusne patrem possidere quicquā & nos nō possidemus. Et dū regis honoribus fruamur/ frustra festinamus/ si te occidendo regnū tenere uoluerimus/ quibus pro hoc facinore nec terra perua/ nec mare nauigabile uidet. Nāq̄ subiectorū pietas & gens religiosa cōcedere habuit patricidas rempublicā obtinere aut sanctissimū a te cōfectū ingredi tēplū. Ut uero hæc omnia omittā/ homicidiū multū uiuente cæsare posset dimitti. Sed neq̄ filios impios creasti. neq̄ stultos sed infelices/ teq̄ indignos. Si uero neq̄ causas habes neq̄ insidias iuuenis/ qd̄ tibi ad fidem sufficit/ in tali crudelitate. An putas de matris interitu coniecturā sumere/ quæ nos non incitare. sed magis mitigare posset. Ampliorē quidē satisfactiōnē uolebamus sermone inserere/ sed non recipiunt prolixiorē orationē/ quæ minime commissa cernuntur. Quapropter ante omnium dominū cæsarem præsentū tēpore paciscimur. si sine suspitione tua cū ueritate circa nos tuū affectū ostendis/ pariter possumus uiuere/ licet non foeliciter/ q̄ maxima mala sæpius ex falso crimine generantur p̄manente utiq̄ in te aliquo merore culpæ nostræ. Nā nobis uita iocunda non uidet/ si tu eā ut immeritis largiaris. Cū hæc dixisset/ & cæsar/ nec prius magnitudinē criminatiōis crederet/ tunc magis placabatur/ & frequenter Herodē attendens/ uidebat mitigare. Cūq̄ præsentū miseratiōne rumor in aula diuulgatus esset/ regē faciebat inuidiosum incredibilis accusatio. Nā adolecentū ætas/ corporis pulchritudo mirandū eis auxilium conferebat plus uero/ quia oratio conuenienter & sapienter in alexandri uerbis occurreret. Cæsar autē modicum remoratus/ ad adolecentes quidē licet ab accusatione extraherentur/ hospiciū tamen peccasse eos pronunciauit/ q̄ non tales se patri præbuisent/ ut non darent criminatiōni occasiōnē. Herodem uero petebat ut omnē opinionem abiciens reconciliaret cū filiis dū non esset credibile ab eis scelus hoc potuisse committi. Cum hæc persuasisset/ iuuenibus inuit ad uestigia patris sese proiecere. Qua supplicatione pater eos lachrymabiliter & flebiliter est amplexus/ quod cernentes quæ aderat flexi miseratiōne in lachrymas facile proruperunt. Illi autē gratias cæsari agentes pariter discesserunt/ & una cū his antipater simulans letitiā pro eorū reconciliatiōne celebrata. Postero die Herodes quidē cæsari donauit trecenta talenta/ ad spectacula & munera populo romano tribuenda. Cæsar autē metalli ei eris ciptii dimidiōs redditus & dimidiā pecuniatiōnē præbuit & hospitalitatibus eū & muneribus honorauit/ & de regno potestatem concessit/ quæ uellet filiorum successorem relinquere/ uel partitū unicuiq̄ regnū ut ad omnes perueniret/ illo tamen uiuente hoc agere non permisit/ dicens/ oportere eum dum uiuere & regni & filiorū donatiōnē possidere. Hæc dū ordinasset/ rursus rediit ad iudæam. In cuius absentia non parua pars regni defecerat traconitidis/ quos relictū iudices iterum sub imperium eius redegerunt. Herodes autē cum filiis dū nauigaret/ & peruenisset in eleusā ciliā/ quæ postea sebastē dicta est/ inuenit cappadociæ regem archelaum expectantem/ & de filiorum reconciliatiōne gaudentē. & q̄ alexander qui filiū eius habuit ab accusatione solutus esset/ donatiōnesq̄ sibi biuicem ut reges dederunt. Vnde cū herodes ad iudæā peruenisset/ & ingressus in templū fuisset/ de suis prosperis actibus allocutus est populū cæsaris in se munificentia explanans. In fine uero ad persuasiōnē filiorū sermone conuertit ut in aula/ & in aliis cunctis concordarent/ quos & post reges futuros de mōstrauit primū antipatrū/ postea uero filios marianū/ alexandri & aristobolū/ hortabaturq̄ eos dū ipse uiuere sibi in omnibus obedire/ q̄ nec per ætatē impediretur/ nec per senectutem suam rempublicā gubernare. Cū hæc dixisset/ contione dimissa multi sub expectatiōne filiorū eius nouis rebus studebant.

Quemadmodum Herodes celebrauit quinquennale certamen in honorem Cæsaris/ & mira uel clara opera eius.



odem tēpore perfecta est cæsarea/ quā edificauit decenniali tēpore/ uicem mōstratio an no regni sui/ olympiade centesima/ & nonagesimasecunda/ cuius in dedicatiōe celebratio uel apparatus munificentissimus fuit. Nam præceperat carmina musica uel palastras conuenire. Præparauerat et̄ feras/ uel gladiatores cursus/ equos/ & reliqua miranda spectacula in honorē

tu honorē quinquennialis cæsaris. Cui cæsar cū sua uxore iulia p̄ dedicatiōne ciuitatis maxima liberalitate summū direxerat apparatū/ quoq̄ summa iugentis talentis estimata est. Cūq̄ multitudo ad ciuitatē conuenisset pro spectaculis & legationes quas populi destinauerant beneficis eius gratias agentes pariter occurrissent/ cūctos suscepit in diuersorū & cōiuiis per dies quoddecim ad spectacula uel delicias ministravit/ unde insignis eius magnanimitas potuit diuulgari. Quapropter perhibent cæsare uel agrippā sæpius dixisse/ q̄ magnitudinē Herodis imperiū eius deesse/ & e dignū eum esse syriæ uel ægypti regnū possidere. Post huius urbis dedicatiōnē in campo q̄ cæsarsalā uocabat/ loco quoso & optima terra arboribus/ & flumio circūdata ciuitatē edificauit/ q̄ noie antipatri antipatridā nuncupauit/ pulchritudine uel amenitate decoratā/ necnon & noie matris locū iuxta hierichuntē adificas munitione uel domiciliis optimū cyprū nominauit/ in o & noie fratris fasselli/ propter amorē quam in eū habuerat cōstruxit turrim in ea ciuitate non minorē faro alexandrino p̄ munitione ciuitatis/ quā in fratris memoriā fælum uocauit. Appellatiōnis uero eiudē & ciuitatē circa hierichuntē cōdidit. Beneficia ipsius quæ aliis ciuitatibus per syriā & ellada uel apud quos eū contigit/ p̄ficisci donauit minime possumus explanare/ nobilissima uero uel maxima facta eius in rhodios extiterūt. Si quidem pithium ipse suis sumptibus cōstruxit/ & præbuit multa talenta ad nauū confectiōnis. In nicopolitana etiā ciuitate/ quā in acciaco cæsar edificauerat/ multa publica loca condidit. Antiochie/ nis magnā ciuitatem syriæ habitantibus plateā longā in media ciuitate posita ex utraq̄ pte portibus ordinauit/ & uia lapide polito strauit/ ad ornatū & uoluptatē habitantiū/ necnon & olympiacū certamen appellatiōne dignū propter pecuniarū inopiā melius redditibus deputatis effecit. & in orationibus uel reliquo ornatu celebratiōnē eius insignē reddidit. Pro qua munificentia ppetuus agoritheta nominatus est. Aliis quidē mira uidetur differentiā uoluntatis naturæ eius. Nā si largitiōnes cōfiderentur/ quæ omnibus donauit hominibus/ quis potest negare/ munificentissime naturæ eum fuisse. Si uero tormenta & iniquitates in subiectos uel domesticos eius attendantur/ durissimus & ferus/ omniq̄ pietate alienus putatur. Vnde inconstantem & sibi contrariā eius uoluntatē estimabant. Quod ego minime puto/ dum unā causam in utroq̄ dominantem considero/ nam dū ad immensam largitiōnē munificentiamq̄ perducere/ si alicubi præsentis gloriæ spes occurrisset uel futuræ/ sumptibus profusus/ alacriter eā emere festinabat. Quapropter compellabat se uis in subiectos existerē/ dū præsentibus consumptis pecuniis/ alias uellet acquirere. Cūq̄ cognosceret propter uolentias suas se subiectorū odio teneri/ corrigere quidē uitia nō facile poterat/ conabat autē odiū suū occasiōne pecuniarū ulcisci. Familiarū uero qui eū uerbo nō placuisset/ se seruū dicendo/ aut si suspicatus fuisset aliquid de principatu cogitare/ nullatenus se poterat perdere/ sed persequebat & cognatos & amicos/ tanquā hostes. Et dū uellet solū se honorari/ talibus delictis succubuit. Testimoniū etenim perhibet huismodi passionis eū fuisse/ in cæsare uel agrippā uel in alios amicos honores exhibiti. Nā qualiter ipse adulabat maioribus/ similiter sibi a subiectis fieri expetebat. Sed gens iudæorū lege hoc agere prohibetur/ & eōtēta inani gloria/ solā expectat iustitiā. Vnde rex eos exosos habebat/ non potuissent eū tēplū uel imaginibus honorare. Huius rei gratia arbitrator in suos quidem seuisissimū/ in extraneos uero munificum paruissimū.

Oppressio iudæorum per asiam & libyam/ & legatio ipsorum p̄ hoc ad cæsare/ exēplat quoq̄ cæsaris & agrippæ/ quod pro ipsis ciuitatibus sorisferunt.

Cap. XI.

Nitrea iudæi per asiam & libyam atrociter affligebantur/ dum non eisdem legibus sicut sub antiquis regibus uerent/ sed uolentia paganorum opprimerent/ ut pecunias sacras uolenter amitteret/ ideoq̄ ad cæsarem pro his legationem destinauerunt. Qui scribens p̄p̄inciam/ suis eos legibus uti præcepit/ quæ exempla subiungimus quæ demonstrant uoluntatem quā ab initio pro nobis romani imperatores habuerūt. Cæsar augustus pontifex/ tribunitiæ p̄tatis dicit. Quō gens iudæorū fidelis non solū præsentī tēpore/ sed etiam priori/ & magis patri meo dictatori & cæsari populorū/ romano/ & princeps Hyrcanus apparuit/ placuit mihi & senarui/ cum sententiā populū romani iudæos suis legibus/ & patrio iure frui/ p̄mittere/ sicut ab Hyrcano principe sacerdotam altissimi dei/ & sacratia eorum inuiolata permanere/ & pecunias ab eis ad hierusalem transmissas/ reddi cunctis pecuniarum/ neq̄ uadimonia sabbato uel sexto die ab hominibus exigi. Siquis autem inueniens fuerit auferens sacros eorū codices/ aut pecunias a synagogis/ huiusmodi sacrilegus teneatur/ & substantia eius publico romæ deputetur. Suggestionem uero eorum pro pietate mea quā habeo saper omnes hoies/ per C. Martium cæsonium mihi portecit/ & hoc decretum præcipio proponi in nobilissimo loco/ quē omnis asia meo nomini dedicauit. Siquis autē transgressus fuerit hanc constitutiōnem/ non mediocrem pecniā exsoluat. Scriptum est in tēplo cæsaris. Cæsar norbano flacco salutem. Iudæi qui antiqua consuetudine solent pecunias sacras ad hierosolymam transmittere sine impedimento hoc faciant. Hæc qui sem cæsar iussit/ agrippa uero scripsit pro iudæis hoc modo. Agrippa magistratibus/ senatū/ populorū/ apherorum salutem. Pecunia

R. iiii

niarum sacrarum quae in hierosolymorum templum transmittuntur diligentiam & custodiam in asia iudeos habere principio secundum patrium morem. Hos autem quae sacras pecunias iudeorum auferunt & ad asylum confugiunt in beo retrahunt iudeisque tradunt quos iure etiam sacrilegi retrahunt. Scripsit uero silano magistrati gerenti ne sabbato iudei compellant uadimonia praebere. Marcus agrippa cirenensis magistratus / senatus / tui & populo salutem. Iudei qui per cirenem iam augustus scripsit in libya fabio magistratu gerenti aliisque ibi provinciae procuratoribus quatenus sine impedimento pecuniarum hierosolymis secundum morem suum transmittantur nunc me interpellauerunt qui ab aliquibus caluniatoribus affligunt occasione tributorum quae nequaquam debent & prohibent solennia sua peragere quod nullo modo impedire admo. Sed & si quas sacras pecunias ab eis abstulerunt has ipsas reddi praecipio & in reliquo corrigi ne talia committantur. Gaius norbanus flaccus proconsul sardinensium magistratibus & senatus salutem. Caesar scripsit mihi praecipiens nequaquam iudeos prohiberi patriam conseruare dine pecunias colligentes ad hierosolymam transmittere. Scripsi ego uobis ut sciat is quonia Caesar & ego sic uolumus. Nihilominus & iulius proconsul scripsit ita. Ephesium magistratibus / senatus & populo salutem. Per asia iudei habitantes idibus februa. ephesum mihi iudicanti demonstrauerunt caesaris augusti & agrippae concessisse eis proprias uti legibus imo & primitias quae singulis eorum sua uoluntate pietatis causa quam in deum habent solent transmittere habeant licentiam sine impedimento hoc agere. Petierunt autem ut ego similiter quae decretae a caesare uel agrippa mea sententia confirmare. Volo igitur uos cognoscere quo modo decretis augusti & agrippae parens / praecipi eos uti & seruari sine impedimento sua solennia. Haec ideo explanauimus quo modo conscripta nostra amplius apud graecos uentura sunt ut demonstraret eis quia cunctum honorem ab initio imperantes nihil ex patriis legibus prohiberi sumus a magistratibus agere sed & defendebamur religionem & honores in deum seruantes quorum factio saepius mentionem ut mutatis saeculi odiis causa quae nobis ob hoc uel illis irrationabiliter inserta sunt euellantur. Nam legibus huiusmodi nulla gens semper utitur dum & per ciuitates multa religionis differentia seruetur iustitiae uero a cunctis hominibus similiter studeatur quae comoda graecis uel barbaris existit de qua nostrae leges multa rationem habentes omnes homines debent nos ut amicos & hospites amplecti. Nam oportet non differentia religionum nos alienos facere sed non seruatibus benignitatis affectus quae omnium hominum communem uitam poterit custodire. Redeo uero ad reliqua monumenta conscriptionum.

Quemadmodum egens herodes pecuniis descendit ad sepulchrum dauid & terrore imaginum territus / tumultu desuper statuit & rursus de perturbatione magna domus herodis qua etiam alexandrum filium suum iecit in uincula.

Cap. XII.



Herodes sicut praedixi consumptis suis pecuniis audiens Hyrcanum ante se regem aperuisse tumulum dauid & tria milia talentorum inuenisse multo plus credens deposita quae ad omnes sumptos suos sufficerent tumulum ingreditur nocturno dum nequaquam uellet hac ciuitate sentire. Unde fidelissimos amicos tantum ducens pecunias quae depositas sicut Hyrcanus non inuenit ornatum uero & uasa aurea plura tulit. Dumque omne studium poneret & inquisitionem diligentiore faceret ac uellet interius ingredi ad urnas in quibus dauid uel solomonis corpora posita erant duo eius satellites flammis exusti sunt ab interiori parte occurrentibus. Tunc ille timore perterritus egressus & pro piculo monumentum ex laide candido ante ianuam magnificentissimum construxit expensis. Cuius & nicolaus historiographus meminit sed descensum regis obtinuit dum inhonestum hoc factum cognosceret quod semper in suis egit conscriptis. Nam uiuente rege & cum eo degens ad gratias eius & fauore illa tantummodo dicebat quae ad gloriam eius pertinebant multas uero iniquitates eius mutabat & cum illo studio celebrabat. Nam marianne filiorumque eius mortes crudeliter factas ad satisfactionem cupiens perducere ut luxuriosam illam & adulescentes patris insidiatores accusauit. Rex gestas autem regis amplioribus laudibus extollens delictis eius studiose satisfecit. Cui uenia danda est quia non historiam sed laudem conscripsit. Nos uero genere asamoneorum regum propinquum & cum honore sacerdotium habentes aliquid metiri se dum putauimus ideoque cum ueritate gestorum memoria recedemus. In domesticis uero malis herodes constitutus affligebatur nam multi ex regis ita capientes audacia / accusabant propinquos & amicos eius. Quibus uita inter se dispositis nulla requies erat. Siquidem salomae inimica filii mariane aristobolo sua filia coniuncta nullatenus fide eius seruari dimittebat dum flecteret eam ut quicquid locutus secrete fuisset nunciaret sibi & in altricationibus quae inter coniugales saepius cogitant cogebat puella dicere quae de marito sciebat. Illa uero dicebat quae saepius memoriam suam matris mariane faceret & quae patre odio haberet frequenter autem interminaret quia si principatum obtineret filios quos herodes ab aliis uxoribus habebat traditos magistris litterarum in agris constitueret dum magis apti essent ad hoc opus quam haberent circa studia diligentiam uxores uero si quando uideret maternum indui ornatum pro praesentibus ornamentis ciliis intercludi ne solem uiderent. Quae confestim per salomen regi nunciata / dolorem eius inflammabant. Urgebatur uero multo peius omnibus

omnibus credens & inuicem se accusantibus. Tunc autem filiis interminatus / satisfactionibus eorum ad praesens molitus / imposterum atrocius exarsit. Nam ferora cum ad alexandrum uenisset filiam arxelai glafiram sicut praediximus habentem salomen inquit dicentem audiui quod herodes in amore glafirae suae natus incidisset & minime desiderii solacium possit inuenire. Quod ille audiens adolescentiam uel emulatione commotus quae honoris causa circa puellam ab herode fiebat / propter amorem haec eum facere suspicabat. Dolorem ergo minus tolerans patri nunciavit cum lachrymis quae turbabatur & saepius exclamans malivolentiam familiarium qualis ipse erga eos fuisset & quales eos inuenisset conuocauit feroram. Quae huiusmodi aggressus pessimae inquit omnium in quo ad tam immensam uel infandam in deuotionem peruenisti ut talia de nobis existimes aut loquaris. Nonne uim deo tuam uoluntatem quam non in mea iniuria te talia uerba producere sed insidias & uenena immidere filio pro mea pietate festinasti. Quis enim alter nisi bonitate dei retentus quam hic puer in se habet portare potuisset in patre non uindicare tam crudeliter opinionem. Primus enim gladium in dextra quam hoc uerbum in animo eius debebas immittere contra patrem. Quid autem canaris male loquedo de me nisi ut eorum fauorem fraudibus tibi concilies. Nam talia dixisti qui tunc tantum impietati fuissent cogitanda. Abscede iam pessimae circa fratrem ac benefactorem & tecum quidem haec malitia conscientiae coniuat. Ego uero uindico sicut soleo in meos nec uindicas merito in eis sed magis beneficiis exornans quibus in digni esse noscuntur. Talia quidem rex ferora statim mestitia plenus / salome inquit haec persuasisti & ab illa sermones audiui. Quae mox ut audiuit non praesens erat exclamauit quod nihil tale ab ipsa dictum fuisset & quod festinarent omnes ad odiu regis eam perducere cunctisque modis eam occidere propter fidem quam erga eum semper habere cognoscerent in praesenti sibi insidiari quia sola reflecteret fratre ne uxorem quam nunc habere repudiaret regis filiam in matrimonio sibi coniungeret. Quapropter me falsis inquit accusationibus est aggressus. Cum haec dixisset crines suos dilacerans & pectora manibus tundens uerisimilis ad negationem esse constabat. Malivolentia uero motum dissimulationem redarguebat. Feroras autem in medio restitit nullam habens satisfactionem. Nam alexandro se dixisse confessus est / audiisse uero a salomae minime comprobauit. Unde diu confessionem sermonum inter eos factam rex frater uel sorore auersatus filium pro constantia laudauit quod sibi sermone ferorae nunciasset. Hac lite facta salomae ut accusationis commotae caput omnium odio tenebatur quam uxores regis ut malivolae abhorrebant quod natura maligna eam cognoscerent. Occasione ergo data semper eam accusabat herodi quarum fiducia ex huiusmodi causa magis accreuit. Rex arabum oriadas nomine naturaliter regnis & regni negociis poenae inefficax habebat dispensatorem regni sui astutum iuuenem & in omnibus nimis ornatum cuius edictioni omnia arabia subiacebat. Is pro causa quadam cum ad herodem peruenisset & coenaret cum rege uidit salomae & desiderio eius captus est / audiens praesertim quod uidea esset / magis inflammatus loquitur de nuptiis eius salomae uero male tunc a fratre tractata iuuenisque accensa decore libenter consentit ad nuptias. Et cum rursus ad coenam conuenissent monstrabantur non mediocria signa cupidinis eorum. Quae mulieres regi nunciauerunt deridentes impudentiam illius. Herodes uero cum ferora interrogasset & obseruare praecipisset in coena quid illi facerent inter se nunciavit ei quod nutibus uel oculis non laterent de suo pudore. Post haec arabs quidem in suspicionem ueniens recessit. Cuius tribus mensibus remoratus esset rursus rediit ad hoc ipsum sermonem herodi facturus postulans dari sibi matrimonialium iure salomen / dum non incommoda ei foret affinitas eius cum arabum principatu quem iam sibi nunc adesse magis uero futurum explano alias exemplo credebat. Cuius hunc herodes sermonem sorori retulisset interrogans si ad nuptias consentiret illa sine mora consentit. Tum illum quoque inquit si uellet inscribi legibus iudeorum & circumscidi eo quod aliter non posset salomae poenitus sibi iungi. Ille respondit nullatenus ista consentire quia si actum fuerit se ab arabis non solum regno sed & uita priuari. Quo dicto recessit. Salomen autem ex illo die feroras iam de luxuria criminari coepit nec tamen tantum quantum regis uxores quae dicerent eam cum adulteria commississe. Puella namque quae fratri suo ferore rex desponsauerat ipse quidem non accepit uictas amore sicut praediximus / uxoris absentis. Salomae autem rogabat filio suo de custobaro nato eam coniungere & disuaderet rex a ferora dum adolescentem suscipere haberet propter patris interitum iustus autem esse ut duceret eam filius suus quod magistratus tetrarchiae successor extabat. Cuius priore pacto soluta puella duceretur a filio ferore praestitit rex dotem centum talenta. Itaque dissensiones familiares non cessabant sed maiores ei turbae crescebant & incidit tale aliquid ex causa non honesta & citius ad difficultatem usque processit. Fuerunt enim eunti regi propter pulchritudinem non mediocriter acceptabiles quorum unus pincerna alter inferior alter uero leuisti regis creditarius qui & consilio eius intererat. De quibus nunciavit quidam regi quod hi ab alexandro multis pecuniis corrupti essent. Qui requirenti regi de facta quidem communiione uel permixtione confessi sunt alium uero nihil acerbum scire de patre dixerunt. Cuius magis torquerentur

querentur & in necessitatibus essent semper ministri atroces in eos insisterent ad gratiam antipatri hoc confessi sunt quod odium circa patrem & inimicitias Alexander haberet & persuaderet eis Herodem spernere uelut superfluum & cooperiret senectutis suae tpa: dū annos aetatis celaret & ad se iam respiceret tanq̄ regnum habere inuito patre & quod alii nullatenus sed sibi citius primus locus uenturus esset non pp̄ genus tantū sed preparationibus patratā ei dominationē esse / quia plures ex ducibus & amicis secū haberet: qui cūcta pro se pati uel facere essent parati. Hæc cum herodes audisset totus in furore merusq; tractus: ea quæ ad contumeliam dicta cognouit moleste tulit. Aliā uero suū sp̄itionē periculosam suscepit. Vnde ex utriusq; incitatus timebat ne pro ueritate constata fuisset in eum coniuratio fortior priore & custodias undiq; cōmuniū secreta quæstionē fecit. Speculatores autem eis de quibus suspicabatur opposuit & dū in opinione uel odio cūctos haberet arbitrium protutela concipiens multū contra infantes acerbus factus est. Sed magis ac magis ualidi uidebant ei & terribiles quos non frequenter nominabat propter insolitam conuersationem & si forte uocasset statim de interitu suo securi non erant. Postea uero omnes propinqui dum nihil habuissent firmum ad sp̄em suæ salutis contra se conuersi existimabant uile / siquis antcipans alium accusasset / & hoc sibi salutē posse conferre / si suis facinoribus alios onerarent & eo cadebant in quo cæteros insidiabatur inmittere. Nā regis penitentia ne filios occideret q̄ non manifeste peccatē intercedebat ipsi uero quod peius est non desistebant similia cōmittere sed ad poena currebant parē dum ulciscerent in eos qui prius eos accusassent. Talis ergo dū fuisset in aula turbatio multis amicis rex palatiū inter dixit. Quam interdictionē maxime constituit his qui fidutiā priorē habebant. Siquidem Andromachum & Gemellū uiros ab initio amicissimos qui multū in republica eius legationibus & consiliis domesticis profuerunt eiusq; filios docuerant & qui præ filiis primū fiducia locū haberent recur fuit suscipere. Andromachū quidē q̄ filius eius Demetrius amicus Alexandri esset. Gemellū uero fidelem illi sciens quia & in conuiuiis & in studiis romæ cū ipso degebat. Quos honeste quidem expulsi ne indecens aliquid contra uiros nobilissimos constitutere uideret. sed caute agens fiduciam eorum cū honore amputauit ne per potentiā aliquid in eū cōmitterent. Horū autē omnium malorū autor erat antipater qui patris in constantiā intellexerat: cui iam dudū ei cōsederat. Vnde magis suade re uidebatur ut auferretur unusquisq; potentiū. Tunc ergo rex Andromacho cū cæteris expulso de colloquio uel fiducia reliquos fidelissimos Alexandri cum tormētis interrogabat ut siquid cōtra se constatum scient ediceret. Et quidem moriebantur dum non haberent quod dicerent. Ille uero consuebatur quia tales quales existimabat nō inueniebat. Callidas autem antipater q̄ ex ueritate ad constantiam & fidem deducere non ualebat plus incitabat requirendo a pluribus latentem coniurationem. Proinde cū aliqui ex pluribus retulissent q̄ cognoscerent adolescentē eū laudare corporis sui magnitudo uel sagittandi p̄tia: cuiq; alia quæ ad uirtutē super oēs haberet: hæc sibi dixisse potius bona naturæ officere dum pater inuideret & iccirco ambulando cū eo sese humiliare ne longior appareret in uenationibus uero cū sagittarent illo præsentē non recte iaculari p̄pter gessoris inuidiā quam de gloria sua haberet. Cūq; uerbum scrutaretur & remissio poenarum corporis internuisset addebat q̄ fratrē Aristobolū conscium haberet ut in uenatione patrem perimenes ad romam conuigerent regnūq; peterent. repertas uero & litteras adolescentis ad fratrē Aristobolū in quibus patrē accusabat non iuste fecisse dum terram tribuisset antipatro ducentorū talentorū redditus. Quibus dicitis putauit Herodes uerum existere quod de filiis suspicabatur & statim apprehendēs Alexandrū ligauit. Deinde uero remisit suam atrocitatem dum nec quæ audisset crederet & astimaret nihil dignum pro insidiis ex his constatum apparuisse sed quærela esset uel iuuenilis temeritas & q̄ eū manifeste interficientes romæ confugerent non uerisimile uidebatur. Et maius aliquid sperans inuenire iniquitatis filii signum dicebat non sibi placare temerarie filium colligasse. Torquens autem amicos nobilissimos Alexandri non paucos nihil pœnitens de quibus suspicabatur confelso inuenit. Cūq; in hoc multus apparatus existeret & terrore uel turba palacium plenum esset unus quidam iuuenis ut in necessitates peruenit romam dixit transmisisse Alexandrū & petisse ut citius euocaretur a cæsare habere se manifeste causam suggere contra patrem q̄ regem parthorum mitridatum contra romanos sibi reconciliaisset addens quia uenenum etiam Alexander in Ascalonā ei parasset. Tum Herodes hæc audiens & credens q̄ solacium temeritatis inuenisset statim de ueneno præcepit inquiri quod tamen nullatenus potuit inuenire. Magnitudinem ergo malorum Alexander uolens confitemare negare quidem distulit incitando temeritatem patris ad multo maiora delicta: forsan autem & per hoc amputare uolens foelicitatem eius quam in accusationibus credendis habebat tamen nullatenus obtinuit dum omne regnum cōcutere uoluisset. Siquidem litteras in quattuor libris destinauit dicens q̄ non oporteret torqueri quæquā nec ulterius hoc procedere quia reuera insidiæ factæ essent in quas coniuirasse feroram uel fidelissimos amicos eius assererat salomē autē noctū super se ingressam & cum inuito concubuisse cunctosq; simul illic contra eū iure uenturos q̄tenus eum occidentes

ocidentes perficerent quod semper inexpectatione meditaissent. Inter hos etiam Prothomæus & sapiens fidelissimus regis accusantur. Nam nihil aliud uidebatur quam si rabies quædam incidisset beluarum more aut amicissimi cōtra se armaretur. Iccirco nec satisfactio ueritatis habebatur sed indifere te perditiones pronuntiabantur. Cūq; aliquibus uincula & aliis mortis alius uero insperatos dolores infligeret turpiter regnum a priore foelicitate dehonestatum est. Et scruissima erat Herodi uita dum turbatus nemini crederet / magnūque expectationis tormentum haberet / quod sapiens suū peruenturam sibi filiam crederet. Itaque noctū uel die turbatus in furorem & insaniam poenæ lapsus est.

Vt Archelaus rex Cappadociæ reconciliauit Alexandrū patri & ipse ad cappadociā Herodes autem Romam profectus est. Cap. XIII.

Archelaus autem rex cappadociæ cū hæc de herode audisset / territus pro filia uel de adolescentē contristatus / pro tantis amici turbationibus in iudicium uenit: nec in cōsentu quæ congeritater ponens diligenter prius cuncta percunctatus est: nec tamen in aliquo quasi culpans Herodem q̄ temerarie fecisset aggressus / uerens ne pro reconciliatione ad furorem eum perduceret / sed alium ordinem tenens emendare quæ acciderant cepit. Nam iuueni interminabatur / Herodem autē mitē dicebat / dum nihil temerarie fecisset. matris onium quoq; filia solū uere promittens & nec ipsi parere / si in aliquo reperta illi scicia nō iudicasset. Cum talem præter expectationem Herodes Archelaū uidisset & quia plus ipso furorē suum demonstrasset / rex mutatus ad iracundiā suā dum putaret iuste acta quæ fecisset paulatim ad patris affectū rediit. Miser cor dia ergo inter utrosq; apparuit: cū aliqui pro iuuenē satisfecissent & Herodes ab ira mutaretur. Tum Archelaum similiter increpantem attendens petiit ne nuptias solueret quod minatus esset / quia quibus parum ire adhuc habebat in his quæ iuuenis cōmiserat / Archelaus tamen ut modestiorem eum faceret / criminationes in amicos referebat / dicens illorum esse quod iuuenem malignitate sua corrumpere / fratremq; regis in suspicionem mittebat. Nam dum Herodes iram contra ferorā habuisset & ferora indigeret regis reconciliatione simulq; credens quam eum Archelaus scire potuisset accessit ad eū cū ueste nigra petens ut fratrē pro eo peteret. Quē Archelaus nec spreuit / nec confestim se Herodi sua dere posse promisit / immo hortatus est ad regē eū accedere & supplicando cōfiteri se omnium malorum auctorem existisse quia prodesse hæc ad eius indignationem mitigandam plusq; sua suggestio. His flexus ferora quæ inter se ambo cōstituerant / præter sp̄e adolescentis accusationes absoluit. Cūq; ferorā Archelaus reconciliaisset / ad cappadociam reuertitur / gratius tanq̄ nemo alter illo tempore factus Herodi. Quapropter & muneribus eum munificentissimis ornauit præ omnibus magnifice / & inter necessarios amicissimū arbitratu est. Cōstituit & romā proficisci quomodo de his cæsaris scripta susceperat. Et usq; Antiochiam eis simul euntibus syriæ procuratorē ticiū / micum Archelaū / ei Herodes amicū fecit. Cūq; romæ fuisset & inde reuertitur / factū est bellū inter ipsum & arabas / ex huiusmodi causa. Qui traconem alias traconitide habitant regionē quam Cæsar a Zenodoro tollens / Herodis prociua addidit / latrocinia licentiam non habebant sed agrum colere / uel sub quiete uiuere cogebantur / quod illis minime commodum erat / multaq; Herodi gloria hac diligentia sua surrexerat.

Dilectio habitantiū tracone a regio herodis & uastatio p̄ duces eius & de trāsfugis q̄ de tracone puincia ad arabia recesserunt quos recepit sylleus pcurator regis arabia. Cap. XIII.

Gitur quādo nauigauit romæ ut filiū Alexandrū accusans cæsari antipatrū cōmendaret / fama uulgauit mortuū eū esse. Qua comperta traconitide habitantes subtrahentes se ab eius principatu rursusq; ad solitum reuersi morē finitimos agros depopulabant / cōtra quos egressi procuratores regis oēs domuerunt. E quibus q̄draginta principes latronū cū cognatione sua a tracone puincia ad arabiam recesserunt / sylleo suscipiente eos pro causa ire quā habebat / negatis nuptiis Salomæ. Quibus eū locū munitū dedidit / illi non tantū iudicā sed & inferiorem syriam deprædabantur / refugia sibi præstante sylleo.

Qualiter Herodes a Roma reuersus in arabam transfugas postulabat / quos cū non obtinisset exercitum contra eos produxit / arabas quoq; debellauit. Cap. XV.

Erodes autē roma reuertēs / comperit plurima regni sui a latronibus male tractata / nec potest duces suos latrones cōprehendere nec habere qualiter tutelā suā muniret / illis arabū patrociniis fulsis. Cūq; grauius ferret / ipse traconē pueniēs familiares eorū permit. Vnde illi potius ad iracundiā incitati / legēq; habentes ut in eos uindicaret / qui familiares eorū occidissent / cunctā herodis terrā uexabat / & deprædabant. Ille uero referebat hæc Cæsaris duobus satur nino & uolūnio / uolēs latrones ad poenā petere. Nā illi fortiores & plures facti / oia turbabant / affligēdo regis Herodis puincia / & uillas deprædando / & captos homines interemendo / ut bello similibus esset uolentia quam faciebant / nam iam plus mille extrabant. Herodes autem latrones quidem petebat / & debitum quod per Sylleum mutuassent Obado alias quando talenta quingenta / iam constituto

constituto die transacto in quo statutum fuerat pecunias reddi. Syllus aut obadū alias ouadum de-
spiciens dum ipse gubernaret latrones quidē denegauit per arabia esse de pecuniis uero differebat.
Quapropter cognitiones corā Saturnino uel uolūno procuratoribus syriae cōmittabantur. Qui sta-
tuerunt intra tricesimū diem Herodē pecunias debere recipere & eos qui de utroq; regno confugis-
sent inuicem reddere. Et apud Herodē quidē arabū nullus poenitus est nec p affectōne nec alio mo-
do tentus. Arabes autē passi sunt latrones apud se teneri. Cūq; constitutus dies trāisset nec Syllus de
quo statuerat aliquid composuisset romā ascendit. Redditionem uero pecuniarum uel latronū Hero-
des exequabatur. Cum saturninus & uolūnius p. accepisset in deuotos persequi exercitum assumēs he-
rodes arabia ingressus tribus diebus septem mansiones fecit. Cūq; prope castellum ubi latrones erāt
peruenisset cepit quidem omnes eos insidiis euerit uero castellum quod repta uocabatur cū nemi-
nem poenitus lesisset. Itaq; arabis ad auxilium uenientibus cū nacebo duce pugna cōmittitur in qua
pauci quidem Herodis nacebus aurem dux arabum cū uiginti quinq; suis ceciderunt reliqui uero ad
fugam conuersi recedunt. Poniens autem horum rex tria milia circa traconē idumerorū locauit ex-
ercitum & latrones ibi constitutos arcebat & de his ducibus circa scenicem existentibus mandauit
demonstrando quia nihil amplius in indeuotos exequutus arabas quē oportebat egisset. Quae illi qui
dem requirentes inueniebant nequaquam mendaciū esse.

Quemadmodum Syllus accusauit coram caesare Herodem de incurfione quam in arabia fecerat
& q̄ indignatus Caesare dura uel grauiā rescriptis ei quare Herodes placare uolens caesarem misit
romam Nicolaum damascenum.

Cap. XVI.

Nunciū uero Syllēo cum romae gesta indicassent & magis singula exaggerassent & ille in
aula permanens tunc inter caesaris amicos statim haec audiēs mutata nigra ueste ad eū
ingressus suggestit q̄ bello cuncta arabia conficta totumq; regnū commotū ab Hero-
dis exercitu fuisset & lachrymis fultis quingētos quidē cum duobus milibus arabū pri-
mates perisse dicebat interfectū autē & ducē eorū nacebū propinquū & affinē sibi diuitias autē re-
ptis castello constituta depredate dū pro egritudine contentus obadus alias ouadus ei non sufficis-
set occurrere quia nec ipse nec exercitus arabū interfuisset. Talia syllēo dicente & inuidiose insuper
addente q̄ nec ipse rediret ad prouinciā nisi crederet quia caesar de pace omni cogitaret neq; si praesens
fuisse cōmodum esset cum Herode bellū cōmittere his dictis caesar irritatus praesentes hāro-
dis hoies pcontatus est qui tunc a syria uenissent si exercitū Herodes ad Arabiā deduxisset. Qui cū
ei hoc dicere cōpellerentur nec causam facti suggererēt ira caesar cōmotus scripsit Herodi cūcta qui-
dem grauiā/summa uero epistola huius erat. Olim amico nunc uero subiecto. Scripsit autē de his syl-
leus arabis. Qui reuerti neq; latrones ad se fugientes reddiderunt nec pecunias restituerunt sed etiā
& pascua quae mercede tenebat minime solito reditu possidebant iudaeorū rege caesaris furore humili-
liato. Tunc quoq; traconide habitantes cū arabis aggressi custodia iudaeorū affixerunt eos nō tan-
tum pro sua utilitate sed & memoria prioris belli p Herodē sibi inuicti irrogati. Quae rex ferebat pā-
ta fiducia quam in caesaris amicitia habuerat dum secundo legationes suas satisfacturas pro culpis
noua suscepris cognosceret. Estuabat etiā de sylleō cui credebat a caesare qui praesens romae conabat
defuncto obado alias ouado rege arabū in regnū succedere multis caesari promissis pecuniis aliisq;
in aula potentibus. Interea obado alias ouado moriente dinea qui post arethae dictus est regnū ar-
ripuit. Caesare autē arethae minabatur q̄ regnare praesumpsisset priusq; sibi de hoc scriberet. Ille uero
eū donis multis caesari coronā aureā multorū talentorum destinauit & epistola per quā sylleū crimi-
nabatur ut maliuolū seruū & obadū alias ouadū ueniēs eius peremptum uxoreq; arabū ad eo adu-
teratas dū causas reipublicae rege uiuente gubernaret immo & ere elieno sibi uellet p pecunias prin-
cipatū acquirere. Quibus nullatenus animo caesar intēdens remisit dona. Arabia uero uel iudaea plu-
ribus malis affligebant dū regū unus quidē quia nec dū firmū imperiū habebat praedatores nullate-
nus prohiberet. Herodes autem iratū caesare pro sua uindicta uidens omnes illorū iniquitates portā-
re cogebat. Deinde tantis circū instantibus malis iudicauit iterū romā transmittere si posset medio-
critate p amicos caesare placare. Direxit autē Nicolaū damascenū. Domus autē eius uel filii sui multo
peius illo tpe erāt dispositi & licet sine suspitione nūq; fuisset malū tñ ex hmoi causa pualuit.

Criminationes euricleri lacedaemonis contra filios ad patrē Herodē & quia ligasset eos pater &
ad caesarem scripsisset.

Cap. XVII.

Macedonius euricles nobilis domi malus autē aīo luxoriosusq; ad herodem ueniens mul-
tis donis eius fauorē cōparauit ut inter necessarios amicos eius deputaretur. Qui manēs
apud antipatrū aditum uel consuetudinē cū alexandro habebat. Nam archelai cappado-
ci se se dicebat hospitem & ideo per glaphirā ualde honorabat eum cunctisq; blandieba-
tur. Semper autē dicta uel facta notabat ut exinde posset accusationibus confectis gratias Herodē
dis conquirere

dis conquirere unde singuli existimabant multū sibi fidelē existere. Quapropter Alexander ut ado-
lescens & dolens de his quae passus fuisset narrauit quā pater alienatus fuisset & mater sua interfecta
ab eo perisset antipatrū autē sibi praeposuisse & quēadmodum ille intolerabilia de eo patri dixisset
& ad odiū illū incitasset ut nec in conuiuio eum nec conuentu dignaret adesse. Cū uero talia dolens
desuisset statim euricles antipatro oīa nunciāuit dicens. Nō pro mea utilitate tibi haec nuncio sed tu
is iam uictus honoribus & rei magnitudine praecipio cauere Alexandrum. Nam haec non sine dolo-
re dicens inesse suis uerbis audaciam demonstrabat. Igitur antipater cū eum sibi fidelē esse existimas-
set magnas ei donationes opulit & deinde fleuit herodi eadē explanare. Qui non sicut ab alexan-
dro audiuerat intimauit sed uerbis suis aliqua ueritatem accusationi addens aīum regis immutabili
odio filiorū cōpleuit. Quia a rege donationē quinquaginta talentorum accipiens ad archelaum regē
periculis appetere incertus utrū ne ualeret affectū suā cupidinis obtinere/ p̄sertim cū pro tali causa suos fratres uidisset extinctos quorū facinoris & nunciatorē & accusatorē ipsum esse cōstaret quod nisi ab ipso p̄leret occultū proculdubio p̄maneret/ quorū etiā postmodū quod esset malignitas eorū circa patrē ad fidē p̄ducta punitur extaret. Et ibi q̄dem hęc sua dicebat esse monumenta/ q̄bus con/ uersationē suā cū magna beniuolentia circa patrē agitalse pbaret. Roma uero quā gesserit testem Cæsare cōuocabat/ quē iuxta ad eū fallere quorū fidē facere litteras ab eodem Cæsare destinatas/ q̄bus litteras haud recte esse fortiores aut fidiōres reputare accusationes hominū uolētū iter eos turbas & iurgia cōcitare/ q̄s accusationes a suis inimicis cōfictas aiebat/ quas se reuerso ultra iā habere nō possent. Causabatur etiā de tormentis/ quod eorū uiolentia factū esset ut falsa dicerent/ doloris quippe ac necessitatis eā esse naturā/ ut doceat eos q̄ subiecti sunt illa loq̄ quā uiderint grata dominantibus quorū se potestate tormentis adigi sentiunt. His dictis/ mutatio est totius facta consec/ sus. Satis etenim miserabant Antipatrū profusione lachrymarū/ & uultus humilitate miserabilē/ ita ut ēt inimicis lamentabilis apperet. Nā flebat quōq; Herodis animus inclinatus/ licet conare suam mentē aliis non esse manifestā. Nicolaus aut exorsus ab illis uerbis q̄bus rex principiū fecerat/ cām amplificare cōepit/ & cuncta quā uel tormentis eruta/ uel testibus erant relata p̄ferens congregabat undiq; criminis p̄bamenta/ maxime uero uirtutē regis & clementiā longa narratione p̄ferbat/ qua liter nutritiones & edificationes in studiis doctrināq; filiis/ suis ip̄derat/ quarū rerū labor in nullo eā profuisset ac cōmodo in aliis calamitatibus irruenti/ quāquam se non imitari diceret propriā filiorū inconsiderationē/ quod & adhuc fuissent adolecētuli/ & decepti facile a prauis suatoribus corrupti/ in trāscursum declinassent/ naturāq; iura relinq̄ssent/ ut imaturus quā oporteret regnādi cupidine te/ perirent. Antipater uero furia/ admodum se prorsus expauescere/ nō modo p̄pter paternā beneficentia in q̄bus eū assatim fuerat muneratus quā cū essent tā magna/ multa/ eius tñ animū lenē reddere nō quierunt more uenenatorū repentini/ licet illa repētia quālibet sint aspersa/ beneficiis aliquatenus leniuntur. Nō solū ergo in hoc expauescere se dicebat prauitate Antipatri/ uerū etiā quod fortunā iā fratru pro exēplo p̄cedere it/ quo minus imitator eorū existens/ impetum suū a crudelitate reti/ neret/ quanquā inquiring o Antipater q̄ temeritatis fratru nunciator exitisti/ & documētōrū scruta/ tor/ & punitor redargutorū/ cur nō repulisti animo quā in illis te prodente culpamus/ sed potius ad imitandum flagitium illorum infamia & libidine raptus es. Vnde claret/ quod nec illa a te pro tuta/ mine gesta sunt/ patris sed pro fratrum infelicitum interitu festinata/ ut illorum odium ostendat/ amator quasi patris crederis/ quatenus posses eius infidias iter facilius adipisci/ potestatem a pa/ tre percipiens/ quod etiam ip̄s operibus approbatur. Ambiebas enim/ ut fratres interimerentur/ de nequitiā redarguti/ ut autem conciliis eis proderentur/ minime curasti. Vnde certum est/ te quoq; cum illis aduersus patrem infidias construxisse/ accusationem illis p̄parando/ ut si forte ad effe/ ctum uenissent/ tibi lucrum parricidii prouenisset/ ut ex duobus p̄certaminibus tu fructus perci/ peres gaudiorum/ tuis moribus competentes. Et circa fratres quidem qualis exiteris manifestus es/ nam super eorum morte uelut de rebus gloriabare magnificis. Quod quidem esset dignum ita te sapere/ si tu non deterior exitisses. Sed te occulto aduersario patris exante claret/ quia illos non ueluti patris infidiatorē habebas exosos/ nam haud ita exorbitares similem nequitiam cupiens perpetrare/ sed timens ne regni fierent successores/ quos tibi uidebas iustius posse p̄poni patrem super fratres extinguere festinabas/ ne celeriter tua aduersus fratres factio proderetur/ & pro qui/ bus tu merebaris poenas luere ab infelici patre supplicium sumere conabaris ac parricidium non commune cogitasti/ sed quale uix/ quoquam nunc in uita hominum uel uideri potuit uel audiri. Non solum enim filius patri infidias p̄parabas/ utrum diligenti quoque & beneficentia multa p̄stanti. Socius quippe regni constabas/ successor in nomine/ in dispositionibus particeps/ in fruendo communis. Nam & successor ante iam denunciatus/ & tōcunditatem ac fructum regni iam ante capere in nullo prohibitus/ ad spem etiam futuri gerendam ex sententiā es patris ac litteris com/ munitus. Sed tu non ex herodis clementia rerum iudex eras/ sed tua uoluntate ac nequitia opera paternā penitabas/ uolens patri in omnibus tibi obedienti etiam partem quam possedisset abire/ re/ & congingebas uerbis uelle seruare eum/ quem rebus ipsis & operibus interimere nitebaris. Et non solum tu malignus extabas uerumetiam matrem prauis tuis replebas inuentionibus/ fra/ trumque uoluntatem aduersam/ seditiosamq; reddebas/ qui etiam patrem bestiam appellare ausus es/ cum habeas ip̄se mentem omni serpente peiorem. Siquidem illorum aduersus patrem uenena colligebas. Et quem patrem/ qui te tantis beneficiis muneratus est. E contra eum auxilia diuersa postulabas/ & artibus natiis per uiros atq; mulieres utebaris/ quatenus interimeres hominem se/ nio & etate confectum/ quasi ad nocendam non sufficeret sola tua mentis iniquitas. Et nunc ue/ nisti post tormenta liberorum atque seruorum/ quā propter te uiris ac mulieribus constant infli/ cta/ & contra denunciations conuicatorum tuorum inficiatum ire festinas. Et non solum patrem/

hominibus

hoibus auferre conatus/ sed etiā leges/ uirtutēq; Vari & ipsius iuris naturā ipsamq; conaris interi/ mere ueritate. Ita ne cōfidis in tua ipudentia ut ēt tormentis temetipsum subici uelis/ cū causeris de tormentis eorū q̄ examinati sunt/ ut illi q̄dem quia ea dixerunt quā ad liberationem tui patris attine ant ueritate minime tenuisse uideant/ tormenta uero quā tibi fuerint adhibita uelis idagasse ueritatē. Nōne saluas o Vare/ nōne liberat regē factionē a suo sanguine sustinent. Per maiestātē Imperii Ro/ mani q̄ uirtutē tuā obtestamur/ ut hęc atrocissimā bestia/ quā pro proditione fratru patri se beniuolū esse simulabat/ quatenus posset solitari/ & omni consanguinitate desertū de regno propellere adiu/ dices/ atq; cōdēnes. Nō p̄nūcias hūc sceleratū ducendū ad necem. Scias quō patricidii cōmunis in/ iuria est & naturā ipsius/ & totius uitæ hominum/ neq; minus facinorosus reputandus est qui cogita uerit/ ram et si eum effectū nō cōrigerit/ ad pisci. Naturā ipsi iniuriarū/ q̄ talibus supplicia nō iporat. Addebat et illa quā mater antipatri ad aliquos muliebri more locuta est/ ariolationes quoq; ac diu/ niones sup rege factas/ & sacrificia memorabat. Aiebat itē & q̄quid antipater cū Ferora/ mulieri/ bus lasciuire dicebat/ cōmestrationes quoq; fordidas amore/ q; narrabat. Deniq; examinationes tor/ mentorū/ & testificationes plurimas iferebat/ quā sane plurime cōstabant. Nā alias q̄dem ante para/ ratur/ alias ex repēntinis nūciis summitates acceperat/ ex q̄bus priora magis firmabant. Plurimi qp̄ pe hoies/ quā antea timore Antipatri silentio p̄tereūda mandabant/ cernentes cū accusationibus pri/ mis odibile/ & aduersa fortuna inimicis eius aperte prompteq; cōtraditum/ q̄ odio ineffabili aduer/ sus eū nitebant/ oia tunc prodebat. Incitabant quoq; ad accusandū non solū honore factorū eius/ & magnitudinem sceleris eius quā uel patrauerat uel patratū ire p̄sumperat/ sed etiā iprobriatē quā cir/ ca patrē & fratres exerceuerat patricidii & q̄ sup eū senserat neq; odiū merito/ neq; amorē benigni/ tate circa quēpiam habuisse/ sed sūe tantū cōmoditatis ituitu. Quorū oīum illud cū amplius adgra/ uabat q̄ nulli extiterat/ q̄ res ex æquo bonoq; iudicabāt/ q̄ eorum aiūs odio amicitiaq; iure careret. Dicebat ergo se olim ista sensisse/ prohibito/ q; temp̄ anunciandos/ liberatē uero data in mediū cuncta deferre. A q̄bus proferebat multiformia p̄bamenta nequaquā accusari de falsitate ualētia/ quod neq; benignitate quod circa herodē/ neq; timore piculoso tacerēt/ sed solo rerū iudicio iniquitatē antipatri p̄ferbat/ dicētes q̄ nō in suis actibus antipater utilitatē Herodis & munimē attēderet/ sed sola neq; tia ad illa facinora fuerit cōcitatus/ p̄pter quod oī poena dignū esse loquebant. Multa et a plurimis sine ulla interrogatione dicebant/ ita ut antipater quāquā in oibus rebus ipudens/ & ad mentē dōm/ p̄p̄ritissimus atq; callidissimus esset/ n̄ tūc tāta cōfusione fuit oppressus/ ut neq; negare/ neq; cōtra/ dicere ualuisset. Nicolaus igit̄ sine dicendi redarguēdiq; faciente/ Varus uiebat antipatrū ut sedē tā/ tis criminibus expurgare/ si aliquas astruções haberet/ q̄bus obnoxius illorū quā iportata erant nō esse monstrare/ nā ipse quoq; optare se patrē certo nosse dicebat/ ut in nullo cōtra se cogitasse fie/ ret manifestus. Ille uero in faciē prouoluit/ in deo rē omnibusq; cōmendabat/ q̄ sibi testificaret/ ni hil se imp̄probū cogitasse/ atq; signū a deo fieri postulabat/ infidiatorē se patris penitus nō fuisse. Solē quoque uniuersi/ quibus iusticia deest/ quando facinorum aliquorum perpetratores existunt dicere/ sibi liberū arbitriū ex diuinitate cōcessum/ q̄n̄ uero in pericula ceciderint iustū recipientes iudiciū p̄ iuocationē eius oia testimonia conantur auertere/ quod etiā antipatro cōtingebat. Cū tanta nāq; ue/ lut absente diuinitate ante gessisset/ tunc autē iusto eū dei iudicio undiq; cōcludente/ defectū pur/ gationum ad dei iudiciū absolutionem accusationum criminumq; ferebat/ potentia diuinæ cau/ sam tribuens/ ut eius testimonium in medio ueniret/ quanta pro patre gesserit/ quantaq; periculosa p̄/ eius salute p̄sumperit. Varus autem cū sapius iterrogaret antipatrū/ & nihil amplius ille quam dei proferat iuocationē/ uidens in infinitum rem pergere/ iussit uenenum in medium proferri/ ut expe/ rireretur/ quæ nam esset uis eius. Et adductus quidam eorum qui fuerant morte damnati/ bibit iubēte Varo/ confestimq; moritur. Tunc exurgens abibat cōcessu/ & die postera in antiochia perrexit/ ubi frequens illi fuerat conuersatio eo q; Syrorum regnum ibi fuerat constitutum.



Herodes antipatrū filiū misit i uicula/ & legatio missa ab herode ad Cæsare de filio. CAP. VII.
Erodes autem continuo in uinculis filium abstringi iussit. Incerte aut̄ erant plurimis con/ fabulationes Vari quæ ad regem habebantur. Dicebant nonnulli q̄ ex eius sententiā se/ cerit/ quæquāq; de antipatro gesta sunt. Ligans ergo eum/ destinauit Romam ad Cæsa/ rem litteras/ omne declarantes negotium/ sed etiam qui p̄senti relatione Cæsarem do/ cerent nequitias antipatri. Deprehenditur autem in his diebus etiam epistola ab antisalo ad anti/ patrum scripta. In ægypto autem erat iste/ Que soluta a rege/ talia declarabat. Missi tibi epistolam ab Aemes/ non parces anime meæ. Scis enim quomodo periclitabor a duobus domesticis si hoc fuerit agnitum. Tibi autem prosperitas ad gerendam causam proueniat. Et epistola quidem ta/ lia loquebatur. Rex autem querebat alteram epistolam/ quæ tamen inueniri non poterat. Nam & seruus antisali/ qui lectam deportauerat epistolā/ quæ suscipisse denegabat. Cum autem hesita/ ret rex/ unus amicorum herodis inspiciebat in eriorē tunica serui/ nam duabus erat idutus/ arbi/

tratus est in interiori tunica litteras obclari & erat ita. Inueni ergo epistola in qua erat scripta hæc Acmes antipatro. Scripsi patri tuo qualem uoluisti profus epistolæ & rescripti facies epistolæ quæ ad meâ dominâ ueluti a Salomæ directâ est destinauit. Quâ cū legerit certo scio puniturâ Salomem/ tanquã insidiatricem. Erat aut epistola tanquã Salomæ ad dominâ suâ ab antipatro dictata/ sub Salomæ noie. quãtũ ad snias p̄tinebat/ s̄ilo aut Acmes composita in qua cõinebant ista. Acmes regi he rodi. Ego studiũ habes/ ne te quicquã lateat quæ aduersum te gerunt/ inueniens epistolam Salomes ad meam dominâ contra te conscripam/ cum periculo quidem meo/ sed cū tua tñ utilitate cõscrip/ sit/ tibiq̄ direxi. Hanc aut illa cõscripsit/ uolens Sylleo cõiungi. Scidi igit hanc epistolâ ne fortassis ego de mea uita periclitarer. Ad ipsum aut antipatrũ epistolâ scripta erat/ q̄ eius iustionibus ministe riu gesserit/ ut ad Herodem scriberet eo q̄ quasi Salomæ insidias illi præparare festinaret. Sed et re scripũ eius epistolæ quæ quasi ad suâ dominâ fuerat a Salomæ destinata direxerat. Erat aut Acmes Iudæa qdẽ genere. i seruitio at erat Iulie Cæsaris cõiugis/ & hæc gerebat amicitia quã cū antipatro frãgeret cõpata ab eodẽ antipatro magnis pecuniarũ mueribus/ ut eius aduersus patrẽ & nutrice suffragaret insidias. Herodes at̄ stupefactus magnitudie neq̄tariũ at̄ipatri/ ipellerebat qdẽ/ ut cõfessi eũ/ p̄meret uelut peellã magnæ turbinẽq̄ cãq̄/ & nõ solũ ipm/ sed et̄ sorore insidiatẽ domũq̄/ Cæsaris suã iniquitate corruptentem. Accedebat autem etiam Salomæ crebro peccus pcutiens/ & se iterfici postulans. siquid forsitan tale in ea p̄baretur. Herodes conuocans filiu ininterrogabat/ iubens/ ut si qd haberet aperiret/ increpaturq̄ a patre dicẽte. Quomõ inimicus omni rebus es/ age nũc & q̄ tecũ ad hæc negocia operã dedere/ nullomõ moreris apire. Ille aut in antisalũ cucta referebat/ nullũq̄ aliũ cãm hoc extitisse firmabat. Herodes uero admodũ dolens uolebat Romã ad Cæsare filiu deliãre/ ut suppliciu p̄ suis factiõibus sumeret/ sed timens ne fortassis amicorũ suffragio ualeret/ effugerẽ ipsũ quidẽ uinctũ sicut & antea custo diebat. Verũ legatos misit ad accusandũ filiu cũ litteris/ intimãdaq̄ oia/ quæ Acmes illi ad p̄ficiendã factiõẽ fuerat suffragata/ exẽplaria quoq̄ transmisit/ epistolarum. Interea legati Romam p̄ficentur docti/ in præsentia quæ loqui uel responderẽ debuissent.

De egritudine Herodis/ & seditione Iudæorũ & quia desperans oēs optimates Iudæorũ præcepit occidi in hora mortis suæ/ & quia tpe illo deportate sunt ei litteræ ab legatis ad Cæsarem missis habentes donationem antipatri in arbitrio eius & uoluntate esse positam/ & quia inualecente egritudine malum purgans/ uultro se interemisset si præuentus non fuisset. Cap. VIII.

Ed rex morbo prægrauatus restit scribit/ iuniori filio regnũ retribuens odio quod circa Archelaũ Philippumq̄/ ex antipatri accusatione cõceperat. Cæsari uero mille talẽta de reliq̄t/ Iulie quoq̄/ cæsaris uxori/ & filiis & amicis/ & libertis cæsaris quingenta filius et̄ filius/ & filiorũq̄ filiis pecunias & redditus distribuit. Salomẽ sorore magnifice locupletauit/ q̄ eã. erga se beniuolã semp̄ agnouerit/ & nõquã aliquid ex aduerso molientẽ. Desperã aut̄ cõtra morbu se posse subsistere/ nã anũ agebat circiter. lxx. exasperatus est/ irrationãbili furia/ & amaritudine mētis incensus. uolebat si potis eẽt. Iudæorũ cucta disp̄dere. Cũ uero huius rei erat/ q̄ se cõtẽni putabat/ eo q̄ casum suũ iocũde gentẽ totã extimabat accipere. Super hæc quoq̄ quidã popularium hominũ seditionẽ excitauerant propter huiusmodi cãm. Erat quidam iudas Ari sei/ & Mathias Margalothi/ Iudæorũ eruditissimi/ & supra ceteros legis expositores doctissimi/ polo etiã amabiles/ propter iuuentutẽ eruditionẽ. Semper eni eos totos cõsumebat dies cuncti/ q̄bus inerat studiũ & cura uirtutis. Isti igitur audiẽtes rege morbo prægrauatũ/ & remedii minime rebus/ tabile/ oẽm excitauere iuuentutẽ/ ut opera quæcũq̄ a rege præter patriã legẽ facta fuissent/ euerterẽs p̄ lege dei gloriosa niterẽtur exercere certamina. Etenim/ p̄pter eius p̄sumptionem/ & propter quod præter humanũ morem fuerat cõuersatus in plures/ oia illi mala contigisse firmabant/ egritudinem quoq̄/ præsentem nõ ei ob aliud accidisse. Fecerat enim herodes qdã contra legem. quæ iudas & Mathias uociferabant. Nam construxerat sup̄ portam tẽpli munus quasi deo propositum/ aquilam auream imanem uel qualitate uel quantitate opulentam. Prohibet autẽ lex imaginum eleuationes uel aialium propositiones constituere/ his qui uolunt secundum eius præcepta conuersari. Proinde hortabantur illi sophistæ aquilam illam loco diuellere. Enim uero mortalibus inquitur multo iocundius debet esse periculum/ quod pro conuersatione paternæ legis/ & pro uirtute suscipitur/ quã uitæ quantaecũq̄ dulcedo. Nam morte quidem fama & laus sempiterna cõquiritur/ & nascituris hoĩbus memoria iocũda relinquitur exẽplum uirtutis & gloriæ. Nam et̄ si quisquã sine periculo ualeat aliquod p̄clarum opus efficere/ post paululũ tamen ueturam mortẽ naturæ lege non ualebit effuge/ re. Proinde pulchrũ est his q̄ studiũ habent/ amorẽq̄ uirtutis/ cũ laudibus & cũ honoribus de hac uita discedere. Leuigatio quippe maxima ē/ pro bonis opibus interire/ q̄ non nisi mediacione periculũ conquiruntur filiis atq̄ cognatis uel aliis quibuscũq̄/ qui ab eodem stemate deducuntur/ siue fuerunt uiri/ siue mulieres/ siue quilibet alteri/ quibus uideri debet/ ut ad eos utilitas gloriæ perueniat.

ueniat. Et illi quidem huiusmodi uerbis iuuenes excitauerunt. Desertur ad eos repente rumor/ regem uita decessisse qui sophistis illis ad modum suffragatus est/ mediãque die ascendens/ euulserẽ aquilam & securibus conciderẽ. Cũq̄ plurimus esset tumultus in templo ecce dux regis cum militibus uenit nunciatus/ quippe illi fuerat nifus corũ/ & existimans ex maiore illos conspiratione et̄ manu cõgressuros ad præliũ/ ampliõrẽ sc̄tum numerũ militũ duxerat/ qui possent impetũ sustinere illorũ/ qui moliebant anathema templi deiicere. Quo irruente sup̄ eos nequaquã uim eius sustinere ualuerunt/ sed sicut soler turba uulgaris præsumptione magis stulta/ quã cauta prouidentia cõgregata/ oēs cõtinuo fugerunt. Ex quibus. xl. soli iuuenes animi confidentia remanserẽ/ quos dux comprehendit/ cũ principibus facti. Iuda & Mathia. Ingloriũ enim iudicauerunt loco cedere/ aduentũq̄ ducis effugere. Hos oēs p̄ducit ad regẽ. Quos cũ interrogasset/ cur in tantã audaciã prorupissent/ ut ornamenta templi euellerent/ illi gessim inquitur quæ gesta sunt/ & consulto nos illa gessisse profiteremur/ quæ ad uirtutem attinent/ quã uiros docere certũ est. Siquidẽ prudentũ est defendere dignitatẽ legis & numĩ/ nis nec mirari debes/ si tuis institutis instituta præferimus quæ nobis Moyses inspiratione dei cõfeci pra dereliquit. Mortẽ quoque ac supplicia quelibet importes/ cũ iocunditate subimus. Nõ enim pro/ iniusto facinore/ sed pro amore pietatis nobis sustinẽda sunt. Et illi quidẽ talia loquebant in nullo minora uerba quã fuerat cõmissi præsumptio præferentes. Rex autẽ uinculis eos constringi præcipiẽs/ uocauit ex Hierichunte Iudæorũ principes. Quibus aduentibus/ cõuentus omnĩ congregatur/ ipse uero in lecto recumbebat/ q̄ præ inualitudine stare non poterat. Enumerabat igitur præsumptiones seditionum iuuentũ/ in quibus sæpius fuerat deprehensus/ templi quoq̄ ornamenta quæ suis fuis/ sent magnis sumptibus cõstructa memorabat/ qualia per annos. c. xxv. neq̄ Alamoneũ regẽ cõstrue/ re/ neq̄ profapia eius ualuisse narrabat/ se autẽ ad honorẽ diuinitatis illud templum anathematibus admiratione dignis ornasse. quo post eius mortẽ gratã sui memorati iocidãq̄/ relinquere. Exprobra/ bat etiam q̄ iniurias illi non dubitauerit ingerere. Ceterũ præsumptũ facinus uerbo quidẽ ad suas p̄tinere iniurias/ re autẽ ipsa & ueritate siquis uellet meritũ examinare facinoris/ sacrilegiũ cõmissum esse affirmabat. Ad hæc illi propter eius crudelitatem ne contra se quoq̄ fortassis exasperatus ultioes/ in eos aliquas moliretur/ humiliter responderunt dicentes/ neq̄ ex sua sententia cõtigisse neq̄ illa cõmissa inuita esse debere. Ille uero circa ceteros quidẽ quasi mansuetus extiterat. Mathiã autẽ pontifi/ cem sacerdotio remouit uelut confesũ/ & causam seditionis extantẽ promouit autem Azarum potifi/ cem/ fratrẽ uxoris suæ. Mathiã autẽ pontificatus tempore/ prouenerat alterũ extitisse pontificem ad unius uidelicet diei functionẽ quã Iudæi cũ ieiunio celebrant. Causa uero talis erat. Mathia sacerdoti/ li fungente officio/ no x in solennẽ lucebat die/ in qua futurũ erat ieiuniũ. Tum uisum est sibi omni/ no mulieri esse cõmixtũ/ propterea/ sacerdotio perfungi nõ potuit/ sed Iosephus Elimi filius/ cognatus eius secundũ carnẽ/ pro eo munere sacerdotali p̄fungitur. Nunc ergo Mathiã Herodes pontifica/ tu remouerat/ alterũ uero Mathiã qui seditionẽ excitauerat/ & aliquos uiros ex focis seditionis illius uiuos igni cõtra didit. Sed etiã luna eadẽ nocte defecerat. Herodẽ porro amarior in dies morbus ut/ gebat/ supplicia deo cõmissi sceleris experente. Ignis quippe lentus inerat nõ tamẽ conflagrationem in superficiem corporis agentẽ prodens quantũ extrinsecus/ crescens operabat incendiu. Auditus quoq̄/ inexplẽbilis semp̄ inerat cibi/ nec tamẽ facietas unq̄ rabidis incitata faucibus ualebat implere ingluuiem. Intestina interioris ulceribus rabida putrescebãt/ doloribus quoq̄ colli sc̄uissimis cruciaba/ tur/ humor liquidus ac luridus erga pedes tumidos obrerrabat. Similis illi quoq̄/ & circa pubẽ erat af/ flicto/ sed & uerenda ipsa putredine corrupta sc̄tebat uermibus spiritus quoq̄ incredibilis erecta tentigo quæ fuerat satis obscena diritate foetoris/ & anhelitus respiratiõẽ creberrima/ cõtractus quo/ q̄ p̄ cuncta membra subsistens uim noxiam operabat/ quæ omne tolerantia cõtulerat firmitatẽ. Dicebat igitur ab his/ quibus inerat diuinandi peritia diuinitus hæc poenas ob impietatẽ eius & multa crudeliter gesta deposcit. Ip̄i tamen multũ spes salutis instabat/ si forte posset contra morbos aliqua remedia prouidere. Medicos quoque aduocans ut uterent si quid possent ad salutẽ proficere postula/ bat/ & transiens Iordanẽ flumiũ/ aquis callidis quæ sunt circa Calliorã/ die noctuque fouebatur. He/ igitur aquæ calidæ super alia quæ habebant commoda etiam potabiles erant. Pergebat autem aqua illa in paludem/ quæ sulphurea uocatur. Præterea uisum est medicis/ ut cum in dolio oleo pleno confouerent. Vbi cum missus esset/ ita defecit/ ut ab omnibus mortuus putaretur. Tunc grandis ser/ uorum ululatus exortus est. Cum igitur nulla iam de eo spes salutis existeret/ iussit militibus quinqua/ genas dragmas aureas distribui/ plurima quoque ducibus & amicis suis munera tribuebat. Deinde reuersus in Hierichuntẽm præualentibus nigris coleribus/ exasperatus iniquis est/ ut ip̄o moriente indignum facinus ageretur. Venerant quippe ex locis omnibus per eius præceptum Iudæorum op/ timates/ & erant plurimi/ siquidem ex omni gente/ fuerant conuocati. Ad hæc etiam fuerat mors cõtemporibus præcepti propolita. Magna igitur in omnes regis furia concitata est/ propterea culpabi/ les & inculpabiles in Hippodromo concludens/ sororem suam Salomem/ uirumq̄ eius Alexandrã conuocat

conuocat & mortem suam non in longum differri denunciat tantis se doloribus circumuentum fore cunctis satis optabile se aut sine luctu & deploratione periturum quod regibus maxime autem sibi magni meroris esse firmabat neque suum arbitratu Iudaeorum falli proposito quod & eis sua mors amabilis foret & grata nam etiam se uiuentem sepius illos & seditiones & secessiones fuisse molitos & in eius semper iniurias fuisse festinos ceterum leuigatione quandam illis nata esse dicebat quod talibus ipse doloribus urgetur proinde petere se ab illis quod eos sciret contra eius gloriam in nullo uenturos ut agerent qualiter eius exequia honorabiles super ceteros reges & luctus amplior ageretur. Quod futurum dicebat si peregrissent ut Iudaei ex animo in eius morte deplorare lamentarique cogentur. Cum igitur me iquit animam uideritis expirantem circumuallantes Hippodromum omni militia nec dum mea morte uulgata confestim omnes illos seclusos iaculari proficite & ira cum his interuentibus duo commoda prouentura quod & regnum illis post suam mortem firmum perseueraret hostibus amputatis & super suam mortem luctum celebrandum esse magnificum. Et ille quidem lachrymandus talia lamentatur & cognatos oes beniuolentiam circa se fideque seruare postulat inuocatione diuinam interponens ne cum honorificentia sua moris & cum indignitate tractetur. Illi uero profitebantur in nullo se eius praecepta transgressuros. Sed ego coperi illius hominis mentem considerans etiam praesentia madata nihil humanum penitus habuisse. Siquidem de hac uita discedens procurabat quatenus omnem gentem orbatam & desertam parentibus dilectissimis relinqueret iudens unum ex unaquaque domo interim qui nihil iniustum neque in ipsum neque in alios admisisset fuerant deprehensi. Haec igitur illo suis parentibus demandante deportant & litteras ab legatis qui ad Caesarem Romam fuerant missi. Quarum haec erat sententia quod Acmes indignatione Caesaris extincta sit pro facinoribus quae cum Antipatro perpetrare tentauerat ipsum autem Antipatrum in patris uoluntate dimissum ut quod placeret ex eius sententia fieret ipsum etenim & patrem esse & regem siue illum in exilium derrudi siue illum morte mulctari uellet in eius proposito constitutum. His autem dijs Herodes paulisper animam resouit uoluntate scriptorum & morte Acmes in superbia subleuatus & potestate puniti qua acceperat in filium. Sed praualentibus crescentibusque doloribus interitui propinquabat & quaquam in multo defectu contineret appetebat tamen cibum & postulas malum quasiuit cultrum. Erat enim illi talis mos ut ipse per semetipsum malum accurans & per partes modicas recideret & comederet. Sumens ergo cultrum circumspectisque ne quis addesset uoluit semetipsum iterum re quod forsitan perfecisset nisi praeniciens manu eius Ariabus contineret nepos enim eius erat & magnum clamorem statim uulsi atus per totam aulam exortus est & tumultus.

Qualiter Antipater putans Herodem defunctum locutus fuerit custodi corporis de dimissione sua & propter haec Antipatri preemptio. Cap. IX.

Vae cum ad Antipatrum peruenissent credidit suum patrem uitae terminum suscepisse praecipueque fiducia tam uerbis quam moribus ita totus animo gestiebat tanquam si fuisset liberatus & uinculis & regnum in suis manibus sine ullo labore precepit. Tunc coepit cum custode ergastuli de sua dimissione fabulari magna se continuo spodens dona ei tributurum. Ille uero non solum non acceperat ut faceret quae uolebat Antipater uerum etiam cuncta regi denunciat intimas ei eius metum & quae ab eo munera spondebant. Tunc Herodes quis & ante non minore odio ferret in filium cum audisset custodem ergastuli illa narrante magnam protinus exclamauit. Tunc quassans caput quaquam in extremo uita tenet & cubito sese attollens statim destinans quaedam armigerorum suorum sine ulla dilatione celeriter necari iubet Antipatrum sepulturamque eius in Hyrcania sine ullo honore fieri.

Testamentum Herodis ad Caesarem & distributio inter eius filios & qualiter Archelaum praefecit deinde mors ipsius. Cap. X.

Estamentum interea scribebat mente mutabili & Antipatrum quidem quem sibi successorem in regno designauerat Tetrarchum facit Galilaeae regionis atque perae. Archelaum uero regnum contribuit. Gaulanidem autem & traconitem & Bethaniam & Paniaadam Philippo filio quidem suo fratri autem Archelai germano Tetrarchiae iure concessit Iamnam uero & Azotum & Faselidam Salomae sorori distribuit sed & argenti signati Myriadas quinqueaginta. Disposuit etiam de ceteris suis cognatis atque consanguineis opibus eos reditibusque locupletas. Caesari sane argenti signati mille Myriadas praeter uasa quaedam aurea quaedam argentea & metallis praetiosa & artificis opere uenustissima dereliquit indumenta quoque pretiosa Liuiam uero Caesaris coniugem & aliis nonnullis quingentas Myriadas. His dispositis quinta die postquam Antipatrum filium necauerat defungitur regnans postquam Antigonom interemit annos. iiii. & .xx. postquam autem a Romanis regnum praecipit .vii. & .xxx. uir crudelis in omnes equaliter irer quidam subditus a iustitia uero effrenatus fortuna uero propicia super quolibet affluenter abusus ex plebeo in regnum affurgens & pericula plurima eludens quibus sapius fuerat circumseptus diuinitate uita profectus est & domi circa filios quantum quidem ad eius sensum et ibi prosperitate potius est eo quod se suos inimicos superasse censebat meo uero iudicio super omnes in caelum

eiffimus. At Salomae & Alexas antequam mors regis diuulgata foret ex Hippodromo Iudaeos abire permittunt ad proprias domos dicentes regem iussisse ut unusquisque in suas regiones abcederent. Hoc autem fecerunt beneficium illi genti praestare cupientes. Interea mors magis diuulgatur.

Epistola Herodis ad exercitum & admonitio fidei seruandae circa filium eius Archelaum quae statim eleuatur in regnum. Cap. XI.

Vinc Salomae & Alexas cunctam militiam congregantes in Amphitheatro quod Hierichum te erat primum quidem epistolam regis legi fecerunt quam ad milites fecerat deinde gratias eius in eos pro fide ac beniuolentia quam circa eum exhibuerunt insinuat petitiones quoque eius ut similes se circa Archelaum filium eius exhiberet quem regem constituit in simabant. Philomeus et cui fuerat testamentum a rege creditum anulaque de quo signauerat commissus continentiam testamenti denunciat quod testamentum non posse robur firmitatemque suscipere dicebatur nisi cuncta quae in eo esset deferrentur ad Caesarem. Fit continuo fragor ingens honorantum Archelaum regem clamantium milites quoque cuncti & uniuersi duces fauore & beniuolentiam praemittebant paratolque se ac promptos ad omnia profitemur adiutorumque deum supplicationibus aduocabant.

Sepultura Herodis in Herodio castello & fauor Archelai regis ad populum & populi ad ipsum. Cap. XII.

Hinc sepulturam regi praeparabant. Curae namque fuit Archelao ut exequia patris quam magnum possent celebrare gererentur utque memorati proferretur cum regem mortuo procedendum. Portabat itaque in lecto aureo lapidibus depicto uariis atque praeciosis staminibus uero ostro erant auroque contexta eratque ipse mortuus circumamictus purpureis uestimentis caput eius diademate coronatum septem quoque in manu eius uelut si a uiuo teneretur erat appositum circa lectum autem erat frequentia filiorum multitudine cognatorum. Circa quos omnis militia stipata pergebat pro proprias distincta nationes & discreta nominibus. Erant autem tali ordine distributi. Nam primi quidem pergebant eius armigeri per quos omnes threici manus post istos et natio Germanorum atque Galatharum. Hos ite sequebat cum ornatu maximo cuncta belli geratoria multitudo. Cetera uero militia postrema sequebat in eum scilicet modum digesti qualiter solebant in bellum procedere & suis duces ordinari. Post hos sequebant seruoque eius quingenti odores uarios & aromata deportantes. Pergebant autem in Herodii stadiis distante octo illic enim est eius sepultura ex eius iussione confecta. Et Herodes quidem hoc modo defungit. Archelaus autem per .vii. dies luctum super patrem honore regio ex more gerit tantis etenim dies lex paterna praecipit obseruari. Coniuiuia itaque celebrans & luctum exoluens ascendit in templum. Ibi magnis ei clamoribus fauebat magisque praedicabat laudibus secundum quod unusquisque arbitrabat maiora quam alius conferre praeconia. Tum uero tribunal ille ascendens quod sibi fuerat praeparatum & cõsiders omnibus benigna loquebat & sibi propitios coparabat gauudio fauoris omnium & uoluntati quam ex beniuolentia circa se cunctorum acceperat gratias se illis habere narrabat quod lesi a patre nihil circa se mali ab illis recipere se aut aduersum ut eis honorum uicissitudine redderet eorumque remuneraret alacritatis affectum rogaret uero ut nunc interim parcerent nomine illi regis honorare sufficere sibi dignitate potestatis aiebat quam tunc firmam esse dicebat cum testamentum a patre scriptum a Caesare firmaret. Ob quam causam neque in Hierichum cuncta militia diademata illi imponere cupiente uoluerat suscipere ambiguum honorem aestimans ex tali re sibi prouenturum quod esset adhuc incerta uoluntas eius qui posset illi regnum proprie firmisque concedere non sibi desutura in circa illos benignitatem quae beniuolentiae eorum uicissitudine reportaret. Festinare quippe se in omnibus enarrabat meliorem se suo patre cunctos illos ostendere. Illi uero ut plebeia multitudine consueuit in ipsis primis diebus uidentes regis lenem principium uoluntates suas laudibus & fauoribus aperiebant & quanto mansuetius cum eis loquebatur Archelaus tanto amplius nomen Archelai praedicabant deinde ad manerum petitiones intercessionemque uertitur. Alii quidem functionem publicarum leuigationem cum clamore postulabant pars uero uictorum solutiones expecebat qui fuerant ab Herode deuicti alii uero grauedines quas Herodes in emptionibus & in publicis nondinis constituerat auferri uociferabantur. Archelaus porro in nullo illis contraria respondebat sed in omnibus accurate aestimans regni fore suffragium si multitudinis beniuolentiam coparasset. Dehinc ad sacrificia offerenda deo conuertitur & cum amicis conuiuia celebranda.

Qualiter populus seditionem mouit aduersus Archelaum in festiuitate azymorum & qualiter Archelaus tria milia ex eis interemit ipse uero nauigauit ad Caesarem credens regnum

Philippo fratri suo. Cap. XIII.

Ubi haec interim aguntur congregatur Iudaeorum iuuenes plurimi nouarum rerum cupidine concitati & coeperunt de morte Mathiae aliorumque cum eo ab Herode interemptorum tumultuosa uoce caesari dicentes quod iniuste pempti et exequias honore Herodis timore caruerant. Erant autem isti pro quibus turba loquebatur qui fuerant euulsione aureae aquilae preempti

perempti. Magnū ergo turba proclamantē & clamitationibus utentē / quasdam etiā iniurias qua
si ex hoc posset ad illos mortuos aliqua leuigatio puenire proterue procaciterq; iactante / congrega-
batur magis magisque numerosa multitudo / & ultionē mortuorū ad Archelao fieri debere poscebat
supplicis eorū qui sub Herode fungebant honoribus. Et primū quidē omnium sacerdotio remoueri
pontificem quē Herodes fecerat pclamabant / uirū mundū & secundū leges suas dignū ad pontifica-
tū promouendū esse dicebāt. Archelaus autē licet ista grauitē ferret / annuebat tamē impetū eorū
mitigare festinās donec iter ad Romā quod propositū habebat sine tumultu pageret / & cū de sese uo-
luntatē Cæsaris agnouisset / respicere dixit / quid agendū foret & de cunctis repetitionibus eorum le-
gitimā dispositorū neque tunc / tempus esse dissensionis / aut contumelias ingerendi / magis autē unita-
tis atque concordie donec ex præcepto Cæsaris ad eos cū firmitate regni recurreret / tunc quippe in
commune cōsultere de quibuscūq; tractandum esse uideretur / tunc autē sustinendū esset / ne forte se-
ditionis quoq; crimen incurreret. Et ille quidē hæc dicens ducēq; suū edocens / mittit ad eos / hæc ip-
sa locuturū. Illi porro proclamantes / ducē loqui penitus non sinebat periculū quoque minabant / si
quis eos assumptione sua reuocare uoluisset / & instabant suam libidinem magis explere / quā impe-
rantū subiicere consiliis. Graue namq; illis uidebat / si cū Herode uiuente amicis priuati fuissent / eo-
dem mortuo nullā ultionē fieri mortuorum. Illud enim iustum legitimumq; dicebant non q; ratio di-
ctaret / sed q; eorū libidini uoluptatē posset afferre / fatui ad prouidendū / quārū illis esset ex ea re peric-
culū nasciturū. Plurimis itaque ab Archelao missus / ut tumultū seditionēque mitigarēt aliis ex regis
persona loquentibus / aliis autem ex illius quidē sententia / sed ueluti ex sua mente monētib; illi nul-
lum penitus aduertebat / sed amplior fremitus / & turba mouebat / concurrente etiam plurima mul-
titudine / q; illa tempestate Iudæis dies festus imminēbat / quando azyma secundū obseruationē patet
ni moris exercent. Pascha enim illa festiuitas / uocitat / ad recordationē & memoriā exitus ex Aegy-
pto / & sacrificat / ab eis illo die ut alacritate magna pecudū ēt numerosa multitudo / quanta in nulla
alia solennitate. Concurrunt ergo ex uniuersa regione magna copia populorū / plures ēt ex montanis
locis adueniant / religionē numini soluturi. Sed iuuenes qui seditionē excitauerunt / Iudam Mathiāq; la-
mentantē / ueluti doctores expositoresq; legis antiquæ / & persisterant in templo / suffragione quoq; ui-
ctualiū abunde subsistente. Nā seditionis hominibus turpe non dicebat ab aliis cibos expetere. An-
xius autē Archelaus ne in deterius eorū processisset audacia / cohortes destinat armatorū cum quibus
etiā tribunū militariē mittit / ut eorū coherceat impetū / & primū quidē ut illos seditionis repellerēt / &
ab alia / multitudine separarent. Sed uenientibus militibus / illi seditionis cū ingenti alacritate / excitata
secū etiā turba / sup tribunū ac tota præsidia cū uoce magna inuicē hortantes impetū faciunt / ex qui-
bus plurimi fusi / pauci autē cū tribuno sauciati diffugiunt. Archelaus autē cūcta pessumdare cēsebat
nisi multitudinis illius impetū frangeret / tumultumque illū refectū extringeret. Cunctā igit / mittit
militiā / ut eos qui sibi in templo habitacula cōstruxerant / exinde repellerent. Cedunt itaq; ab equi-
tibus circiter tria milia hominū / reliqua uero in montes proximis refugit multitudo. Cæterū ex edī-
cto cunctos ad suas regiones discedere iubet Archelaus. Quique continuo discesserunt / festiuitatem
deferentes minime celebratā / maioris timore pericali propulsati / licet esset in mortis temeritate præ-
cipites. Interea / Archelaus ad mare proximum cum matre descendit. Nicolaum quoque & Ptholomeū
habens / & amicorum plurimum comitatum / Philippoque fratri omnia gubernanda dereliquit / do-
num ei regnumque cōmendans. Salome quoque soror Herodis cum eo simul egreditur / omnem /
secum ducēs / prospiciam / ad hæc etiam plurimi cognatorum / uerbo quidem / ueluti cum Archelao
conlaboratur / ut ei regnum a Cæsare firmaretur / re autem uera / ut aduersus eum niterentur / maxi-
me illa quæ ab eo in templo gesta sunt accusando proponere. Obuiam fit Archelao Sabinus Cæsa-
ris curator / earum rerum quæ in Syria possidebat / in Iudæam pergens / pro cōseruatione thesaurorū
Herodis quem Varus ab hac intentione reuocauit / per Ptholomeum qui transibat ab Archelao
conuocatus. Sabinus ergo Vari gratia neque arces obtinuit quæcūque fuerant in Iudæorum ciuita-
tibus constitute / neque thesauros consignauit / sed omnia sub iure dimisit Archelai / donec quid de
his Cæsari uideret agnosceret. Proinde in Cæsarea se sustinuit / sic enim repromiserat se eē facturū.

Qualiter Archelao Romā ascēdente / Sabinus q; erat in Syria Cæsaris curator ascēdit in Hieroso-
lymā uolētē expetēs Herodis pecunias & castella a curatoribus Archelai. Cap. XIII.



Ed cum Romam nauigasset Archelaus / Varus perrexit Antiochiam / Sabinus ascendit
in Hierosolymā & aulæ regias obtinet / euocansq; oēs oppidog; præfectos / & quotquot
rerum dissipatores fuerant / ratiocinari cœpit / & arces ut sibi traderentur multos expe-
tere. Ex hoc iam illi quos præfecerat custodes Archelaus / mandata eius implere non po-
terāt / sed custodiebat oia secundū interdīcta Sabinus / usque ad Cæsaris præceptū. Nauigat
et Romā / i illis diebus / Antipater Herodis filius / regnū ēt ipse petiturus hortatu Salomes
& pmissionibus

& pmissionibus incitatus dicētis / iustiores causas illum habere Archelao ad regnū percipiendum
q; primū testamentum in quo is successor regni fuerat cōstitutus firmus / quia illud sanamente fecit /
ser herodes / hoc aut iam sensu præ ualitudine diminuto cōscripserat. Dicebat secum etiā matrē / &
fratrē Nicolai Ptholomeū / amicū Herodis satis honorabilē / sed etiā sibi ualde gratissimū atq; fauētē.
Maxime autē eū incitabat ad regnū Hiereneus rethor uir opinione clarus & ad dicēdū acerrimus. Ic-
circo etiā freti / eos qui p suadebat cedendū archelao / siue q; regio testamēto successor fuerit institutus
siue q; maior natus esset / aduertere contēnebant. Sed cū Romā uenissent / oēs cognati ab archelao di-
scedentes ad istū cōueniūt / non beniuolētia circa eū aliqua cōstrīcti / sed odio quo aduersus Arche-
laum irritabant. Maxime autē libertatē desiderabat / & Romanorū iudices magisq; reges pprios ha-
bere cupiebat. Quod si hoc minus procederet / antipatrū magisquā archelau / sibi regē conducibilis
restimātes / ipetrare laborabat. Sabinus quoq; accusariōnē archelai apud cæsare deposuit. Inter hæc
cæsar suscipiens ab Archelao litteras / in quibus iura a patre sibi relicta proposuit testamentū quoq;
cognoscēs / & ratiocinia thesauroꝝ herodis cū anulo cōsignatorio quē Ptholomeus apportauerat /
cepit cōspicari quē ordinādū ratio postulat. Legēs quoq; litteras Vari & epistolas Sabinū / summā
quoq; thesauroꝝ / uel quid pecuniæ p singulos annos impēderet aduertēs litteras quoq; quas antipa-
ter pro regno promerēdo transierat / recensēs / cōgregabat ad cōsultandū oēs senatorii ordinis / &
amicos / in quibus etiā Gaiū filiū Agrippæ / & iulīā suā filiā adoptiū. Deinde illis oibus in cōsiliū
inductis copiā facit / ut quisq; de quibus moueret ediceret ibi primū Salomes filius / antipater dicēdū
potētissimus / & archelao satis infestus / huiusmodi uerba locutus est / dicēs Archelau uerbo quidē p
regi petitione se fingere laborare / opere uero oēm regni potētiā possidere / antequā ei a Cæsare in
quo cuncta potestas sita esset indulgeret. Huius testimoniū esse dicebat eius audaciā quā præsump-
tat in die festo multos interimere. Qui si iniustū aliquid gessisset / alius inter eos deberet ulcisci / qui
eos possit legitima & ordinata potestate cōpescere / & non ab illo tantā cædē fieri oportere. Qui si ut
rex illud fecisset / cōtumeliā grandē Cæsari intulisse firmabat / quod ignorās quid de eo adhuc dispo-
siturus esset regia / iā uti potestate præfereret. Si autē uti priuatus illa gessisset / amplius eū deliquisse
narrabat / q; regnū nō possidens / supplicia quibuslibet intulerit / de quibus decretū Cæsaris debuit expe-
ctari. Opponebat illi etiā iudiciū militariū mutationes & ordinationes / ad hæc ēt illū in folio regali
& causas plurimas iudicasse / ac determinasse pclamabat / tanq; a lege legitime ius potestatis integrū
possidēte petitionū quoq; plurimog; pmissa publice facta memorabat / nec quid eū amplius iuris ac
potestatis habiturū / quō in regno a Cæsare firmaret. Opponebat illi etiā q; ex Hippodromo uindictos
sponte dimiserit / & plurima alia / siue quæ facta fuerāt / seu quæ facta quidē nō erant / sed credibilia ui-
debat / ppter naturā sui / quod fieri posse iudicabat / a iuuenē / tū ēt ab accenso regnandi cupidine. Di-
cebat ēt luctū eū patri penitus neglexisse / prohibitos quoq; oēs a rege cū moreret uidentē / unde ini-
tium quoq; seditionis affirmabat exortū / q; eū uidebat circa patrem suū mortuum q; ei multa & magna
bona præstitera / tā nequiter cōseruari / ut uelut in se lachrymas p diē publice cōsistentē occulto autē
uoluptate regni percepti / perfrui & noctes in deliciis agitare / erga Cæsare quoq; huiusmodi se præbi-
turū Archelau / cū ei regnandi iura tribueret / qualē se circa patrem exhibuisse cognoscit / tripidiare nan-
q; & cantus exercere in morte patris / tanquā si hostis aliquis interiret / & q; nūc aduenisset ad Cæsare
calliditate usum dicebat / ut si regni percipere firmitatem desiderare simularet / cū omni iam usus esset
potestate / quanta illi nec amplior a Cæsare rerū domino posset attribui. Maxime uero eadem quæ in
templo facta fuerāt uerbis exaggerabat / & impietatem obiecit / q; in die festo sacrificiis diuinis
instātib; / multa milia hominum caesa fuissent / in quibus multi peregrini plurimi infontes indigne
miserabiliter occubuerunt / templum quoq; plenum cadaueribus mortuorum / non alienigena forte
perimere / sed eo qui se regni iura legitime percepisse iactabat. Vnde apparet inquit illud opus cru-
delitatis libidine peregit / ut integre se plenum tyrannidis negocium prosecutum esse / testetur per
iniquitatem admissam qua cunctis hominibus constaret odibilis. Festinabat enim quoquo modo re-
gnū accipere / scis q; pro sui merito nunq; posset uel in somnis regiam patrem legitimo iure pmere
ri. Nam & patri suo certos esse suos mores agnouerat / unde se se regni ab eo successorē disponi / pcul
dubio desperabat / nisi per egritudinē ac morbos quibus nō solū corpore cōfecto / defecerat / uerū etiā
animo parū ualido erat. Cæterū quādo mens eius sospes fuisset / & sana / & corpore forti ut digne ac
merite negocia cuncta disponderet / in Antipatrum potestatem regnandi contulerat / testamento iure le-
gitimeq; cōfecto / nam qualis porro rex iste possit existere / qui aut contempto Cæsare ius sibi totū
us potestatis arripuit / aut si a Cæsare se dominum fieri / & ab eo regnum sperabat accipere / cur ciues
suos sine illius præcepto priuatus adhuc / & in templo die festo instante tam crudeliter interemit. Et
Antipater quidē huiusmodi uerba locutus / testes etiā introduxit / & plurimos ex cognatis / per quos
sua dicta firmaret. Cūq; is loquēdū finē faceret / surgit Nicolaus p Archelao uerba facturus / dicebat
nāq; illa quæ in templo cōtulerat / potius eorū q; passi sunt q; Archelai potestate cōtigisse / siquidem
tantum

tantum eos facinus aggressos fuisse/ut non solum iniurias contumeliasq; iactarent. sed etiam eos qui deuoti humiliterq; uiuere disponebat/ulcisci prederet. Cunctq; hostilia multa oparent uerbo quide aduersus Archelaum rei autē acerbitate aduersus Caesarem/necessariū Archelaus iudicauit/ut eos ab insolentia & improbitate reuocaret. Sed illi eos quos Archelaus ad sedandas turbas miserat/interimere festinabant/ sine ulla dei uel loci uel festiuitatis reuerentia. Mitari se sane dicebat/ nō confundi Antipatrum/ q; taliiū defensor existeret/ dūmodo inimicitia suā quā cōtra archelaum gerebat libitū faceret/ & odio magnisq; natura iustitia iudicaret/ illos purgare gestiūdo q; cuncto scelere aduersus suos principes arma corripuerint. Caetera uero de qbus archelaum accusauerat/ in eos ipsos accusa/ tores referebat/ dicens nihil sine ipsorum cōsultatione uel cōsensu factum gestiūdo fuisse/ sed anio le/ dendi nūc in trāuersum ab aequitate discedere. Nā neq; scirent taliter res esse dispositas/ qualiter ac/ culabāt/ sed ad inuidiā archelai cuncta deprauare/ & tantā illos cupidinē inuasisse/ obfistendi arche/ lao/ uiro qdem cōsanguinitate ppinquo/ cōuersatione autē eis familiari p omne tēpus adiūcto. Te/ stamentū etiam patrē sana mēte cōscripsisse narrabat/ firmiūq; illud esset/ quod posterius uisisset scri/ ptum/ q; in hoc posteriore dominū cūctā ordinationis Caesarem cōstitueret/ quē minime illorū ip/ titatē imitaturum dicebat/ q; herodi in iuriā faceret/ in cuius uita oib; essent bonis omnig; potesta/ te pfuncti. Nunc autē ad contumelias qdem uoluntatis eius & intellectus in omnibus festinat/ sed nequaquā Caesarem iniurias illius uiri admittere/ qui & amicus fuerit & auxiliator/ & oia in sua po/ testate dimiserit/ neq; pati ut testamentū eius solueret/ quod de sua fide fretus scriperit/ neq; uirtutē Caesaris imitaturū esse illorum accusatorū criminatōrūq; nequitiā/ fidem eius in omni mūdo ad exē plar/ ppositā & in dubitāta cunctis gentibus esse referebat/ unde nequaquā possit herodi alienatio/ nē & furiam mentis ascribere/ quē p multum tēpus optimē regnū gessisse cognouerit/ successioneq; optimo filio dicasse/ sed neq; iudiciū regis circa electionē successoris peccasse firmabat/ imo magis prudenter & optime iudicasse/ quod oia ad uoluntatē potestatisq; Caesaris redigisset. Postq; hāc Ni/ colaus enarrauit/ & sinē loquēdi fecit. Caesar archelaum sibi ad genua pcedentē cum honorificentia subleuauit/ pnuiciā eum dignū regni pceptione/ magnūq; suā mentis momentū gratiamq; declara/ uit/ & non aliter esse se facturū/ nisi quācūq; testamento continerent. Interea cuncti archelao faueret/ non tñ certum aliqd fuerat definitū. Igit facta solutioe concessus apud se ipsum Caesar cōsiderabat/ utrūue Archelao regnū confirmare deberet/ an omni herodis generi dispartiri. Interea mater arche/ lai morbo praegrata defugit/ sed etiā a Varo q in Syria militiae magister erat/ litera uenit/ signi/ ficatē seditiones decessioneq; iudeorū. Postq; n. archelaus nauigauerat/ cuncta gens uariis monti/ bus fuerat/ tumultuatiōibusq; turbata. Sed Varus adueniens eos q causa seditionis extiterat/ suppli/ ciis & tormētis adegit/ rebusq; cōpōlis in antiochiam repēdabat/ unum ordinem militum in Hiero/ solymis derelinquens qui iudeis si forte aliquid seditionis molirent/ obuiam irent/ sed nec sic tamē seditio terminat. Nam postquā Varus abcessit/ Sabinus curator Caesaris illic remanens iudeos cōe/ pit opprimere/ ex militia sibi multos armigeros faciens/ quorum satellitio aduersus iudeos affligen/ dos utebatur. Vnde illi prurbati ad seditiones excitandas necessitate cogebant.

Qualiter p̄suaserunt curatores populo arripere arma/ & occidere Sabinum uel Romanum exer/ citum in Antonia constitutum. Cap. XV.

Ed etiam arcus uiolēter obtinuerat/ & thesauros regio scrutatus sumperat/ lucrorū & rapinarū cupidine concitatus. Imminente igit p̄ herocoste/ festiuitas nāq; haec apud nos sic paternaliter appellat/ non tantū religionis gratia/ quantū indignatione succensit/ p̄pter ip̄bitatē & oppressionē Sabini multa milia cōgregata sunt hominū Galilaeorū & Hiero/ chuntinorū inmensa multitudo/ & quotquot trās iordanē fluiū habitabat/ sed etiam iero/ sarū magna manus adunata/ q plus aliis incesu/ iulione Sabini cōspirauerat. In tres itaq; ptes diuisi/ diuersa loca occupant. Et una quidē pars Hippodromū tenuerat. Caeterarum uero duarū altera ps ab aquilone usq; ad austrum uersa circa tēplum erat/ altera uero ad orientē loca posita deti/ nebat. Tertia uero ps Hippodromū/ sicut diximus ad occidentē occupauerat/ quo loco etiam aula re/ galis extabat. Erat autē illis tota festinatio ut Romanos inclusos obfessoq; constringerent. Sed Sa/ binus timens tā etiā multitudinē eorū/ q̄ mobilitatem igenii q̄ppe quibus mors contēptū erat/ dum/ modo cepta p̄ficere confestim scribit ad Varum/ postulas ut quā citissime subueniret. In magno piculo esse cunctam a se ibi militiam derelictam/ ipse autem altissimam turrim arcis ascendens/ cō/ gnomento Faselum/ in honore fratris herodis Faselī edificatam atq; ita nominatā/ qui in proelio Par/ thorum defecerat/ annuebat Romanis/ ut iudeos exeuntes aggrederebantur/ cūq; ipse neq; ad amicos auerere/ ullo pacto descendere/ alios autē se pro suarum facinore popinarū mortem hortabatur/ ap/ petere. Sed Romanis egressis cū fiducia/ pugna urimq; aspera satis exorta est/ & licet Romani ope/ re bellico/ & experientia superiores existerent/ & plures ex iudeis occiderent/ obstinatio tñ iudeorū nequaquā tā dira belli facie frāgebant/ sed circūcūtes pene tēplū ascendūt/ in porticus quāz fani atēā

continebant

continebant/ & ibi multum proelium profligatur/ saxa quaedam manibus uoluebant/ quaedam fun/ dis uel tormentis caeteris emittebat/ ad hāc etiam cum arcibus intermixti Romanorum plurimos faciabant. Nam oportunitate loci iudei superiores extiterant. Romani uero in incerto positi/ nec iustus ancipites euitare/ nec hostē ullis iaculis poterat uulnerare. Proinde cū in hūc modū non breui tempore pugnaret/ postremo Romani impune se talia perpeti/ ignē portibus submitunt/ iudeis quia semper porticus erant non sentientibus/ ignis porro a plurimis appositus/ cōtinuo in flammās exarsit/ restaq; corripuit/ quorum materies/ q; erat cū pice ceraq; puncta/ & in superficie deaurata ignē confestim suscepit/ quo incendio opera illa magna & admiratione digna disperuit. Sed ēr eos qui sup porticus propugnantes asstiterant/ repentinus corripit/ & insperatus interitus/ alii simul cum rectis concidentibus pestum ibant/ pars hostiū confixi perire uulnerat/ pleriq; defectu concilii/ & sub talis eladis stupore/ aut igni sese cōtradunt/ aut gladiis abusi suis intereunt/ ut malum quasi quo se uidebat circūseptos affugerent. Quotquot autē retrorsum uia qua ascenderant recurrentes a rui/ na uel incendio liberant/ a Romanis cōtinuo sine ullo negotio necant. Quippe nudi armis & animi timore soluti/ ueniebat in manibus Romanorū. Proinde ex cunctis qui recta cōscenderat/ nullus ua/ luit penitus euadere. Romani aut per illud incendiū in fiducia/ subleuati/ interius p̄grediunt/ & ara/ riū ubi templi/ opes seruabant arripiunt/ & plurima quidē a militibus furata sūt. Sabinus aut uix in/ de quadringenta talēra publica ualuit ratione cōquirere. Interea iudeos plurimū cōtristabat tā inte/ ritus sociorū quā ararii/ anathematūq; direptio/ & tamē quotquot eorū uel peruersitate mentis obsti/ nati uel pugnaces p̄optiq; cōstabat/ aulā regiā undiq; uallantes/ mirabant incendiū & cunctos ibidē una interitū dare/ nisi celer abcessissent. Nā se quoq; copiā illis exeundi si id eligerent duros. Sa/ bino quoq; si ēr ipso uellet exeundi tribuere facultatē pollicebant. Dum ista gerunt/ nonnulli ex re/ gis militibus ad iudeos trāsunt. Rufus autē & Gratus tria millia pugnatorū ex militia Herodis sub/ leuē habebat/ uiros corpore exercitatos & strenuos. Cū his igit omnibus sese Romanis adiiciunt. Ru/ fus etiā equites aliquantos habebat/ ipsos quoq; secū Romanis auxilio duxerat. At iudei obsidio/ nem minime negliēbant/ sed ēr maenia cuncta circūibat/ hortabatq; oēs ut illā oportunitatē se salua/ di/ & in libertatē paternā respirādi non pderent. Sabino uero optabile fuit/ ut egrediens abcederet/ sed cōmittere semetip̄sū nō audebat/ suorū cōsideratione factoz/ & q; hostes admodū infideli mēte esse cognouerat/ simul ēr Vari praestolabat/ aduentū/ eūq; si adesset oblationē illā esse soluturū. Ea tē/ pestare etiā alia plurima/ turbis multitudibus/ plenissima prouenerunt/ quāz totā iudae regionē graui/ ter desolabat. In quibuscūq; natura/ locis/ ubi lucri cupiditate cōtrita/ pars inimicitia iudeorū ad excitanda bella ferebant. Militauerunt quōdam Herodi duo milia hominū hincinde congregatorū. Hi ergo in unū collecti/ & seorsum a caeteris decedētes/ aduersus regios milites pugna cōgrediuntur. Vtebantur aut Alcibiade duce/ Herodis nepote/ quē sibi praefecerat/ qui tā in campis ad pugnā stren/ nue ferebat/ q̄ in locis asperis arte prauelebat/ propter experientia quā ex usu belli p̄ceperat. Iudeos quidē erat filius Ezechiae praepositi latronū/ qui multū quondā praualerat/ sed temporibus Hero/ dis cū magno fuerat labore deprāhensus. Iste igit iudeas circa Praeform Galitae congregans multitu/ dinē uirorū p̄ditorū atq; desperatorū/ cū eis aulā regiā pugnaturus inuadit. Et quā copiā armorum/ quantūcūq; ille locus habebat arripuit/ exinde suos oēs armat/ sumit ēr cunctos opes quāz ibidē p/ custodia fuerant derelictae. Hic terribilis uniuersus effectus est. Nā huc atq; illuc agebat/ & docebat exercitū/ libidine rei maioris accensus/ & emulatione regnādi sine ulla uirtute uillaq; prudētia/ sed ad uim inferandā tantū/ & ledendū pronior & procliuus extabat/ sperans ex hoc sibi dignitatē gloriēq; uenturā. Extiterat quoq; Symon feruus quidē Herodis regis/ uerum decoris uir magnitudine corpo/ ris ac fortitudine praestans cui magna fuerant credita cōmissaq; negocia/ is igitur rerū interpetria subleuatus/ diadema suo capiti praesumpsit imponere/ & aliquanta multitudinē congregata/ rex pro/ nunciatur infansia simul furiaque populorū/ sed etiā ipse dignū semetip̄sum existimans sup omnes q regnum ante gessissent/ aulam regiā in Hierichunte succendit/ & omnia quae ibi habebant abripuit. Multa itaque in diuersis locis per uniuersam prouinciam ubi regia consistebat tabernacula com/ burebat/ cunctaque ex terminis dabat/ ignibus concremando. Ampliora quoque iste gereret/ & am/ plius ab eo illa regio deleteretur/ ni celeriter mutatio contigisset/ nam exercitus militum regiorum qui se Romanis addiderat/ tota manu itaque uirtute congregiens occurrit. Symoni ubi multa ui/ die longo cettatur. Sed plures qui ex locis trans iordanem cum Symone fuerant congregati/ neque ordinis/ neque dispositionis bellicae gnari/ siquidem temeritate magisquam disciplina pugnabant/ a regis occubere militibus/ sed etiam ipsum Symonem per fugas se & per montis fauces saluari/ cu/ pientem gratis occurrens/ caput ei abscidit. Incesus est etiam illis diebus super iordanem locus non/ mine Emachoes a quibusdam hominibus Symoni consimilibus. Sic igitur in illa gente multa de/ mentia uagabatur/ propter quod regē proprium non habebat/ q; populū uirtute ac moderatiōe dis/ poneret/ & pp quos alienigenā irrupcrant/ p quod seditione/ mētes occasionem accipiētes ad bella

concitanda

concordanda succensæ sunt intentione sola deuastandi & aliena rapiendi. Cæterum & Athonges neque generis dignitate conspicuus neque uirtute decoratus sed opus tantum confusus abundantia. Pastor enim erat iste & cunctis in omnibus rebus obcurus uerum magnitudine corporis & robore præualens auarus est et ipse in regni conspirare potentia. Erant quippe illi fratres quattuor et ipsi corpore magno & de fortitudine gloriati & ex hoc credebant sese regnum omnibus modis obtinere / nam unusquisque eorum turmam propriam ducebat. Congregatur itaque ad eos plurima multitudo. Et illi quidem ductorum fungebant officio / & sicubi opus erat discurrebant bellicos exercendo conflictus. Ille uero diadema suo capiti circumponens ad consulandum concilium conuocabat ut quid facto opus esset decerneret. Vixit autem cuncta in sua potestate cepit insania ferri maxime quæ rex a populo uocabatur quæ sibi ad regendum quæ uellet nihil esse impedimento cernebat. Denique tam ipse quæ fratres eius magna conspiratione fremetes odio Romanorum & regionum militum bellum gerere festinabat. Nam æqualiter aduersus utrosque infesta mente ferebant aduersus regios quidem milites propter iniurias quas eos sub Herode perpetrare reputabant aduersus Romanos autem quæ eorum in presentia potestas existeret. Igitur asperitas huius malis tempore percurrere credebatur nullusque interitum poterat euitare. Nam alios quidem spe lucris exterminabant alios autem occidendi consuetudine perimebant. Incurrunt et aliquando Romanorum turmæ circa Emmaum & circūdantes Arii centurionem qui ducebat exercitum quadraginta ex eis uulnerare qui fuerant manu exercitatorum meliores cæteri uero timore fugientes a Grato qui multitudinem regiam militum ducebat defensam saluam / suos mortuos relinquentes. Et multa parte diei Romanæ legionis milites in sequentes plurimos sauciabant / superant tamen postea & comprehendant / alius quidem cum Grato confli gens / alter autem cum Ptolomeo. Maior uero frater Archelai milites comprehendit. Nouissimus autem eorum super his quæ cõgēbant merore cõfessus hesitare cepit / qualiter saluaret. Nam se solum remansisse cernens & omni manu militum spoliatum fidei patruelis Archelai se committit ac tradidit / sed hæc quidem postea cõgigerunt. Igitur sic ludæa latrocinantium facta fuerat habitatio. Si quis enim manu aliquam cõgregaret / quæ secum ad seditiones faciendas conspirare præsumeret / statim rex efficiebat / exurgens ad communem regionis interitum. In breui quidem & in minimis rebus ludæi Romanis noxiis cõsistentes inuidia tamē cõtribulium ciuiumque suorum ad omnia nequitiae opera ferebant. Interea Varus mox ubi quæ gesta sunt Sabino scribente cognouit / timens illi legionem quam in Hierosolymis dereliquerat / duas reliquas legiones assumens tres quippe in Syria fuerat constituta / assumens et equitum alas quattuor / & auxilia quæ regem Tetrarchæ diuersimodè mandauerat / matuebat præsidium illis qui in ludæa obsidione tenebant afferre. Dicebant autem omnibus quæ Ptholomaida pergeret. Dant illi et berythii transeuntium subsidium mille quingentorum uirorum. Mactat illi & Arethas quoque petrus qui odium circa Herodē & amicitiam cum Romanis ad duxerat non parua peditum & equitum manum. Congregato itaque in Ptholomaida omni exercitu / exinde parrem filio tradens unum amicorum suorum destinat Galilæas expugnatum / qui super Ptholomaida habitant. Ille autem Galilæa ingrediens / magna uim pugnare cepit. Et primum Seforin captiens / habitatores quidem omnes captiuos abduxit / ciuitatem autem ignibus tradidit. Varus autem Samariam cum omni manu ingrediens / sed a ciuitate abstinuit / erat enim crimine seditionis immunis / sed quodam uico Ptholomeiarus nomine collocat / quæ uicū arabes odio Herodis hostili more cõburunt. Iter quoque agentes alium uicū Fasso nomine / magnam atque opulentum / idē arabes comprehēdentes / incendio cõcremauerunt / & quaque uersum exercitus ibat / igne cuncta & cæde replebant / quæ uicū ad obsidiones fuerant congregati / facie ipsa non ferentes exercitus / passim cuncti diffugiunt / imperfecta seditionis opera relinquentes / qui uero in hierosolymis fuere iudæi / Varo grauius inculante / ex culationibus diuersis semetipsum purgare nitentur / quæ multitudo illa propter festiuitatem fuerit congregata / bellum at nequaquam ex eorum sententia cõgigisse / sed temeritate aduenari fuisse cõmotum / seipsum autem cum Romanis obsessos potius quam obsidendi gessisse propositum. Venerunt autem in occursum Varo Ioseppus herodis regis nepos / & Gratus atque Rufus omnem exercitum quem sub se habebant / secum pariter adductos / occurrunt etiam Romani / qui obsidione tenebantur. Sabinus autem non uolens in faciem Varum uenire / ex alia parte hierosolymis egrediens / mare uersum abscessit. Interea Varus per omnem regionem partem militiam mittit / quaesitum eos qui causa seditionis extiterant. Deprehensis autem qui manifesta / bantur / alios qui causa mali exitere supplicii cruciabat / quosdam uero dimittit / in quibus culpa leuior inuenitur. Fuere autem qui propter hanc causam in crucem acti sunt / ferme duo milia hominum. Hoc igitur modo rebus collectis / atque compositis / maximam partem militiam ad sedes proprias dimittit / grauem eam in illis locis existimans / nam in plurimis excelsent / & eius iura contempserat / lucrorum ac rapinæ cupidine. Ipse uero decem milia iudeorum in unum locum fuisse congregatos audiens / festinus occurrit / ut eos comprehenderet. Illi autem antequam comprehensum fuissent / semetipsos tradidere / hortatu Acabi. Tunc Varus multitudinem quidem ueniam contribuit / ipsos autem ductores / quæ causam seditionis excitauerant ad Cæsarem mittit. Cæsar uero plerisque ex eis præmittit / illos autem qui Herodis cognati

gnati fuerunt / supplicii ad eum / quod nullum iustitiam gerentes respectum contra familiares & consanguineos arma tentauerant. Et Varus quidem ista disponens / & propter præsidia unam legionem quam etiam primo dimiserat hierosolymis derelinquens in antiochiam repedare festinat.

Qualiter Cæsar testamentum herodi confirmauit / seruans filiis eius testamentum / & diuisio regni Iudaici in Tetrarchias. Cap. XVI.

Archelao uero apud Romam commorante / aliorum negotiorum principia / pullulabat / quorum hæc erat causa. Venerat Roma legatio iudeorum / super octo milia hominum / petenti ut suis legibus uiuerent / & legati quidem qui ex decreto totius gentis fuerant missi / quinque et quinquaginta fuere. Cætera uero multitudo Romam ad eos uenerat. Cæsar autem concilio faciente cum amicis / cæterisque romanorum primatibus / & in Apollinis templum congregante / quod ab ipso fuerat magnis opibus impensis fundatum. Legati quidem cum uniuersa multitudinem indigentium iudeorum causam acturi conueniunt. Archelao autem eorum cum amicis aderat. Quotquot uero regis fuere consanguinei / ab Archelao pro odium separatur / iudæis autem aduersus eum consociabant / non tamen semetipsos publicæ demonstrabant / graue putantes / & ad confusionem propriam pertinere / si ante Cæsarem contra consanguineum & familiarem loqui psumerent. Aderat etiam Philippus de Syria ueniens / Vari concitatus hortatu / prima quidem causa ut fratres adesset. Nam ei plurimum Varus fauebat. Enim uero arbitratur / quia illo regno soluto per partes / posset distribui / si quidam plures essent / qui suis legibus uiuere postulabant. Unde uero Philippum hortabatur ut pro se laboraret / quo posset etiam ipse partem aliquam regni percipere. Data igitur iudeorum legatis copia dicendi / ceperunt pro dissolendo regno multa loqui / & primum ex iniquitatibus herodis argumenta multa sumere / dicentes cum nomine tantum fuisse regem / re autem uera tyrannidis facinora perpetrasse / & multa pro eius desolatione rerum factam esse iudeorum naturaliter eum etiam ad nouitates inueniendas primum fuisse proclamabant / & tantos quidem iudeorum eius crudelitibus interisse / quantos nunquam ex historia posse cognosceret / sed multo amplius semet qui uiuerent infeliciores existere / non solum eis quibus ostensione uultus asper / & indignatione mentis terribilis apparebat / sed etiam quibus substantias suas arripuit / ciuitates quidem extraneas & ab alienigenis habitatas cum ornare & locupletare / eum proditione & exterminio eorum quæ sub eius regno habitabant / omnem gentem penuria & necessitate cõtradi / tam / cui paucis autem regno deficiis / frueretur / plurimos quoque ex nobilibus ciuitatibus / & nobilibus natos genere perimeret / nullis rationabilibus subsistibus causis nisi ut eorum substantias rapuisset / & quibus uita fortasse concessisset / rerum suarum amissione daret. Jam uero exactio iniquum iniquum functionem aliam quidem pro muneribus & publicis cum augmentis analibus exigebat / alia uero lucrorum gratia post functiones a seruis exactoribus / uel amicis eius diripi solere causabant / nec solum ista quæ ad dandum auri & argenti pertinebant / agi / sed uirgines etiam corrupti / matrouas pollui / quæ pudore sui tacebant / sicut ab illis qui gerebant desiderabat / qui uidelicet facinora sua timebant / ne in publicum perderent / tantaque sub herode in iniurias & contumelias passos fuisse quantas nec ulla bestia posset ingerere / si facultas daret / ut hominibus imperaret. Et multas quidem sapius calamitates suam gentem passam dicebant / sed nunquam se in tanta infelicitate / tantaque clade prorsus incidisse / exemplum namque iniquitatis & facinoris herodē uniuersæ genti fuisse. Et optabiliter se Archelauum quidem regem denominasse firmabant / quia post herodē quilibet malum ferendum & tolerandum utique decernebat / qui tamen ipsis iniitiis se quasi mitiorē Herode conabatur ostendere / uerum postea ueniens / ne non proprius Herodis filius crederetur / nihil ultra distulit / sed statim aperuit suæ mentis indicia / & cum nondum erat regni consecutus integram firmitatem / quæ in cæsaribus arbitrio consisteret / illius regni potestatem uel tribuere / uel negare / dedit tamen ingenium sui propositum / monumenta / qualiter posset in futuro illud regnum gerere / ex his quæ ipsi iniitiis perpetrare præsumpsit / ut ciues in templo die festo uelut numini eos offerrens / auderet occidere / unde iustæ uniuersæ genti illum fuisse exosum / propter merita suæ crudelitatis & sceleris. Ob id quoque & has querelas legationem totam gentem destinasse firmabant. Petebant ergo / ut eorum provincia regibus careret / & Syriæ iungeretur / ut ab illis iudicibus regerentur / qui illuc ex Roma ad gubernandam provinciam mitterentur / & tunc cognosci posse dicebant / utrum ne seditionis essent / & tumultuum concitatores / an subiecti & deuoti si propter iudicibus & rectoribus uterentur. Talia iudeis dicebant / Nicolaus regem criminibus expurgabat / Herodem quidem / quomodo per omne tempus quod uixit / rit nunquam fuerit accusatus / non enim uera posse dicere confirmabat eos qui cum haberent aliquid / quid unde causarentur / illo uiuente prætermittentes / quando possent in quibus lesi fuerant uindictam / illo mortuo querelas importune confingerent / illa uero quæ sub Archelao acta essent / ad illorum improbitatem iniuriaque redigebat / qui contra ius & contra leges talia commisisse præsumpserint / quique cædis fecere principium / in eis qui se a tumultibus prohibebant. Inculabat eos etiam quæ seditionis libidine tenerentur / & quæ peruicaces essent an obediendum uel legibus uel iustitiæ / dum cuperent in omnibus suis assumptionibus uincere. Hæc itaque Nicolaus dicebat / Cæ

far hincinde quae dicta sunt audiēs / cōuentū dimisit & post paucos dies / Archelaū quidē nō pñciat regē dimidiā uero iudaeā regionis quae herodi tributa reddebat Tetrarchā cōstituit / spōdens ei quoq; regiā dignitatē / si laboribus & fauoribus circa semetipsum meritis appareret / alterā quoq; dimidiā bifariā distribuit alteri herodis filiis / Philippo uidelicet / & antipatro / q contra fratē archelaū de uniuerso regno certauerant. Et huic quidē regio trans Iordanē Galilaeā tributa reddebat / quae cōstita / bant in talentis ducentis per singulos annos. Philippo autē Bithanā & Traconitica & Auranitica / cū aliqua parte domus quae Zenodori dicebat / reddebant talenta centū. Ceterū archelao iudaeā / & Iudaea & Samaria. Haec enim leuigatae fuerant quattuor parte functionū ex decreto Caesaris / ppter quod in seditione ceterae multitudini participes non fuere. Erant autē ciuitates quae archelao tributa reddebant. Stratonis turris & Sebasta cū ioppē & hierosolyma / Gaza uero & Gadara / & ipse fuere graecae ciuitates / quas abscidens a dispensatione Syriae additamento iudaeae regioni coniunxerat. Accedebant ergo archelao tributa per unūquēq; annum talenta .cccc. ex oibus regionibus quas in sua potestate susceperat. Et haec quidem de filiis herodis ordinata sunt. Salomae autē sup illa quae frater in testō reliquerat / erat autē Iannia & Azotus / & Faselis argenti signati myriades quinquaginta. Caesar etiā donat ei ad habitandū aulā regiā quae fuerat in Alcalone cōstituta. Intrabant etiā & huic reditus ex oibus suis talenta per annos singulos .lx. domus autē eius in regionibus erat quae sub archelao fuere potestate. Accipiūt quoq; con sanguinei regis quae cūq; in testō declarantur. Duabus autem filiabus eius uirginis s̄ter illa quae pater reliquerat. Caesar ēt utriq; dona largitur uicenas quinas Myriadas argenti signati / easq; coniunxit Ferorae filiis / cuncta uero quae illi fuerant dimissa / per filios herodis distribuit. Erant autem quinquaginta & mille talenta pauca sibi sumens uascula / quae nō tam ei magnitudinē uel precio / quam recordatione regis accepta constabant.

De eo qui se mērie batur esse alexandrum Herodis filium / & qualiter fictio ista deprehensa sit / in negligentia Caesaris / & poena quae multatus est. Cap. XVII.

Is igitur a Caesare dispositis / iuuenis quidā Iudaeus quidē genere / sed apud Sydonios nutritus / a quodā Romanorū libertino / qui eū in cognitionē Herodis induxerat / similitudinē formae prouocatus quae uidebatur Alexandro cōsimilis filio herodis qui fuerat interēptus / testificabatur quoq; illi cunctis / quorū aspectibus occurrebatur ex hoc occasione sibi met esse reputabat quo regnū possit accipere / & assumens secum a diutorem suae gentis hominē / scientem cuncta quae in palatio gerebant / & ingenio callidū ad magna negocia perturbada / eo sibi huius factionis magisteriū praebente conscendit. Dicebat ergo se Alexandrū esse herodis filiū ex morte seruātū ab his quibus ut eū perimerent fuerat delegatus / occidentes quippe alios per quos imagi nē cōpletē iustitiam ostenderent / & expectatores fallerent / illiq; & eius fratē Aristobolū saluauisse. His igitur signatis & ipse in superbiā extollitur / & alios quod occurrerent eludebat. Interea Cretam appulsi Iudaeorū omnibus qui cū illo colloquū miscere / p̄sasio facta est. Vnde illi quoq; pecuniarū abundantia coepit affluere / plurimis hincinde donantibus. praeter uenit ad Meliū / ibi quoq; cōgregat meliora. Nam ei plures offerebant pecuniae fide qua ex regio sanguine illū de cōcedere iudicabat / & spe q; possit paterni regni iura percipere / uicēq; praestantibus reportare. Ibat igitur Romā plurimis in eius obsequio uenientibus / & dicebat hēa appulsi / ibidē quoq; qui habitabant iudaeos similibus fallaciis illudere decipereq; nō desistit. Accurrebat nāq; illi ueluti regi / & alii quidē alii / maxie tñ illi qui familiaritate & amicitia cū herode possederant. Causa uero maxima deceptiois erat hoibus qui illū cū uoluptate a referentibus aduertebant. Ad haec ēt accedebat fides ex formae uultusq; similitudine etenim etiā qui plurimū fuerat cū Alexandro cōuersatus / nihilominus inducti fuerant ad credendū / illū non fuisse alterū / sed alexandrū herodis filiū / ita ut et alii nescientibus iurare p̄sumerent. Proinde ingredienti in Romā / & fama sui cuncta replenti in occursum egredī iudaeorū plurima multitudo / instar miraculi salutē eius factā diuinitus admirantes / & eū gaudio illū maiore suscipiūt. maxime propter maternū genus / quod erat ualde clarissimū. Proinde cū ciuitatē intraret / per plateas & uicos in sella portabatur / cūcto regali cultu compositus / ex opibus & quae sibus / quas per diuersa loca perceperat. Congregatur itaq; ad eum maxima multitudo / uoces plurimas / clamoresq; cum fauore reddebant / & oīa fiebant quae solent ad gaudia mentes hominum cōcitare praesertim in tali eū / tu / ubi praeter spem salutem illius factam esse mirabantur. Sed ubi Caesari nunciū ille allatus est / nō quidem credebatur / propter quod sciret herodem non facile posse in quibuslibet negociis decipi praesertim in illis in quibus animū intenderet / tamē sperans potius se contigere. Celatum / quendam suum libertū qui saepius fuerat cum illis infans collocutus mittit / ut uideret alexandrum. Ille autē cum uidisset nulla meliori discretionē usus est q̄ uisa fuerat multitudo. Verū Caesar decipi oīno nō potuit q̄o erat quidē ille similis alexandro / sed nō ita ut eos possit inducere / q̄ prudētē inspicere / discernereq; ualerēt. Siquidē iste fallus alexander ex labore & ope ualde cōstabat / attritus / in illū autē delicatudo.

ex delitiis / & fortitudo de frequenti exercitatione concurrerant / huic autē durius & grossius erat corpus. Intuēs igitur mēdacia cōspirantē iuxta discipulū atq; doctore / & cū fiducia uerba profererēs exa minabat / rē ēt de Aristobolo cunctā perquirens / qd de illo quoq; fuerit factū / & semetipsum obstupere simulans / rogabat / ob quā cām aristobolus quoq; nō uenisset / quo regnū ēt ipse dignitatemq; sibi deposceret. Cūq; ille respōdisset in Cypro illū insula remansisse / malinis periculis simul fatigatū / & territū / ut si forte sibi aliquid inopabile prouenisset / saltim ille saluaret / ne omne genus Marianne penitus interiret / talia enī illū doctor ille respondenda docuerat. Caesar illū semotim adulescentulum a ceteris abducēs / tibi inquit mercedis gratia salus a me praestabit / si nō tentaueris etiā me arte dece / prionis inducere. Dic itaq; mihi quis tu sis / & quis te ad talia cōfingenda prulerit / maior quippe est tua aetate haec adinuenta calliditas. Tunc ille / neq; enim ultra menti ri potuit / in periculo cōstitutus / aperte Caesari omne signmentū / uel quali modo / uel a quo fuerit cōmentatū. Tunc Caesar falli quidē Alexandrū nequaquā contra quod promiserat fecit / uidens autē eū aptū laboribus / in ordine cōstitū / it numerorū nautarum / illum uero qui talia praesumenda persequit / morte condemnat. Meliensibus autem condemnatio sufficiens uisa est / ut quantoscunq; sumptus uel pecunias in falsum Alexandrum erogassent / irreparabiliter amississet. Et circa falsum equidē Alexandrum res cum magna temeritate praesumptae / finem huiusmodi preceperunt.

Qualiter archelaus accusatus est a Iudaeis apud Caesarem / quae Caesari idignatus / regno priuauit / & trusit in exiliū apud Viennā Galliae / & somniū uisum Archelao & Glaphyrea. Cap. XVIII.

Archelaus autem Tetrarchiam suscipiens / mox ut Iudaeam attigit / Iozarū Boethii de pōntificatu remouit / exprobrās ei / quod cū seditionis una cōueniret. Eleazarū autē fratē eius ad pontificatū subrogat. Edificat etiā in Hierichunte aulā regiā / cum elegantia & decore mirabili / mediētate quoq; aquarū quae ad irrigationē agrorū influebant / tractū ductūq; cōstructo diuertit in campū / quod ab ipso fuerat palmarū arboribus cōstitū. Vicū etiā aedificat / cui nomen Archelaidē cōstituit / paternā quoq; legē transgrediens / Glaphyrā archelai quidē filiā / alexā / dri uero fratris cōiugē / ex qua filios quoq; susceperat / sibi met accersit uxorem. Iudaeis uero fas non erat fratris uxores accipere. Sed neq; Eleazarus in pontificatu diuturno tēpore perseuerat. Siquidem etiā super ipsum cōstituit Iesum Osae filiū. Interea decimo anno principatus archelai / oīs nobilitas Iudaeorū primatesq; samariae non ferentes crudelitātē eius / moreq; tyrannicos / apud Caesare accusa / tiones ei instituūt / maxie qd cognouerāt eū Caesaris mādata trāgressum / nā ei p̄ceperat ut mānente / elementorū conuersaret ad populū. Caesari igitur ut haec aduertit indignatiōe cōmorus / curatore eius / de Archelao rerū earū quae Romā fuere / Archelaus ēt ipse dicebat / protinus aduocat / ceterū scribē dū archelao indignū existimat / illū autē destinat / ut archelao celeriter exhiberet. Ille cōtinuo sine ulla dilatione nauē accēdens / nauigat celeriter / & in Iudaea uenit / archelaoq; occupat cū amicis spuli cele brantē / mentē ei Caesaris aperuit / atq; ut cōfessim egredere cōpellit. Caesari autē ueniēte Ar / chelao aliquibus accusatoribus astantibus / cām hinc inde cognoscit / sed ubi parū se expurgat archelaus / in exiliū trudi praecipit / in Vienna ciuitate Galliae habitaculo cōtributo / pecunias uero eius rōnibus iussit sociari fiscalibus. Sed antequā Romā fuisset uocatus archelaus / somniū suis amicis tale recita / uit. Vidisse se nanque dicebat / spicas decem numero / plenas turgentesq; frumentis uigoremque inte / gram possidentes / quas uidebat a bubus comedi. Sed hoc uidens magnis fluctibus eius animus sati / gabatur / a quibus dum sciscitaretur / illi per diuersas contrariasque opiniones solutionesq; discin / duntur. Tunc Symon uir effaesus ueniens / mutationem rerum illo somnio significari dicebat. Arche / lao non sane in rebus secundis aut commodis prouenturam. Boves nanque labores & miseriam si / gnificare firmabat / propter quod soleat illud genus animalium laboribus affligi & conteri / muta / tionem autem rerum illo somnio demonstrari dicebat / quod terra boum laboribus & operibus exa / rata in seipsa permanere penitus non sinatur / perspicax autem decem periodum decem annorum terminari manifestabat. Vnam quippe futuram aetatem & tempus suppleri asseuerabat. Archelao quo de principatu suae potestatis exiret. Et ille quidem hoc modo somnium illud exposuit. Quinto uero die postquam illud somnium archelao fuerat demonstratum / euocatur eius archelaus procura / tor suus in Iudaeam uenit a Caesare destinatus. Similiter & Glaphyrea uxori eius & regis Archelai fi / liae prouenit. Quae primo sicut supra ostendimus / alexandro in coniugiū sociata / constabat Herodis / qdem filio / sed fratri archelai. Postea uero quam idem Alexander a patre fuerat interemptus / Ioba / to lyciorū regi coniungitur. Quo defuncto / item illam uiuadam in Capadocia a parte archelais in / coniugium suscepit / Mariannē excludens / quae sibi fuerat coniugata. Tantus siquidē illum Glaphy / re amoris ardor incenderat. Cum uero iuncta esset archelao / tale somnium ipsa quoq; contueretur. Videbat quasi Alexandrum sibi affantem / & se quidem illi ad gaudere / eumque libenter & alacriter amplexati / illum uero exprobrationes ei protinus imputare dicentem. O Glaphyrea / nempe uel nūc confirmas prouerbium quo dicitur / fidem mulieribus non habendam. Nonne mihi iure iurando

collicita esse sed & ingali foedere uirgo sociata. Postquā filios quoque suscepimus/amores nros oblitas secundarū cupidine nuptiarū sed neq; hoc tibi sufficere iudicasti qn̄ ē cū tertio sponso cōcūbere p̄sumpsisti & sine pudore domū nostrā ingrediēsi/thorū genitalē polluisisti/cū Archelao ius cōiugale cōlocians ut illū uirū haberes/quē meū fratrem esse constaret. Verū ego nūquā tui penitus oblitiscar/neq; benignitiae qua temp/circa te detentus sum careā. Liberabo sane te uniuersis obprobriis/meā sicuti fuisi firmā stabilēq; p̄ficiens. Quā cū illa familiaribus retulisset/post paucos dies uita defungit. Hæc ergo haud sane importuna huic nostro operi ratus inserui/primō qdē/qa ea quæ circa ipsos reges cōtigit nescunt innotui/deinde ut exēplo uera probent/dicere illi a qbus imortalitas disputat aiarū/aut ēt ut appareat diuina pudentia rerū humanarū cūcta disponi ne incredulitate huiusmodi rerū homines ledantur in moribus. Enimvero qui hæc crediderit/nullo modo prohibetur p̄ dies singulos ad uirtutis augmenta procedere. Archelai uero regio tributaria facta/Syriæ dispensationi coniungitur. Interea Cyrinus uir consularis a Cæsare destinatur/censum in Syria dispositurus/& domum rediturus.

Incipit Liber. xviii. antiquitatis Iudaicæ.

Qualiter Cyrinus a Cæsare destinatur/ut Syriam Iudæamq; censeret. Cap. I.



Cyrinus autem unus de his qui semper in consultatione congregabantur/uir p̄ omnium magistrorum & principatum officia celebratus per cunctas administrationes consulatus culmen ascendens & in cunctis administrationibus & aliis dignitatibus clarus/cum paucis uenit ad Syriam censor gentis a Cæsare destinatus/& appreciator uniuersarūq; substantiarū.

Qualiter Copinius ex equestri ordine missus est in Iudæam & quia Cyrinus uenit in Iudæam uniuersorum deprædaturus substantias/& archelai redditurus pecunias & quia Iudæi molestæ ferentes/tandem persuadente Iozaro pontifice passi sunt descriptionem substantiarum suarum. Cap. II.

Intitit etiam cū eo Copinius ductor totius equestris agminis/potestatemq; Iudæorū omnium gerens. Venit etiā Cyrinus Iudæam/nā dispensationi Syriæ fuerat aduata/uniuersorū deprædaturus substantias/& Archelai redditurus pecunias. Porro Iudæi licet in ipsis initiis descriptionis nomen dñm haberent/subiiciuntur tamen ne amplius subsisterēt/per sua dente illis pontificis Iozaro/Boethi nanque erat iste filius. Et illi quidem cuncti ratione pontificis/deprædari suas permiserunt substantias/nihil amplius hesitantes.

Qualiter Iudas Gaulonites & quidam alter persuaserunt multitudinē/ne suas describi substantias paterentur. Cap. III.

Iudas Iudas Gaulonites/homo ex ciuitate/cui nomen erat Gamalas. Saddochum pharisæū sibi coniungens/recessionem facere festinabat/nam deprædationē & censum nihil aliud esse dicebant quam integram seruitutem. Proinde ad defendendā suā libertatē totā plebē diuersis exhortationibus incitabant/omnem quoque illis cooperaturā esse creaturam si pro bono libertatis honore & gloriā suam magnanimitate tueretur/sed etiam deum non aliter illis auxiliatorem fore/nisi talibus consiliis ad agendum procederent.

Qualiter populi eorum consilia consecuti/seditiones & bella ciuilia/seu latrocinia exercuerunt. Cap. IIII.

Is itaq; diebus amplius eorum animus incitatur/ut etiam ab homicidiis se nullo modo arcerent/quoniam cum magna uoluntate quicquid ab illis dicebatur hauriebant/atque hoc modo in magnum malum seditio illorum & audacia prorumpbat/nihilq; fuit maiorum quod per illos non pullularet uiros/& supra quam dici potest illa gens continua/ tionibus est repleta bellorum & clades inter eos & latrocinia/deprædationesque gerebant/obtentu quidem utilitatis defensionisque communis/sed reuera priorum lucrorū gratia tota seditio gerebatur. Multa itaq; cædes ciuium sociorumq; perpetrantur/postremo in inuicem conuertunt/non secus quam contra hostes infensus ageretur bellum. Itaq; quotidie deprædationes/captiuitates/cædes ubiq; concurrebant/ita etiam ut templum dei ignibus cremaretur. Tantum ualuit nouitas & institutionum mutatio patenarum. Siquidem iste Iudas & Saddochus quartam Philosophiam nouiter introduxerant/cuius amatores copiam conquirentes/seditionibus ac tumultibus repleuerunt publicam. Sed etiam malorum futurorum radices pessimas plantauerunt per insolentiam inconfectæ Philosophiæ/de qua uolo pauca disserere.

Quantæ

Quantæ sint hereses philosophorum apud Iudæos/uel qualibus teneantur legibus. Cap. V.



Væis igitur philosophiæ tres erant/et inde ab initio in institutis patris derelictæ. Esseno/ rû/Sadduceorū & tertia qua philosophant/q dicebant pharisæi/& quæquæ de eis explanauerim in secundo libro Iudaici belli/tñ etiā nūc cōmemorationis gratia breuiter attigā. Pharisæi n. quotidianam cōversationē exiguā habent/& prorsus abiectā/nihil mollitudinē aut deli catudini penitus indulgentes se quæcunq; iudicio rationis oportere cōperta sunt illa sequuntur/præposito nullo modo reluctant maiores natu cōpetenti honore uenerant/ita ut nec cōtrarium quiddā alicui aliqui respo deat/satogeri oia credūt/sed neq; liberū arbitriū hoīs auferūt/iudicium dei futurū esse sentiūt/illuc cunctos hoies propria merita receptoros/tā eos quidem qui secundū uirtutem uixerunt quam illos q nequitia deprauati sunt. Animas autē imortales dicunt/sed etiā in inferno cōgrua unicuiq; habitacula pro merito/uel uirtutis uel iniquitatis attribui/sicut unicuiq; uiuenti gerēbae studii/& alias quidē aias æternis trudi carceribus/alias autē facilitate reuiuiscendi p̄cipere/& ob hæc populis quidem sunt acceptabiles credibilesq;. Quantacūq; item ad culturā diuinitatis p̄tinent orationū celebrationis/teplorū cōstitutiones/expositionibus suis faciēda esse prædicat. Nā ita uirtutibus eorū prolatū est testimoniū/ut ad eos plurimæ ciuitates/& maxia multitudo cū studio grādī cōfluere/opinione adducti/quia meliores cæteris estimant. Sadducei autē aias mortales existimāt/simulq; cū corporibus interire. Nullas uero alias obseruationes præter legē custodiunt/ aduersus doctores aut philosophiæ (sæ certari/& reniti gloriosum annumerant/sed ad paruos admodū doctri/ na eorū puenit/& modus exercitationis. Primates autē apud eos dignitatibus honoribusq; celebrant Esseni autē ad dei cūcta redigūt/imortalē animā dicūt/iusticiā autē re preciosam p̄ qua et usq; ad mortē pugnantū esse prædicat/in tēplo anathēata/ponēda phibent/sacrificia uel hostias cū populo nō celebrat/q se plurimū ab eis putat mūdicia uel sanctitate differre/& merito se a cōi cōgregatione discernūt remorim sacrificia faciētes/cultu uero mox atq; cōversationibus optimi ad colendā terrā & exercēdā omni studio intētī. Illud etiā habēt dignū/& ualde mirabile q; in aliis nō inuenias gentibus tā Græcorū q; etiā Barbarorū/q; oēs illi opes in medio sunt/& ab eis oia possident/nihil amplius inter eos dicitur fruitat/nihil paupior defraudat ac si nihil oīno possideat. Et illi quidē hoc modo de se gerūt. Sunt autē sup quatuor milia hoium numero. Vxorēs nō ducunt neq; seruos habere festinat aliquid quippe iniquitatis/aliud leditionis oportunitatē estimant. Isti ergo semotim apud semetipsos ad uiuunt/mutuos sibi uicissitudines ministrantes/susceptores autē redditū p̄mouent/curatoresq; cōstituit/q; cūcta quæ terra profert in usus/necessarios administrant. Sacerdotes optimos uiros eligunt/cibus illis simplex est/habitus infumprosus & mundus. Quartæ ergo Philosophiæ Iudas princeps extitit/cuius fecimus mentionē. Huius sequeas in uestitu/in habitu/cæterisq; aliis pharisæis cōsentit/unt circa libertatē uero imobilē retinet atq; imutabilē sniam. Nā huius rei cupidio magna eorū mēti bus est infixā. Solū n. principē & dñm dicūt deū oīum/mortis autē multas & uarias species sustinere p̄ nihil pēdant/uel cognatorū supplicia/uel amissiones amicorū oīno cōtēnunt/dūmodo nullū horū minē dñm dicere compellant. Nonnulli nāq; uiderūt/qualiter sæpius aliqui eorū in supplicis imutabile p̄mansere. Vnde plurimū quoq; illius gētis hoc stulticiæ morbo insanabiliter agrotarunt. Gesio Fuluius principatū huius uanitates obtinente. Nam ex hac quoq; superbia ad seditiones excitat/das romanis/recedendūq; ab eis/& ipse præcipitatus est & alios præcipites dedit. Et Philosophiæ quoque genera hæc atq; huiusmodi sunt apud Iudæos. Interea Cyrinus opibus restituit Archelai/descriptioneq; perfectā quæ facta est tricesimo septimo anno/postquā Antonius actiaco bello fuerat a Cæsare superatus/Iozarum quoq; pontificem/seditionem a multitudine passum sacerdotali depōit officio/Ananum in pontificatu substituit.



Qualiter herodes & Philippus ciuitates i honore Cæsaris fabricauerūt/& qualiter Samaritæ ossa mortuorū in tēplo iactates cū festiuitas Azy mox imineret populū reddidere pollutū. Cap. VI.

Herodes autem & Philippus Terrarchiam suam eorum uniuersisq; suscipiens. Herodes Sephorin muro circumdedit/ad instar & similitudinem Galilææ/quam Autocrotoridan appellat. Alia autem Betharanta ciuitas etiam ipsa est quam muro circumspiciens/Liuiā ex nomine Liuiæ uxoris cæsaris nominat. Philippus autem Paniadam quæ est circa fontem iordanis fluminis construxit Cæsarem nuncupauit. Tum ē Bethsaidam proximā stagno Genesar edificat/& dignitatē ei ciuitatis attribuit/habitatorūq; multitudine replet/aliorūq; necessaria/rum rege copia refert facit & Iuliam Homonymam cæsaris filia uocat. Copinio autē Iudæam illo tpe gubernante/quæ supra docuimus cum Cyrino destinatū/hmōi factam in Iudæa provenit Azy mox dies agebantur quam festiuitatem Pascha uocamus/in qua mos erat/ex media nocte portas templi a sacerdotibus aperiri. Et tunc itaq; apertis portis/uiri quidam Samaritæ occulte in Hierosolymam uenientes per templi cunctas porticus & per totū sanum ossa iaciunt mortuorum. Et ex illo accepit in templo custodia maior a sacerdotibus.

Mors Salomæ sororis Herodis quodam regis Iudæorū mors et augusti Romanorū secundi imperatoris. Successio Tyberii Cæsaris sub quo pontius pilatus mittitur in iudæam. Cap. VII.

Propterea aut non post multum temporis Romæ reuertitur cui successit regēda provinciam Marcus efficit sub quo etiā Salomæ herodis regis soror uita defungitur / Liuia Cæsaris uxori derelinquens lamniā & oēm suā Toparchiā & in cæpo Faseliā & Archelaidā constituta quæ etiā plurimis consite uere palmitibus quorū fructus optimus & ualde preciuus. Sed huic quoque succedit Annius Rufus sub quo et Cæsare mori / Romanorū secundus imperator. vii. & l. imperio annos adiuuens mens. vi. dies aliquantulum super duos ex quibus. xiiii. annis simul cum eo Antonius reipublicæ gubernacula rexit. Viuens itaque annos. lxxvii. uita decessit. Huic succedit in principatu Tyberius uxoris eius Liuie filius qui fuit romanus. iiii. imperator sub quo quæ rus iudæorū rector Valerius Gratus efficitur / Anni Rufi successor. Is Annanū remouens sacerdotio Hilmahelū filiū Iabi pontificē designauit. Sed & hunc non multo post abiiciens / & Eleazarū Annæ pontificis filiū sacerdotio surrogauit. Post annū uero et hunc arceat officio / & Symoni cuidā Camithi filio ministeriū pontificatus attribuit. Sed non amplius & ipse quam unius anni spacio eodem perfansctū officio / Ioseppū cui caiphās nomē fuit. habuit ordine successorē. Et Gratus quidem talia gerens / Romā reuertit postquā. xi. annos in Iudæa cōpleuerat. Huic successor Pontius Pilatus effectus est. Herodes aut Terracha ad magnā amicitiam Tyberii puenit / edificans ciuitatem / quā ex eius cognomēto Tyberiadē denominauit / mœnibus eā firmis fortibusque circūdans in regione Galilæe iuxta stagnū Genesar / unde aquæ calidæ non longe distabant in uico cuius nomē erat Amathus. In hanc cōfinēs plurimi cōfluxere / atque et ex tota Galilæa non parua multitudo cōcurrat. Ex oī quoque regione quæ sub illo fuerat cōstituta / ab eo coacti cōueniunt / ut ibidē cōmanerent. Multi et ex nobilitate illuc habitandi gratia trasserunt. Suscepit et quotquot hincinde ueniebant inopes & egenos / plerisque et quos liberos non esse cōstaret / quibus tñ securitatē libertatis attribuit & beneficia plura contulit / ut hoc iuitamēto nollēt ex illa ciuitate discedere. Priuatas et domos ex propriis opibus fabricabat / terras largiebatur / ut in his oibus stabiles habitatores efficeret / maxime aut ex paterna lege trāsibentibus in qua significat ut habitatio septē diebū ciuē loci p̄ficiat. In illis diebus mori etiam phraates Parthorū Imperator / insidiis illi a phraate filio præparatis secundū hunc modū. Phraates impator postquā legitimos filios habuit / ascituit sibi italici generis cōcubinā / cui nomen erat Thermusa. A cæsare Iulio eū aliis muneribus hæc ei fuerat condonata / & primū quidē ea sicut dixi p̄ cōcubina utebatur. captus mira pulchritudine mulieris. Procedēte uero tpe filioque ea phraate suscepto cōiungē eā legitime designauit quā honorabiliter tractabat / oibus / & quicquid diceret ei obediebat. Itaque festinas ut Parthorū principatum filio suo cōtingeret / quod uidebat aliter fieri non posse / nisi exinde legitimos filios alii quibus argumētis excluderet / persuadet Imperatori ut illos Romā obsides destinaret. Proinde illi / non enī facile fuit Phraati / disponibus Thermusæ resistere / Romā a patre mittunt / & solus in regno phraatis filius enutrit. Sed postquā adoleuit graue reputas ac malitiosum / ut p̄ciparū patre tribuētē susciperet / insidias p̄parat patri / cooperante sibi et matre. Nam sermo quoque ferebat / quod ei cōcubitu misceret. Itaque pro uitore facinore genti factus est exosus / tñ parricidio quā amore matris nefando / seditionibus excitatis antequā amplior fieret / ex regni potestate depulsus emori. Cōcordantes itaque in unū Parthorū fortissimi cernentesque sine principe se non ualere consistere / cœperunt inspicere / quānam illis ex genere Artacidarum fieret imperator / nam aliunde fieri non licebat / unde quoque usque in hodiernum diem postulum / dicunt / & iniuriatum ex semine mulieris italicæ illud imperium. Herodem itaque per legatos asciscunt. Sed postquam iste quoque suscepit imperium / cœpit inuidiosus esse multitudini / atque suspectus propter immensam crudelitatem / erat quippe ita seuerus & omni / bus modis imitiss. Hanc ergo congregati simul extinguunt. Plerique autem dicebant quod eum in sacris / crefficiis inter altaria peremerunt / nā eis moris erat in diuinis celebrationibus cultos portare. Apud plurimos tamen opinio illa est quod dum uenatum pergat / occisus est. Legationem itaque Romam mittunt / unum ex obsidibus ad imperium postulantes / & mittitur illis Bonones / cæteris suis fratribus antelatus quod iudicabatur fortunam suam / potestatemque non insolentem aut nimiam tractaturus. Sed barbaræ multitudini celerim uersa conuersio suboritur. Siquidem sunt etiam natura mutabiles. Mansuetudinem itaque eius cœperunt contemnere / indignum putantes / ut seruo subiicerentur alieno. Nam obsidatum seruitutem esse desinebant / neque enim iure belli datum / sed quod peius mutabant in pace ad iniuriam suæ gentis & regni alienigenis esse contradictum. His ergo querelis gens inuetera commota / illum proturbat imperio / confestimque artabanum euocat Medorum regem Artacidarum genere descendente. Persuassus Artabanus uenit cum omni militia. Cui Bonones occurrit / & multitudine congregata Parthorum / cum eo bello congregitur. Artabanus autem uictus confugit / & ad montes Mediæ / & non post multum tps congregans etiā ipse magnas turmas exercitus cum Bonone cōnfligit / & uictus Bonones cum paucis ad Seleucia confugit cum equitatu Artabanus

Artabanus aut salum Parthorū exercitū insequens / magnā stragē operatus est. Tunc barbaris gradū metu cōpressus ad contextū fontē cum magna multitudine pergit. Illo itaque Parthis imperante Bonones in armeniam uenit / & primo quidem in illa regione cœpit imperare / deinde uero ad Romanos legationē mittit. Se Iubi Tyberius petitionem eius abnuū / ille itē ad parthos conuenit / & Bellū Artabano denunciat / quā quidem nulla illi recuperandi regni machinatio succurrebat. Cæterum Armeni qui circa Nisatē habitant / Artabano fuere sociati / a quibus detentus Bonones Syllano Syriæ rectori contradit. Ille aut ex uerecundia quomodo eū Romæ nouerat custodiuit / honorificeque tractauit / Armeniā aut Orodī Artabanus uni suorū filiorū tradidit. Et tēpestate mori etiam Cōmagenæ rex Antiochus / & plebs aduersus bonilitatē scindit / & mittit utraque pars legationē ad Romā / nobilitas quidem statū reipublicæ habitumque mutare desiderans / ut præsdali dispensatione regeret / multitudine uero regnū habere proprio more cupiebat. Senarus aut utraque legationē suscepta ex decreto Germanicum mittit / cuncta Syriæ forte negocia correctorū agente fortuna quo facilius interiret. Nam ueniens in partibus orientis / & in melius cuncta disponens / a Pisone ueneno perimitur / sicut iam in aliis indicatum est.

Qualiter Pontius Pilatus uoluit latenter intromittere in Hierosolymam statuas Cæsaris cognoscens autem populus seditionem aduersus illum commouit / donec illas ab Hierosolymis in Cæsariam transmitteret. Cap. VIII.

Pilatus aut Iudææ rector exercitū de Cæsarea secū assumēs / tendit ad Hierosolymam / ut leges solueret Iudæorū. Nā secū statuas Cæsaris / quæ insignis militibus inerat itromittit. Imagines aut ut aliquid huiusmodi facere lex nostra prohibet / & propter hoc ante illū oēs Iudææ rectores / sine signis ingrediebantur mœnia ciuitatis. Primus itaque Pilatus ignorantibus populis introgressus / signa quæ secū apportabat in ciuitate cōstituit. Illi uero mox ut eū cognouerunt / congregati ueniunt Cæsariē / diebus plurimis supplicantes / ut imagines de Hierosolymis auferent. Pilato uero abnuente quod iniuriā Cæsari facere si fieret estimabat / Iudæi nullo modo discedunt. Tūc ille occulte insidiis armatos milites collocat. Cūque p̄ tribunali sedisset / quod ei fuerat in studio / nā eū locū in insidiis quas præparauerat aptū esse p̄pserat. Iudæique iterū supplicatē / signo dato / milites processerunt / Iudæis undique circūdatis cœpit pilatus mortē cōminari / nisi quietiscent. At illi mortē se potius electores / quā cōstitutiones legis suæ trāsgressum iri firmabat. Tunc Pilatus ammirans fortitudinē Iudæorū / in cōseruandis legalibus cōstitutis cōfestim imagines de Hierosolymis auferri cœpit / Cæsariæque p̄dici. Voluit etiam ex opibus tēpli aqueductū p̄gtem in Hierosolymā fabricare / suscipiens initium torrens quod stadiorū duū milium intervallo distabat. Sed Iudæi non libeter accipiunt / & circa eos quod operabant multa milia hoium congregata / clamabant ut ab illo opere cessaret / Plerique etiam maledictionibus utebantur / contumelias quoque tactantes / sicut uulgaria multitudo. Ille uero milites a dorso Iudæos circumuenire præcipiens / iubebat ut decederent. Illis autē ad contumelias iniuriarūque cōuersis / dato signo militibus iussit ut Iudæos inuaderent. Milites porro ampliora quā iussu erant p̄perantes / multitudinē magna cæde prosternunt. Plures igitur ibi deficiunt / plerique aut fauciati discedant. Itaque hoc modo seditio illa terminatur.

DE IESV CHRISTO.

Cap. IX.

Vit aut his die tēporibus IESVS sapiens uir / si tñ uirū eū nosare fas est. Erat enī mirabiliū operū effector / & doctor omnium eorū hominū qui libenter audiunt quæ uera sunt. Et multos quidē Iudæorū / multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. CHRISTVS hic erat. Hunc accusatiōne primorū nostræ gentis uirorum / cum Pilatus in crucem agendum decreuisset non deseruerunt / hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die iterū uiuus secundū quod diuinitus inspirati / p̄pheta uel hæc / uel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerat. Sed & in hodiernū Christianorū qui ab ipso nūcupati sunt / & nomen perseuerat / & genus.

De facto quod contigit Romæ in templo Iſidis / & quæ Iudæis per illud tempus Romæ prouenerint / omnibus urbe expulsi per Tyberium / & de seductione Samaritici populi / uel oppressiōe eius Pontium pilatum. Cap. X.

Idem temporibus alia Iudæos seuiora perturbant. Nam etiam in templo Iſidis / quod Romæ fuerat constitutum / factum quoddam turpiditudo plenum obprobrioque contigit quod primum explanabo / tum demum ad illa quæ apud Iudæos euenerunt transibo. Paulina quædam mulier erat Romæ / maiorum dignitate præclara studio castitatis intacta / honestatis opinione perspicua. Erat etiam opum magnitudine / locuplex / & uultus pulchritudine decora atate autem quando maxime mulieres pudicitia decorantur. Hæc nupta erat Saturnino / etiam ipso genere / opibus / cæteroque cultu consimili. Huius itaque amore detinetur iuuenis quidam nomine Mundus / ex numero equestris / sed in gradu iam emerito constitutus / et dignitate magna sublimis / idoneus etiam ad munera largienda / sumptusque faciendos. Nam memoratæ quoque mulieri

Anania pontificis & alligantes eduxerunt e ciuitate. Deinde mittentes ad Ananiam dixerunt ita se se scribam remissuros ad eum / si albino suaderet. ut decem uiros quos ex eis ceperat & uinctos habebat absolueret. Ananias autem propter necessitatem Albino ut hæc faceret persuasit / quod opus maximatorum malorum fuit initium. Latrones namque semper moliebantur ut aliquos familiarium caperent Anania / quos non aliter nisi quosdam siccariorum reciperent / dimittebat. Cuius numerus corum iterum accreuisset / capta fiducia rursus prouincia affligebat. Hoc itaque tempore rex agrippa Philippi Caesarem amplius fabricatam / ad honorem Neronis Neroniada appellauit / & Berythi theatrum pecuniis multis instructum annalibus spectaculis condonauit / innumeras illic expensas efficiens. Fru menta namque populo copiosa / & oleum opulenter exhibuit. & omnem pariter ciuitatem statuarum pulchritudine / & antiquorum imaginibus exornauit / & poene omne decus regium ibi migravit. Quia propter crescebat aduersus eum odium subiectorum eo quod illorum pompam auferens / ornaret extraneam ciuitatem. Iesus autem Gamalielis filius a rege successionem pontificatus accepit / Iesu Danaei honore priuato / & propterea seditio inter alterutros orta est. Facientes enim collectionem prauorum hominum / frequenter usque ad lapides blasphemias precedentibus incideret. Ananus autem praecebat eos / quando diuitis suis paratos accipere pecunias redimebat. Castobarus enim & Saul maximam eum multitudinem congregabant / cum essent de genere regio / & propter Agrippa cognitionem populi fauorem habentem / uolenti scilicet iura & res infirmorum diripere praeparati. Ex quo praecipue contigit nostram ciuitatem languere magis / cum utriusque res eius ad peiora prouheretur.

Quia florus ueniens Albino successor / tantis malis Iudaeos affecit / ut eos ad arma contra Romanos uenire compelleret.

Cap. XXII.
Lbinius itaque cum audisset sibi successorem Gessium Florum fuisse directum / uolens aliquid Hierosolymitis praestare / producus uinctos qui erant indubitanter morte digni eos praecipit occidi. Alios autem qui ex parua quærela tenebantur in carcere / pecuniis sumptis abire praecipit / & ita gestus est ut carcer quidem purgaretur a noxiis / sed prouincia latronibus impleteretur. Interea ex tribu Leui quicumque erant hymnorum dictores / persuaserunt regi ut facto concilio eis concederet quatenus stola linea proxime sacerdotibus uterentur eius regnum docere diuocentes / ut memoria de nouitate introducta praecipere. Quod petentes impetrauerunt. Rex etenim cum uoluerat uterentur. Omnia contraria paternis legibus agebant quibus spiritus non poterat poenae non solui. Igitur cum iam tunc etiam templi uideretur esse perfectum / & ciues conspicerent / artifices ultra decem & octo milia uacantes operibus & labore indigentes unde mercede acciperent / quibus scilicet ex opere templi alimenta ministrabantur pecunia quae repositas propter timorem Romanorum habere non ualere / tunc habito consilio / ut cura haberetur artificum / & eis potius liceret expendi thesauros / quando si una hora quilibet operaretur / mercede acciperet / regi persuaserunt / ut orientalem porticum altius eleuaret. Erat autem hæc porticus in exteriori templo posita in conuale profunda quadringerentorum cubitorum parietes habentes / ex lapide quadrato alboque constructis. Singulorum enim lapidum erat longitudo cubitorum uiginti / altitudo uero sex / opus Salomonis regis / qui primitus templum omne construxit. Rex autem dum ei a Claudio templi fuisset cura commissa / iudicans / quia omnis operis destructio quidem esset facilis instructio uero difficilis / & praecipue ad hanc porticum & tpe & copiosis pecuniis opus esset / hoc inde supplicanti bus fieri denegauit ciuitate uero sterni albo lapide non prohibuit. Iesu autem filio Gamalielis pontificatum priuato dedit hunc honorem Mathæ Theophili / sub cuius pontificatu / & bellum Romanorum contra Iudaeos sumpsit initium. Necessarium inter hæc credo & historiae sententiæ conueniens / narrare de pontificibus quomodo inchoauerunt / & quibus fungi hoc honore permissum est / & quanti fuerunt usque ad belli finem. Primum itaque omnium dicitur Aaron fratrem Moyses pontificatum sumpsisse diuinitus / quo moriente successisse mox filios / & ab aliis eorum denuo liberis honorem unius distributum. Unde legitimum est nullum posse pontificatum percipere nisi de sanguine fuerit Aaron / ex alio namque genere neque si in regno constitutus sit / pontificatum potest adipisci. Fuerunt itaque omnes ab Aaron sicut diximus primo usque ad Finalem qui belli tempore per discordiam pontifex ordinatus est numero. lxxiiij. Ex quibus in deserto temporibus Moyses consistente tabernaculo quod Moyses deo dicitur / usque dum ad iudaeam populus aduenisset / ubi Salomon rex aedificauit templum / pontificatum habuerunt uiri numero. xliij. Primi namque donec uitam finirent morte / habebant inderumpibiliter hunc honorem / postea uero etiam uiuentibus successio praebatur. Sed hi quidem. xliij. Aron existentes ex genere / per successionem sumebant honorem. Fuit autem heræbrarum respublica primo quidem sub populi potestate / post hoc autem sub unius principatu sit / terro uero sub regibus. Tempus ergo quo isti. xliij. habere principatum a die qua aegyptum patres nostri Moysæ duce reliquerunt / usque ad aedificationem templi quod Salomon rex Hierosolymorum in urbe construxit / fuit annorum. xliij. & sexcentorum. Post illos itaque. xliij. pontifices. decem & octo alii hanc

tenere

tenere potestatem / a Salomonis regis temporibus Hierosolymis sibi met succedentes / usque ad aduentum Nabuchodonosor Babyloniorum regis / qui castrametatus est aduersus urbem templum quidem concremauit / gentem uero nostram in Babylonia migravit / & pontificem Iosedech captiuum duxit. Tempus enim pontificatus horum quadringerentorum. lxxvi. fuit annorum / mensium sex / dierum. xx. cum utriusque iudaei sub regibus essent constituti. Post tempus autem annorum. lxx. captiuitatis gesta per Babylonios Cyrus Persarum rex dimisit ex Babylonia iudaeos ad propria remeare terra / atque concessit templum aedificare captiuis. His itaque remeantibus Sison pontificatus sumpsit / & ex eius genere alii. xv. usque ad tempus regis Antiochi / qui uocabatur Eupator hunc habuere praesulatum. Conuersabantur autem populari potestate annis quadringentis. xliij. primusque Antiochus quæ praediximus / & princeps eius militia Lyfias. Omnia cui erat Menelaus cognomen pontificatu deposuerunt perimentes eum in Beroea / & constituerunt pontificem Ioaachim ex genere quidem aaron non autem ex ista domo. Propterea autem & Onias defuncti fratruelis & nomen referens patris ueniens in aegyptum Ptolomei philometoris amicus & Cleopatra eius uxoris suauis eis ut secundum Heliopoliticam legem deo constitueret templum Hierosolymitano simile / & eum pontificem ordinaret. Sed de templo apud aegyptum aedificato / saepius declarauimus. Ioaachim uero cum tribus annis habuisset pontificatum defunctus est cui nemo successit / sed per annos septem ciuitas fuit sine pontifice. Igitur ionathas frater iudae Machabae ipso tempore suscepit pontificatum quæ tenebat quattuor annis. Quo per insidias moriente dolo Tryphonis / sicut superius iam quodam loco narrauimus / accepit hunc honorem Symon germanus eius. Huic per dolum quoque generi in conuiuio morienti / filius successit Hyrcanus / cui cum tenuisset pontificatum annis. xxxi. in senectute moritur cum & pontificatum tenuisset / & regnum. Quo defuncto / aristobulus eius maior filius ei successit / quæ primus sibi diademam imposuit / ac post annum moritur. Cuius uxor alexandra fratrem eius alexandrum constituit in regno. Alexander autem cum & regnasset / & sacerdotium tenuisset annis. xvii. uita priuatus est alexandra coniugi praecipiens / ut ipsa pontificem ordinaret. Quæ pontificatum quidem Hyrcano suo filio dedit / regnum uero ipsa retinens annis. lx. defuncta est. Cuius filius Hyrcanus per tempus pontificatum obtinuit. Post mortem namque alexandrae / dimicauit aduersus eum frater eius aristobulus / & dum uicisset illum quidem pontificatum remouit / ipse uero & regnum tenuit / & dei pontifex fuit. Huius anno tertio regni / mense similiter tertio ueniens Pompeius / & Hierosolymitarum ciuitatem forti dimicatione deuincens / ipsum quidem Romam cum filiis uinctum misit. Hyrcanum uero denuo in pontificatum restituit / quæ gentis quidem praesulatum habere permisit / diademate uero uti prohibuit. Habuit autem Hyrcanus hæc potestatem super nouem priores alios annos quadringerentos. Barzabanes autem & Pacorus Parthiae potentes / transuentes Eufratem / & pugnantes aduersus Hyrcanum / ipsum quidem ceperrunt / aristobulum uero filium antigonum constituere regem. Qui dum tribus annis & mensibus totidem tenuisset regnum. Sosius & Herodes obsederunt eum / captumque transmiserunt antonio. Antonius uero defunctum antiochia trucidauit. Herodes uero commisso regno sibi met a Romanis nequaquam constituit / ex genere asamonei pontifices / sed quibusdam ignobilibus / qui solummodo de sacerdotibus essent praeter aristobulum tributum hunc honorem. Aristobulum namque filium Hyrcani qui a Parthis captus fuerat / pontificem constituens / sortem eius Mariannem duxit uxorem. Ob quam rem fauorem populi sibi met collocauit / propter Hyrcani memoriam. Deinde metuens ne cuncti ab aristobulum declinarent eum in Hierico suffocari dolo machinatus est cum nataret / sicut iam declarauimus. Post hæc autem nequaquam alicui ex genere asamonei pontificatus tribuit potestatem. Similia quoque gessit in constitutione sacerdotum archelaus Herodis filius / pariter & Romani postea super iudaeos obtinere imperium. Sunt ergo uiri qui ab Herodis temporibus pontificatum habuerunt usque ad diem qua Titus templum & ciuitatem capiens concremauit / cuncti simul uiginti nouem. Tempus autem horum / anni sunt centum & septem. Quorum quidam conuersati sunt / sub Herodis regno / & filii eius archelai. Post horum uero mortem / populi quidem potestate cuncta gerebantur / praesulatum tamen gentis pontifices obtinebant. Hæc ergo de pontificibus dicta sufficiant. Gessus itaque Florus missus a Nerone successor albino / plurimis malis iudaeos attriuit. Erat namque genere Dazonius / habuit autem uxorem nomine Cleopatram / quæ dum esset amica pompeiae Neronis uxoris / & malignitate marito non minor / per eam uir eius infusus huius dignitatis adeptus est. Sicut autem Florus circa potestatem malignus fuit & uiolentus / ut praemagnitudine malorum eius / albinum quasi beneficii largitorem iudaei laudarent. Ille namque malignitatem celabat / & ne penitus depræhenderetur a turba quodammodo praeuidebat. Gessus autem Florus quasi ad doctandam nequitiam missus iniquitates suas in gentem nostram aperta malignitate pompabat / neque directioni parcens / neque modum iniusti supplicii derelinquens. Erat enim inflexibilis / ad miserandum / & omnibus lucris auarus qui etiam in latronum direptione communicabat. Sine timore namque multi ad hoc accedebant cum illius permissione / ut de sua salute minime cogitarent. Quod opus non erat mediocriter condolendum. Quapropter infelices

Y

iudæi cū non ualere uastationes sustinere latronū cogebantur a propriis solennitatibus recedentes cuncti diffugere ut melius ubicunq; liceret apud alienigenas habitare. Florus igitur fuit q nos cōtra Romanos bellū fecit assamere melius iudicans citius quā paulatim. & per tempora nos perire. In initium quippe sumpsit hoc prælium secundo quidē anno amministrationis florī. xii. aū neronis impērii. Sed ea quidē quæcunq; aut facere coacti sumus aut pati perfecte scire poterunt qui legere uoluerint libros a me de iudaica demicatione conscriptos. Hic igitur ponā terminū antiquitatis Historiæ postquā etiam bellū cepti conscribere. Cōtinet aut hoc opus a primā hominis natiuitate traditiōem usq; ad decimū annum Neronis imperii. Ea siquidē quæ nobis iudæis prouenerunt in ægypto & syria. Palæstina & quæcunq; perpepsi sumus ab assyriis & Babylonis uel circa nos Persæ seu macedones egerunt & post eos Romani sicuti reor sunt cū integritate cōposita. Nisus sum aut etiam deseriptione conscribere qui per annos duo milia constituti sunt. Conscripsi etiam sine errore successiones regū actus eorū & conuersationes enuncians & Monarcharū potestates enarrans sicut ex sacris libris de rebus omnibus descriptio cōtinetur. Hoc enim in principio historiæ me facere compomisi. Dico siquidem cū fiducia opere iam perfecto quia nullus alter licet uoluntatē habuerit neq; iudæus neq; alienigena potuit hoc negociū Græcis ita subtiliter explanare. Habens enim indubitanter a cōgentilibus meis maximā eruditionē nostræ prouinciæ etiā græcas studii litteras adipisci. Artis nāq; grammaticæ experimentū sumpsit integritatē uero prolationis uerborū possidere me paternā consuetudo prohibuit quippe cū apud nos non recipiant eos qui elocutionem uulgarū gentiū didicisse noscuntur eo q; cōmune patrem hoc officii non liberis tantummodo sed etiā uolentibus seruis. Sapiētiā uero illos testantur habere tantummodo qui leges sub integritate cognoscunt & uirtutē sacrarum litterarū interpretari possunt. Propterea multis in hoc studio laborantibus uix duo quidē aut tres adepti & laborū fructū repente potiti sunt. Non erit forsan inuidiosum etiā de genere meo & uitæ actibus postea breuiter enarrare. In his ergo dicere ulterius de antiquitate cesarū libris existētibz xx. habentibus uero sexaginta milia uersuum. Et si diuinitas cōcesserit per discursum cōmemorabor rursus & causas belli & eorū quæ ad præsentē pertinent diē quæ est teridecimi quidē anni Domitiani cæsaris principatus mihi aut a natiuitate quinquagesimi & sexti. Proposui quoq; uobis cōscribere nostras etiā. i. iudæorū sectas. in. iiii. libris. de deo eiusq; substantia & de legibus & cur secūdū eas aliud facere permittitur. aliud prohibetur.

De antiquitatibus Iudæorum. Finis.

Josephi Mathathæi filii Hebræi genere sacerdotis ex Hierosolymis
de antiquitate Iudæorum contra appionem Grammatici
cum alexandrinum. Cap. I.



Vfficienter ut arbitror & p libros antiquitatū opulētissime uirorū Epaphrodite legitibus eos aperui de nostro genere iudæorū quia & uetustissimū est & primā conscientia propriā habuit quinq; milia enim annorū numerū historiā cōtinentē ex nostris sacris libris græco sermone conscripti. Quoniam uero multos uideo respicientes blasphemiam quorundā insane prolaram & ea quæ a me de antiquitate conscripta sunt non credentes perantem mendacium nostrū sit genus eo quod nulla memoria apud Græcorū nobiles Historiographos digni sunt habiti nostri maiores. Pro oibus his arbitratus sum oportere me breuiter hæc dicta cōscribere & derogantiū quidē uasānū spōtantiūq; increpare mendaciū aliorū uero ignorantia pariter emendare/uniuersosq; de nostra antiquitate qui scilicet ueritatē amplectantē edocere. Vtar aut in meis dictis testibus eis qui de omni antiquitate apud Græcos fidedigni sunt iudicandi eos aut q; blasphemie de nobis atq; fallaciter cōscribere aliqua per semetipsos conuicta indubitanter ostendā. Conabor etiā causas exponere ppter quas nō multi in Græcis historiis gentis nostræ fecere memoriā necnon & eos quidē nobis nequaquā scribere uoluerunt nescientibus aut nescire simulatibus indicabo. Primitus itaq; satis admiror eos qui existimant oportere de rebus antiquis Græcis tantummodo fidem habere & ab eis consulendam esse ueritatis integritatem. Nobis autem & aliis hominibus non esse credendum. Sed ego omnia in his contraria uideo contigisse. Quapropter decet non uarias opiniones inspicere sed ex ipsis rebus iusticiam ponderare. Omnia siquidem Græcorum noua & heri ut ita dicam nuper facta cognoui. Et hæc fabricas ciuitatum & adinventiones artium conscriptionesque legum cunctarumq; rerum iunior abud eos est historiæ diligenētia conscribenda. Apud ægyptios autem atque Chaldæos

Chaldæos & Phœnicas/desino enim nos illi connumerare sicut ipsi fatentur res gesta antiquissima & pmanētē habent memoriā traditionē. Nā & locis omnes inhabitat quæ nequaquā aeris corruptio/ni subiaceant. Et multā prouidentia habuere ut nihil horū quæ apud eos agunt sine memoria liquerent/ sed in publicis cōscriptionibus semp a uiris sapientissimis dicerent. Græcorū uero regionē innumerat corruptiones inuasere/ rerū memoriā delentes. Qui aut nouas constituentes cōuersationes omnī se præesse crediderit. Sciat quia etiā sero & uix naturā potuere agnoscere litterarū. Nā antiq; simū earum usum habuisse credunt a phœnicibus & a Cadmo se didicisse gloriant. Sed neq; illo tēpore poterit aliquis demonstrare seruata cōscriptionē neq; in tēplis neq; in publicis anathematibus/ quando etiā de Troianis rebus ubi tot annis militatū est. Postea multa quæstio atq; contentio facta est/ utrū litteris usi sunt. Et magis ueritas obtinuit eo q; usus modernarū litterarū illis fuisse incognitus. Constat autem quoniā apud Græcos nulla inuenit absolute conscriptio poemate Homeri uocisq; or. Et hunc etiā post bella Troiana fuisse manifestū est. Et ante neq; hūc litteris suum poema reliquisse sed cantibus memoria reseruauit/ postea fuisse compositū & propterea multā in eo conspexi dissimilitudinē. Qui autem historias apud eos conscribere tentauerit. i. hi qui circa Cadmum Millestū & acusilium argium & post hunc quicunq; alii fuisse referunt. Paululū tempus persicā apud Hellenicum militia præcessere. Sed eos etiā qui de celestibus & diuinis primitus apud Græcos philosophari/ deest Pherecidē Syri & Pythagorā & Thaletem omnes concorditer confitentur/ ægyptiorū & Chaldæorū fuisse discipulos/ & breuiter conscripsisse quæ a Græcis omnium antiquissima iudicantur/ ita uix ea credant ab illis fuisse cōscripta. Quomodo ergo nō est irrationabile/ ut tali factu uegetent Græci tanquā soli sciant uetera/ & ueritatē eorū sub scrupulositate de antiquis non ab ipsis cōscriptoribus facillime discat/ quæ neq; firmiter scientes aliquid cōscribere/ sed q; unusquisq; opinatus est hoc studium uel explanare. Vnde etiā libris suis alterutros arguunt/ & ualde contraria ex rebus eis nō piget edicere. Sed ego uidebor nē potioribus esse superfluis si explanare uoluerō/ quantis quidē locis Hellenicis ab acusilao de genealogiis discrepat/ & in quantis Herodotū corrigi acusilais. Aut quomodo Ephorus quidē Hellenicum in plurimis ostendit esse mendacem. Ephorus uero Timæus/ Timæum qui post illum fuit. Herodotum uero cuncti/ sed neq; de fugiulis cum antiocho & Philisto aut Callia Timens concordare dignatus est. Neq; rursus de atticis hi qui attidas conscripserunt/ aut de argolicis/ qui de argis historiā protulerunt/ alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus breuibz/ rebus/ quando de militia Persica & his quæ in ea sunt gesta/ tantū uiri probatissimi discordasse noscunt. In multis autē etiā Thucydides tanquā fallax accusat/ licet scrupulosissima secundū se historiā conscripsisse uideatur. Causæ uero huius dissonantiæ multæ forsan & aliæ quare re uolentibus apparebunt. Ego uero duabus quas dicturus sum maximā huius summam diuersitatis ascribo. Et quidē primū dico eam quæ mihi prior esse uidetur. Id est eo quod ab initio non fuerit studiū apud Græcos publicas de his quæ semp agunt proferre conscriptiones. Hoc etenim præcipue & errorem & potestatem mentiendi posteris uetus aliquid uolentibus scriptitare concessit. Non enim solummodo apud alios Græcos publica cōscriptio est neglecta. Sed neq; apud ipsos athenienses quos terrigenas esse dicunt/ disciplinæq; cultores aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarū litterarū antiquissimas esse dicunt leges/ quæ a Dracone eis ex Phœnicibus sunt conscriptæ ante modicū tempus tyrannidis Pisistrati. De arcadibus aut in antiquitate gloriantibus qd oportet dici/ Vix. n. isti & postea litteris eruditi sunt. Cū ergo conscriptio nulla præponeretur q; & discere uolentibus edoceret/ & mētientes argueret/ multa inter alterutros conscriptores discordia generata est. Quoniā qui ad scribendū se præparabant non studiū ueritatis exhibuerūt. Licet hæc pmissio semp habent in promptu/ sed uerborū magis habere plationē maximā. Et quemadmodū laudari se in hoc super alios essi marent/ ad hoc potius semetipsos aptabant. Aliqui uero ad fabulas sunt conuersi. Aliq; autem ad gratiam aut ciuitate laudantes/ aut reges. Alii semetipsos ad accusandas causas aut conscriptores tradiderunt. In hoc se forte probabiles astimantes & omnino hoc agentes quod historiæ nimis aduersum est. Veræ siquidem historiæ iudicium eum/ si eisdem rebus omnes eadem dicant atq; conscribant. Hi uero cum quedam aliter conscriberent quā alii tunc se putabant omnium ueritiores ostendi. Quia propter causas quidem uerborum & calliditatis eorum cedere nos Græcis oportet. Non autem de antiqua historiæ ueritate & maxime de rebus propriæ uniuersiq; prouinciæ. Quoniam uero ægyptios & Babylonios ex longissimis olim tēporibus circa cōscriptiones diligentiā fuit/ quando sacerdotibus erat iniunctum & circa eas ipsi philosophabantur. Chaldæi uero apud Babylonios/ & quia præcipue Græcis immixti usi sunt phœnicis litteris circa dispensationes uitæ/ & cōmune operum traditionem. Dum consentiant omnes tacendum hoc puto. De nostris uero progenitoribus quia eandem quam prædicti habuerunt in conscriptionibus sollicitudinem desino dicere/ etiam potiorē pontificibus & prophetis hoc ioperantes. Et quæ usq; ad nostra tempora cum multa integritate seruata est

si oportet audentius etiā seruari. Conabor breuiter edocere non enim solūmodo ab initio probatissimos uiros & inde placatione preparatos ad hæc exercenda constituerunt. Sed quatenus etiā genitus sacerdotū sine permixtione purumq; consisteret prouiderūt. Oportet etiā eū qui sacerdotiū habiturus est ex eiusdē gentis nasci muliere. & neq; ad pecunias & neq; ad honores inspicere. Et de hoc p̄ antiquā lineā & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus non solū in ipsa iudæa sed ubiq; nostri generis cōstitutio reperitur. etiā ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotū hoc est in ægypto & Babylonia & quocunq; terrarū orbe quilibet de sacerdotū genere sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymā conferribentes a patre nomen nuptæ & antiquorū progenitorum quicunq; huius rei testimonia præbuerit. Si autē bella proueniant sicut iam crebro factū est. Dum antiochus Epiphanies ad nostrā uenisset regionē & Pompeius Magnus & Quintilius Varus & præcipue ipsius gesta temporibus tunc hi qui de sacerdotibus super sunt. ex antiquis litteris iterū noua conficiunt & probant mulieres quæ relinquuntur. Non enim ad captiuas accedunt alienigenarū consortia formidantes. Indiciū uero integritatis hoc maximū est quia pontifices apud nos a duobus milibus annis denominati filii a patre conscripti sunt. His autē qui prædicti sunt si quid præuenerint interdicitur ne uel ad altare accedant. uel alia sanctificatione fungantur. Recte siquidē potius autē necessarīe eū neq; conscribendi potestas omnibus data neq; alia sit in discretiōe discordia. Sed solūmodo prophetis antiquissima quidē & ueterima secundū inspirationē factā a deo cognoscentibus. Alia uero secūdū se sicuti sunt facti palā conferribentibus infiniti libri non sunt apud nos discordantes & sibimet repugnantes sed solūmodo duo &.xx. libros habentes temporis totius conscriptionē quoru iuste si uides admittitur. Horū ergo quinq; quidē sunt Moyses qui natiuitates continent & humana generatōnis traditionē habent usq; ad eius mortē. Hoc tēpus de tribus milibus annis paululū minus est. A morte uero Moyses usq; ad artaxerxem persarū regem qui fuit post Xerxem propheta post Moysen & quæ secundū eos sunt gesta conscripserunt in. xiii. libris. Reliqui uero. iiii. hymnos in deū & uitæ humanae noscuntur pignora continere. Ab artaxerxe uero usq; ad nostrū tempus singula qdem conscripta nō tamen priori simili fide sunt habita eo quod non fuerit certa successio prophetarū. Palam namq; est ipsius operibus quemadmodū nos propriis litteris credimus. tanto namq; sæculo iā præterito neq; addicere quicquā aliquis nec auferre nec transformare præsumpsit. Omnibus enī insertū est mox & prima generatione iudæis hæc diuina dogmata nominare & in his utiq; permanere. Et p̄p̄terea si oporteat mori libenter. Iam itaq; multi captiuorū frequenter tormentis affecti sunt. & mores uarias in theatris sustinuerunt. ne ullam uerbū contra leges admitterent aut conscriptiones habitas uiolarent. Qui græcorū aliquid tale perpeffus est. quando neq; fortuitū sustinere læsionem uolunt. li et omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hæc esse putant secundū conferribentū uoluntates exposita. Et hoc iuste etiā de antiquis sapiunt quoniā aliquos nunc quoq; uident præsumentes de his rebus conscribere quibus neq; ipsi interfuere. neq; credere scientibus acquiescunt. Deniq; de bello quod apud nos contigit nuper quidam historias conscribentes ediderunt. Dū neq; ad ea loca uenerint. neq; in proximo rerum gestarū fuerint. Sed ex auditu quædam pauca componentes impudēter semetipsos uidentur historiae nomine iactitare. Ego uero & ex omni bello & quæ ibi particulariter gesta sunt uerā descriptionē feci. dō ipse rebus omnibus interfuerim. Dux etenim apud nos Galæorum eram. donec fuit defendendi facultas. Contigit autem ut caperer a romanis. & habentes me Vespasianus & Titus in custodia uniuersa semper inspicere faciebant primo quidem uinctus. postea uero solutus cum Tito ab alexandria propter obfessionem Hierosolymorū directus sum. eo tempore nihil est gestum q; meam potuisset latere noticiam. Nam uidentes Romanorum exercitū uniuersa sub diligentia describebam. Et ea quæ nunciabantur ab his qui semeripfos tradebant. ego solus in regrius intelligens disponebam. Deinde Romæ tempus uacationis habens. omni iam negotio præparato usus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam græcam rerum eruditionem exhibui. Tātaq; mihi securitas affuit ueritatis ut primos omnium imperatores belli. Vespasianus & Titus testes non exposcerem. Primum namq; illis obtuli libros. & post illos multis quidem Romanoque qui bellis interfuere. plurimisque uero nostrorum eos etiam uenundauit. qui græca sapientia uidebantur imbuti quoq; est Iulius archelaus. Herodes honestissimus & ipse admirabilis rex agrippa. Isti siquidem uniuersi testimonium perhibuere quia ueritatem diligens excolui. non reprimens forsitan aut tacens. siquid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutauit. aut prætermisi. Quidam uero prauis homines derogare meæ historiæ sunt conati tanquā in scholis adolescentibus propositum exercentes & accusationis inspiratæ atq; detractionis faciētes opus. cū oporteat illud sciri. quia quod cōuenit promittentē aliis rerū ueraciū traditionē. Ipsum prius hac nosse certissime. aut rebus gestis adherēdo. aut ab scitibus cōsulendo. Quod ego præcipue circa utrumque me credo fecisse negotium. Antiquitatis namq; libros sicuti dixi ex uoluminibus sacris interperatatus sum. cū essem genere factus &

dos & participarem illarum sapientiam litterarū. Historiam uero belli conscripsi multarum quidem actionum ipse operator. plurimorū uero inspector. existens & omnino eorū quæ dicta uel gesta sunt nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos qui aduersam me nituntur de ueritate contendere. Qui licet imperatorum cōmenta legisse dicantur. non tamen nostrorū repugnātiū rebus interfuere. De rebus itaq; necessariā feci descriptionē significare uolens facultatem eorū qui historiā scribere conpromittunt. Et sufficienter sicuti reor palam faciunt quia conscripto rerum apud Barbaros potius solēniū q; apud Græcos est. Volo paululū primitus disputare aduersus eos q; contendunt nouellā esse nostrā conuersationem eo q; nihil de nobis ut aiunt illi dictū sit a conscripto ribus græcis. Deinde testimonia antiquitatis ex aliorū litteris exhibebo. & eos qui nostro blasphemac generi. ualde ipsi ratione blasphemac monstrabo. Nos igitur neq; regionem maritimā habitamus. neq; mercimoniis congaudemus neq; per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed quidem nostræ ciuitates paula paula mari positæ regionēq; uberimā possidentes. In ea assidue laboramus præcipue circa filiorū nutrimenta studēs legumq; custodiā & traditionē pietatis totius opus uitæ necessariū iudicamus. Cū ad sit igitur hic quæ prædicta sunt conuersationi nostræ etiā uita remotior. Nihil fuit in antiquis temporibus quod faceret nobis permixtionem græcorū sicut ægyptiis mercimonia quæ ab eis reiciuntur & ad eos rursus introducuntur. Et iterū habitatoribus Phœnicie maritimæ studentibus circa cōtractas atq; negocia a more pecuniæ requisita. Sed neq; latrocinia sicut quidā alii uacua re. aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella cōuersi sunt licet regio nostra multa milia uiroꝝ fortū possideret. Phœnices ergo propter negocia ad Græcorū prouinciā nauigantes repente sunt agniti & per illos ægypti & omnes a quibus ad Græcos honorē duehebant imensa maria proficiscentes. Medi uero postea atq; Persæ palam in alia regnauerunt & usq; ad alterā epirū Persæ militauerunt. Thracæ autē propter uicinītatē & Scythiā ab his qui pontū nauigant cogniti sunt. & omnino uniuersa iuxta mare. uel orientale uel hesperium habitantes aliquid conscribere uolentibus cogniti facti sunt. Qui uero superius habitabāt & procul a mari multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiā circa Europam contigisse. quando de Romanorū ciuitate tam longo tēpore adepta potestate tantaq; causis belli conficiente. Neq; Herodotus neq; Thucydides nec ullus q; fuit cū istis fecit aliquam mentionē. Sed sero tandem & uix ad græcos potuit eorum fama peruenire. De Galathis enim & Iberiis sic ignorauere hi qui putantur subtilissimi conscriptores. quorū est Ephorus. ut unā ciuitatem esse arbitrarētur Hiberas. Qui tantā partem Hespericæ terræ noscunt inhabitare. Et neq; mores eorū qui sunt apud eos uel qui dicuntur tanquam sic utentibus referre præsumunt. Causa uero ignorantie ueritatis est. eo q; procul abessent. Vt autē falsa conscriberent. eoq; uellent uideri aliqui amplius ab aliis retulisse. Quomodo ergo mirari decet si neq; nostra gens plurimis erat certa neq; ad scribendū de se aliqua dedit occasiōē. & ita cōstruta procul a mari & ita conuersi de liberans. Pone igitur nos argumēto uti uelle græcorū. quia nō est genus eorū antiquū eo q; neq; in nostris uoluminibus de eis sit aliquid dictū. Nonne omnino deridebant causas huiusmodi a me probatas & testes uicinæ regionis adducūt antiquitatis suæ. Igitur ego hoc conabor efficere. Aegyptiis & Phœnicibus præcipue testibus utar. cū nullus eorū potuerit tanquā falsum accusare testimonium. Et uidentur maxime circa nos inimici in cōmuni quidem omnes ægypti & Phœnicum uero Tirii. De Chaldæis autē nequaquā hoc dicere potero. quoniā & generis nostri principes constituti sunt. & propter cognationē in conscriptionibus suis meminere iudæorū. Cū uero fide de his præbuerit & blasphemias falsas ostendero. tunc etiā Græcorū conscriptores memorabo. qui iudæorū fecere memoriā ut neq; huiusmodi occasio relinquatur in iudæis nobis faciende cōtentionis. Inchoabo autē primitus a litteris ægyptiorum quas non arbitratur commendare quæ nostra sunt. Manethon itaq; genere uir ægyptiorū græca disciplina participatus sicuti palā est. scriptis enim uoce helladica paternæ religionis historiā ex sacris sicut ait ipse interpretatus libris frequenter arguit Herodotū in ægyptiacis ignorantie mentitū. Ipse qdē Manethon in secundo ægyptiacorū hæc de nobis scripsit. Ponā uero etiā sermonū eius tāquā testimoniū iure prolatū honorabile nomē sub hoc. nescio quomodo deus inspirauit. & præter spem ex partibus orientalibus homines genere ignobiles adepta fiducia in paucis castra metati sunt. Et facile ac sine bello eam potenterq; cœperunt. & principes eius alligates de cætero ciuitates crudeliter incendere. & deorū templa uertere. Circa omnes uero puincipales inimicissime usi sunt alios quidem perimentes. aliorū uero & filios & coniuges ad seruitia redigentes. nouissime uero & unū regē ex se fecere. cui nomen erat Sualitis hic in mensidem ueniens superiorem. inferioremq; puincipiam diuidens castra in opportunis relinquens locis. Maxime etiā partes muniuit orientales prospiciens. quoniā Assyrii aliquando plus ualētes erant desideraturi regnū eū inuadere. Inuenies autem in Nomo. io luati ciuitatē opportunissimā positam quidem ad orientem Bulaistitis flus

miniq; appellabat a quadam antiqua theologia Euaris. Hanc fabricatus est & muris maximis comu-
nuit, collocans ibi multitudinem armorum usq; ad ducenta quadraginta milia uirorum ea custodiendum.
Hic autem messis tempore ueniens in ta ut frumenta meteret & mercedem exoluere, quam ut armatos p-
terrore extraneorum diligenter excitaret. Qui cum regnasset decem nouem annis uita priuatus est. Post hunc
autem regnauit alter quattuor & xl. annis Beon nomine. Post quem alter apachas sex & xxx. annis & me-
sibus septem. Deinde & apolis unum & sexaginta & Samnas quinquaginta & mense uno. Post autem
omnes afose noue & xl. & mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi reges debellantes
semper & maxime aegypti radicem amputare cupientes. Vocatur autem omne genus eorum Sefos hoc
est reges pastores secundum sed enim sacrarum linguarum regem significat. Sose uero pastorem sine pastores
secundum sermonem communis eloquii & tantum compositum inueniunt. Hycos qdam uero dicunt eos ara-
bas esse. In aliis autem exemplaribus non reges significari comperit per appellationem Hyc sed e diuerso ca-
pitulos declarari neq; pastores. Hyc enim rursus aegyptiaca lingua & hac quando pinguis non pferetur
captiuos apertos significat & hoc potius uerisimile mihi uidetur. & historica antiqua conueniens. Hos
ergo quos praediximus reges & eos qui pastores uocabatur & qui ex eis fuere obtinuisse aegyptum
aut annis undecim & quingentis. Post haec autem regum thebaidis & alterius aegypti factam dicit super
pastores inuasionem & bellum maximam & longuam eis illatam. Sub rege uero cui nomen erat alif-
fragmotos uictos dicit pastores & altera quidem uniuersam aegyptum perdidisse. Inclusos autem in lo-
cum habentem mensuram terrae uel unam undecim milium. Cui loco nomen est auarim. Hunc Manethon
dicit omnem maximo muro atq; robustissimo circumdeditisse pastores quatenus & omnem possessio-
nem munitam haberent simul & praedam suam. Filium uero alifragmotos eos thumnosim dicit. Co-
natum quidem eos per obfessionem capere & fortiter cum quadringentis. lxx. milibus armorum eo-
rum muris excubasse. Cum uero obfessionem desperasset pacta cum eis fecisse ut aegyptum relinqueres
quo uellent innoxii omnes abirent. Illos uero his promissionibus impetratis cum omni domo & pos-
sessionibus non minus ducenta. xl. milia numero ex aegypto per desertum in Syria iter egisse & metue-
res alyriorum potentiam tunc enim illi agram obtinebant in terra quae nunc iudaea uocatur ciuitatem
aedificasse quae tantis milibus hominum sufficere potuisset eamq; Hierosolymam uocasse. In alio uero
quodam libro aegyptiacorum Manetho hanc ipsam gentem id est qui uocabantur pastores in sacris suo-
rum libris captiuos ascriptos rectissime dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat &
pascualem habentes uitam uocabantur ita pastores. Sed & captiuum non irrationabiliter ab aegyptiis
sunt quoniam progenitor noster Ioseph dixit ad regem aegyptiorum se esse captiuum & fratres in aegy-
ptum posteros euocauit rege praecipiente. Sed de his quidem in aliis examinatione subtilius facie-
mus. Nunc autem huius antiquitatis producta testes aegyptios rursusq; quomodo se habeat uerba Ma-
nehonis circa ordinem temporum aperte describam. sic enim ait. Postquam egressus est ex aegypto popu-
lus pastorum ad hierosolymam expulso eorum rex Themosis regnauit post haec annis. xxv. & mensi-
bus. iiii. & defunctus est. Assumpsit regnum filius Chrebron annis. xiii. huius autem amenosis annis. xxi.
& mensibus. ix. Misiris autem. xii. & mensibus nouem. Misranthus. xxv. & mensibus decem. Et mu-
sis autem noue & mensibus octo. Amenosis uero. xxx. & mensibus. x. Orus uero. xxx. sex & mensibus gn-
q;. huius autem filia acenchie. xii. & mense uno. Rathotis uero frater noue. acencheridis autem duodecim
menses. iiii. Armes uero. iiii. & mense uno. Armesis autem unum & mensis. iiii. Armesismanus uero sex &
ginta sex & mensis. ii. Amenosis. xix. & mensis sex. Sedhosis autem equestrem & nauale uirtutem ha-
bens fratrem quidem armen procuratorem aegypti constituit & omnem alia regalē contulit potestate
tamen modo aut diademate uti prohibuit & ne reginam matrem filiorum opprimeret imperauit & ut
abstineret etiam ab aliis legalibus concubinis. Ipse uero ad Cyprum & Phoenicem & rursus contra al-
fyrios atq; Medos castrametatus uniuersos quidem alios sine bello terrore magno uirtu-
tis sibimet subiugauit. His uero felicitatibus eleuatus confidentius incedebat orientales urbes ac pro-
uincias subuertendo multoq; tempore procedente armen qui in aegypto fuerat derelictus omnia co-
traria quae eum frater agere monerat sine timore faciebat. Nam & reginam uiolenter abiecit & aliis co-
cubinis sine parcitate iugiter miscuit sualq; ab amicis utebatur & diademate & rebellabat fra-
tri. Is uero qui constitutus erat super sacra aegyptia scribens librum. Sedhosi dixit & cuncta significas
& quia rebellaret ei suus frater armen. Qui repente ad Pelusium destinauit & proprium tenuit regnum.
Provincia uero uocata est ex eius nomine aegyptus. Dicit enim quia Cethos aegyptus uocabatur Ar-
mes autem frater eius Danaus. Haec equidem Manethon. In palam uero est ex praedictis annis tempore com-
putato quia hi qui uocabantur pastores id est nostri progenitores ex aegypto liberati ante tres & no-
naginta atq; trecentos annos hanc provinciam inhabitare quam Danaus ad argos accederet licet hic anti-
quissimum argui esse possit. Duas igitur res Manethon maxime pro nobis aegyptiis litteris praestatae sunt
quidem

quidem quia aliunde ad aegyptum. Deinde gressus eorum exinde ita temporibus antiquissimum / ut pene
mille annis bellum praecedat Iliacum. In his autem in quibus Manethon non aegypti litteris sed sicut ip-
se confessus est ex fabulis quorundam sine nomine quodam adiecto postea particulariter haec redargua
ostendens ea sine uerisimilitudine esse mendacia. Sed uolo ab istis rursus migrare ad ea quae apud Phe-
nicas de nostro genere conscripta & eorum testimonio declarata sunt. Itaq; apud Tyrios multorum au-
torum publica littera & conscriptiones diligentissime custoditae ex his quae apud eos facta & inui-
ce gesta noscuntur quae tamen memoria digna sunt. Inter haec ergo conscriptum est quia in hierosolymis
aedificatum est templum a Solomone rege ante annos pene. c. xliii. & menses octo quam Tyrii Carthagi-
ne carchedone fabricauerunt. Descripta uero est apud illos constructio templi nostri. Iranus enim Tyrio-
rum rex amicus erat regis nostri Solomonis paternis amicitiiis ei deuinctus. Is ergo munificentiam suam
exhibens ad claritatem fabricae praebuit Solomoni auri quidem. xx. & centum talenta. Incidensq; pulcher-
rimam siluam in monte qui Libanus nuncupatur ad cameram destinauit ei. Quem redonauit quidem Solomoni
aliis quidem multis rebus sed etiam terra Galileae regionis quae Zabulon uocatur. Praecipue autem eos ad
amicitias sapientiae concupiscens conuocauit propositiones inuim soluendas alterutris dirigebant
& melior in his Solomoni erat & in aliis sapientior apparebat. Haec uero seruatur apud Tyrios
epistolae multae quae illi scribere adiuuare pro qua re liber est a me compositus litterarum a Tyris di-
rectarum unde et teste produca Dionysia apud Pheenicis historias integerrime approbatus est. Igitur
in Phoenicis historicis hoc modo scribit. Abibalo mortuo iete filius eius iranus regnauit hic ptes oren-
tales ciuitatis ampliauit & urbem potiore fecit & Olympii iouis templum destruens terrae coaequans
locum medium moenibus urbis adiunxit & aureis anathematibus exornauit. Ascendens autem in Libanum
siluas incidit ad templorum aedificationem. Regem uero Hierosolymorum Solomone misisse dicunt ad
iranum quaedam aenigmata & poposcisse ab eo solutionem adiciens ut qui non posset discernere per-
cunia soluente persolueret. Confessumq; iranum non se posse persolueret propositas quaestiones & mul-
tas pro expensis faciendis pecunias condemnatum. De inde ad demonum quandam uirum Tyrii pro-
positas soluisse quaestiones / ipsiq; alias proposuisse / quas si non solueret Solomoni multas rursus pec-
cunias iranio regi cogeret. Dion igitur hoc modo de praedictis testimonium praebuit nobis. Sed post
hunc produca quoq; Menandrum Ephesium. Is enim singulorum regum actus conscripsit apud graecos &
Barbaros studens ex provincialibus uniuersisq; loci litteris historiae ueritate pandere. Scribens enim
de his qui in Tyro regnauerunt & deinde ueniens ad iranum Regem sic ait. Moriente uero abibalo suc-
cessit in eius regno filius eius iranus qui uixit annis. xx. xliii. hic statuit locum ualde latissimum aureamq;
lunam iouis in templo reposuit & ad siluam lignorum proficiscens abiecit de monte qui Libanus ap-
pellatur ligna cedrina ad regmina facienda templorum. Deuouensq; antiquiora templa sanu aedifica-
uit Herculis. Fecit erectione mense Peritiu. castraq; mouit aduersus Tytycos minime tributa reddere.
Quos etiam subdens sibimet denuo remeauit. Sub hoc fuit ab demonus puer iuuenis qui semper
parabolas superabat quas Solomoni Hierosolymorum rex destinabat supputatur uero tempus ab hoc
rege usq; ad constructionem Carchedonis hoc modo. Moriente iranio successit in eius regno Balbaze
regis filius. Qui cum uixisset annis quadraginta tribus septem regnauit annis. Post hunc abdarratus fili-
us cum uixisset annis uiginti regnauit nouem hunc filii nutricis eius quattuor peremere. Quorum senior
Metuastartus filius Leastarti regnauit. Qui cum uixisset annis xliiii. regnauit annis duodecim. Post
hunc frater eius astarimus & hic uiuens annis. iiii. & l. regnauit annis noue & peremptus est a fratre pel-
lethe qui suscipiens regnum mensibus iperauit octo / cum uixisset annis quinquaginta. Hunc peremit Ty-
tobalus astare sacerdos / qui uixisset annis quadraginta octo / regnauit annis. xxxii. / hunc successit
Badezodus filius. Qui cum uixisset annis quadraginta quinq; regnauit sex. Hunc successor factus est
Mertinus filius / qui uixisset triginta duobus nouem regnauit annis. Hunc successor fuit Pigmalion / qui an-
nos egit in sua uita quinquaginta sex ex quibus quadraginta tenuit principatum. Huius regni anno septimo
soror dido in Lybia ciuitate aedificauit Carchedona. Colligere et tempus a regno irani usq; ad aedificatio-
nem Carchedonis annos centum quinquaginta quinq; & mensium octo. Quum uero duodecimo anno hu-
ius regni in Hierosolymis aedificatum est templum. Fit ab aedificatione templi usq; ad constructionem Car-
chedonis tempus annos. C. xliiii. mensium octo. Testimonio siquidem Phoenicium quod amplius oportet apponere
Cernit ipsa ueritas fortiter approbata & multo clarius apparet quoniam praecedat constructionem templi
progenitorum nostrorum ad provinciam hanc aduentus. Cum enim eam uniuersam bello tenuissent tunc
autem templum aedificare capere & haec aperte ex litteris sacris etiam a me in antiquitate manife-
sta sunt. Hunc itaq; sunt dicenda ea quae apud Chaldaeos noscuntur esse conscripta & de nobis ad
historiam sunt delata. Quae multam habens concordiam cum nostris uoluminibus etiam de aliis

rebus. Testis autem horum est Berofus uir genere quidem Chaldaeus/notus aut eis qui doctrinæ eruditionisq; congaudent. Quoniã de astronomia & de Chaldaeorũ philosophia ipse græcas conscriptiones exposuit. Igitur Berofus antiquissimus secutus historias de facto diluuii & hominũ in ea corruptione sicuti mos est ita cõscripsit. Simul & de arca in qua generis nostri princeps erutus est. dũ cõtracta scilicet ea in summitate montiũ Armeniorũ. Deinde scribens eos qui ex Noe progeniti sunt & tempus eorũ adiciens usq; ad Nabunassarũ peruenit Babyloniorũ & Chaldaeorũ regẽ & huius actiones exponens ait. Quemadmodũ misit in ægyptum ad nostrã terrã filium suũ Nabuchodonosor cũ multa potentia/qui dum rebellans eos inuenisset omnes suo subiecit imperio & templũ in Hierosolymis cõcremauit cunctũq; generis nostri populũ auferens migravit in Babylonẽ. Vnde ciuitatẽ contigit desolari annis. lxx. usq; ad Cyrũ regem Persarũ. Dicit aut quia tenuerit Babylonius ægyptũ Syriam phœnicem arabiam/uniuersos priores Chaldaeorũ Babyloniorũq; reges actionibus suis excellens. Ipsa uero uerba quæ Berofus protulit hoc modo dicta necessario proferenda sunt. Audiens autẽ pater eius Nabonassar/ quia satrapa constitutus in ægypto & Syria inferiore & Phœnicie rebellaret cum non ualeret iam ipse labores ferre tribuenit filio suo Nabuchodonosor ætate ualentĩ partẽ quãdam exercitus super eũ misit. Nabuchodonosor autẽ cũ Satrapa desertore congressus uincit & quæ ab initio eorũ fuerat ad propriũ reuocauit imperiũ. Eodẽ uero tpe contigit patrẽ eius Nabonassarẽ quẽ ægrotasset in Babylonia ciuitate desangĩ qui regnauit annis. xxi. Nabuchodonosor autem non post multũ tempus mortem patris agnoscens & negotio ægyptiaca disponens reliquam prouinciã & captiuos iudaorũ & Phœnicũ atq; Syriorũ qui in ægypto fuerant comendans quibusdam amicis ut eũ magna uirtute & reliqua utilitate deueherentur ad Babyloniã ipse cũ paucis aggressus per desertũ in Babyloniã uenit. reperiensq; cuncta a Caldæis dispensari/seruatũq; regnum ab optimatibus eorũ. Dominus factus totius paterni principatus/captiuos quidẽ adueniẽtibus præcepit habitacula in oportunissimis Babyloniæ locis ædificari. Ipse uero de belli manibus templum belli & reliqua loca munificentissime nimis exornans & antiquã ciuitatem & alterã extrinsecas adiciẽs cogitans quatenus nequaquã possent obidentes fluiũ conuertere & ad ciuitatẽ accedere. Tres quidẽ interiori ciuitate per circuitũ porticus/tres uero exteriori cõstituit. Quorũ alias ex cocto latere & bitumine/alias uero ex ipso latere fecit & largissime muniens ciuitatem/portasq; diuina pulchritudine comens superædificauit in paternis regalibus/aliãq; regalibus celsitudine illorũ multo ualde præcedentia. Quorũ ornatum exponere ualde longissimũ est. Verũtamen sciendũ quoniã hæc maxima atq; superba ultra crudelitã rei sunt. Perfecta diebus quinq; & decẽ. In his ergo regalibus lapideas munitiones celsas ædificauit & aspectũ montibus similem reddens/etiã ex arboribus uniuersis plantationes exhibuit. Fecit quoq; hortũ quod suspensibile uocabatur/eo q; eius uxor desideraret huiusmodi qualitã nutrita in medijs locis. Hæc itaq; retulit de prædicto rege/ & multa super hæc in libro Chaldaico rũ. in quo culpã conscriptoris græcos quasi unã arbitratos a Semiramide asyriã Babylonẽ ædificatã/ & mira opera ab illa circa eã fuisse constructa falsẽ conscripsisse dicens/ & ipsa quidẽ Chaldaeorũ conscriptionẽ fidedignã pudori existimandũ est/ quãdo eũ archiuis Phœnicũ concordare uidentur/ quæ a Berofõ conscripta sunt de rege Babyloniorũ. Quoniã & Syriã & uniuersam Phœnicẽ ille subuertit. In his quoq; consonat & Philostratus in historiis dũ Tyriã meminisse obsessionis & Megasthenes in quarto indicorũ/ ubi declarare contendit prædictũ regem Babyloniorũ Hercule fortitudine & actũ magnitudine præcessisse. Dicit enim eũ & maximã Libyã partẽ & Hiberiam subuertisse. Quæ uero de templo Hierosolymorũ relata sunt/ quia & cõcrematũ est pugnantibus Babylonis/ & cõcepit rursus ædificari Cyro tenente asyriã principatũ. Ex dictis Berofõ declaramus. Sic eni in tertio libro dicit. Nabuchodonosor itaq; postea inchoauit prædictũ murum incidens in languorẽ de nitã migravit/ cũ regnasset annis tribus & quadraginta. Huius regni dominus est effectus filius eius. Et helmaradochus propter iniquitates & luxurias passus infidias a marito sororis suæ Niriglistoris peremptus est/ cũ duobus regnasset annis. Quo defuncto sumens regnũ qui ei fecit infidias niriglistoris annis regnauit quattuor. Huius filius Lobarofardochus principatũ quidem tenuit puer existens menses sibus nouem. Infidias uero passus eo q; nimis appareret malorum esse morum ab amicis extinctus est. Hoc itaq; peruente conueniens hi qui fecerant infidias illi committere regnum imposuere naborido cuidam qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muti circa fluium Babyloniæ ciuitatis ex latere cocto & bitumine sunt ornati. Cũq; regnum eius esset in anno septimodecimo constitutum/ egressus Cyrus ex perside cum multa uirtute uniuersam asiã subuertens impetum fecit ad Babyloniã urbem. Sentiens autem nabonidus inuasionem eius/ & occurrens cum exercitu suo/ atque congressus pugna uictus & cum paucis fugatus inclusus est in borsipensium ciuitatẽ.

autem

autem Babyloniã comprehendens & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis/ eo q; nimis uideretur munita/ & esset ad capiendum ualde difficilis/ reuersus est ad Borsipum Nabonidem instãter expugnaturus. Nabonide uero obsessionem non ualente perferre/ sed primitus supplicante usas clementia Cyri/ & dans ei habitaculum in Carcamone expulit eum a Babylone. Nabonidus itaque reliquum uitæ tempus in illa prouincia cõuersatus est. Hæc concordant cum nostris. Scripsum namq; in eis est quia Nabuchodonosor octauodecimo regni sui anno templum nostrum ad desolationem usque perduxit/ & fuit exterminatum annis septem. Secundo uero anno regni Cyri fundamentis despositis rursus secundo regni Darii anno perfectum est. His prolatis adiciam etiam Phœnicum historias non enim probationum abundantia relinquenda est/ est enim dinumeratio in illis annorum/ sic enim habent sub rege Thobalo. Nabuchodonosor obsedit Tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnauit Bahal annis decem. post hunc iudices constituti sunt/ & iudicauerunt idem. Hæc Nibalus Nabalai mensibus duobus. Chelbifadde mensibus decem. Abalus potifex mensibus tribus. Mittinus & Gerastrus Abdilimi iudices annis sex/ inter quos regnauit Balatorus anno uno/ quo moriente mittentes euocauerunt Meralum ex Babylone/ & quattuor regnauit annis. Eo quoque moriente euocauerunt fratrem eius Ironiam qui regnauit annis uiginti. Sub hoc Cyrus persarum habuit posteratẽ. Quapropter omne tempus est annorum quinquaginta quattuor & mensem trium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosor cõcepit obsidere Tyrum. Quartodecimo autem anno regis Ironii Cyrus persarum tenuit principatum. Consonant igitur quæ de templo scripta sunt a Chaldæis/ ac Tyriis cum litteris nostris. Manifestum uero & sine contentione testimonium est de prædicta nostri generis antiquitate & hi siquidem qui non ualde contendunt sufficere iudicio quæ promissa sunt. Oportet autem non credentibus barbaricis conscriptionibus sed solis græcis fidem habendam esse dicentibus. Adhuc multos exhiberem testes etiam græcos scientes nostrum genus/ & oportuno tempore eorum habentiam mentionem. Pythagoras igitur Samius cum sit antiquus quidem ætate/ sapientia uero & diuina pietate philosophos omnes excellens/ non solum quæ nostra sunt agnouisse manifestũ est/ sed etiam zelatus ea ex multis apparet. Et eius quidem conscriptio nulla reperitur. Multi tamẽ de eo retulerunt quorum insignior est Hermippus uir circa omnem historiam diligentissimus indagator. Refert itaq; in primo Pythagoræ libro/ quia Pythagoras uno confabulatorum suorum defuncto nomine Calciphote genere Crotoniate. Illius animam dicebat secum degere die noctuque/ & quia præcipere ut non transiret de loco unde asinus onus portaret & ab aqua fetulã semetipsum abstineret/ & ab omni blasphemã recederet. Deinde sequitur hæc autem agebat atque dicebat ludæorum & Tharsensium opinionem imitatus ac transferens. Dicitur enim quia uere ille uir multas ludæorum lege in suam transfudit philosophiam. Fuit autem etiam per ciuitates non ignotas olim gens nostra & multe nationes ad quos transit etiam zelum eius habuere. Quod manifestat Theophrastus in his q; scripsit de legibus. Ait enim quia prohibent Tyriorum leges peregrino sacramento iurare. Inter sacramentum quibusdam aliis etiam iurandum quod corbam appellatur enumerat/ & apud nullũ hoc inuenitur iuramentum nisi apud ludæos solos. Quod interpretatur ex hebraica lingua significat ensi donum. Verum neq; Herodotus Halicarnaseus nostram ignorauit gentem. Sed quodammodo eius meminisse cognoscitur. De cholchis enim referens in secundo libro sic dicit. Soli autem inter omnes Cholehi & Aegyptii & Aethiopes uerenda ab initio circuncidant/ Phœnicenses uero & Syri in Palestina qui confitentur hoc ab Aegyptiis didicisse. Syri autem qui circa Thermodontem & partheniũ fluiũ comorantur & Altygones a Cholehis dicuntur nuper didicisse. Hi namque sunt inter homines soli qui circuncidant/ & isti ceteri ægyptii facere uidentur. De Aegyptiis autẽ & Aethiopibus dicere non possum/ utrũ alteri ab alteris didicere. Dixit ergo Syros qui in palestina sunt circuncidi. Omnium autẽ qui habitant palestina soli iudæi circuncidant. Quod de eis angoscẽs/ & Cyrillus antiquus poeta meminit hoc modo de gẽre nostra dicens. Quia castrametati sunt nostri maiores cũ Xerxe persarum rege apud Helladã/ & dinumeras uniuersas gẽtes/ nouissimã nostrã posuit ita dicens. Postremũ uero transibat genus mirabile uisione/ linguam quidem plenissimã ope proferentes. Habitatantes autem in solis montibus/ ubi palus amplissima est. Iuuenes/ capillis sub rotunditate detonsis super equos erectos habentes uultus/ & quasi fumo siccatos. Palam ergo est sicut arbitror/ quia nostri meminerit/ eo q; & montes in nostra regione sunt constituti in quibus habitamus. Et palus quæ dicitur asphaltis idest bituminalis. Hæc enim inter omnes palus in Syria latior atque maior est. Et Cyrillus quidem cum ita meminerit ludæos scisse cognoscitur/ quem quilibet legerit admirantur. Non caplumios græcorũ/ sed sapientia summa conspicui. Clearchus enim aristotelis discipulus/ & ex peripatetico philosopho/ nullo secundus in primo libro de somno dicit/ Aristotelẽ doctorẽ suum de quodam

niro

nūro iudæo ita referre & ipsi Aristoteli eundem sermonem ascribit. Quod ita cōscriptum est. Sed alia quidem longam esse dicere. Quæ non habere potuerant illius admiratione quadam atq; philosophiam occidi opere præcipuum esse referre. Et Hyperochides uenerantur inquit audire desideramus uerbi. Porro secundum præcepta Aristotelis inquit rhetorice eius genus primitus transeamus ne relictur doctoribus præceptorum. Dic inquit Hyperochides ita si placet. Ille igitur genere quidem iudæus erat ex inferiori Syria. Qui sunt ex propagine philosophorum indorum uocantur ut aiunt philosophi. Apud indos Calani apud Syros autem iudæi nomen accipientes a loco. Locus enim ubi habitant appellatur iuda. Nomen uero eorum ciuitatis ualde difficile est. Vocat enim eam nomine Hierosolymam. His igitur homo multos Hospitio respiciens & de superioribus ad marina descendens gratissimus erat non solum eloquio. sed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Asiam quum diuinus homo uenisset ad ea loca confabulari coepit nobiscum & cum aliis scholasticis eorum sapientiam tentans. Cunque multi eruditorum congregarentur tradebat potius aliquid. Habebat hæc ait Aristoteles apud Clearchum & super hæc multam ac mirabilem continentiam. iudæi uero in cibis & castitate narant. Licet autem uolentibus hæc ex ipsis lectione cognoscere. Ego enim refugio/plurquam decet inferere. Clearchus siquidem facta digressionem cum aliud propositum haberet nostri generis ita meministi. Hecateus autem adberita uir philosophus simul & circa actiones industrius cum alexandro rege nutritus & cum Ptolomæo Lagi commoratus non transitorie sed de ipsis iudæis cōscripsit librum. Ex quo uolo capitulariter unum eorum quæ ab eo sunt dicta percurrere. Sed primitus tepus ostendam. Meminit enim belli quod circa Gaium ab Ptolomæo gestum est contra Demetrium quod utique contigit. Vnde decimo quidam anno post mortem Alexandri Olympiade uero septima & decima atque centesima sicuti refert Castor adiciens ei hanc Olympiadem dicit sub hac Ptolomæus Lagus uicit in Gizabello Demetrium antagoni qui uocabatur obessor. Alexandrum uero profitemur uniuersa centesima & quartadecima olympiade fuisse defunctum. Palam ergo est quia & secundum illum tempus & sub alexandro genus florebat nostrum. dicit igitur Hecateus quæ post Gaii bellum Ptolomæus locorum quæ sunt circa Syriam dominus est effectus. Et multi hominum cognoscetes mansuetudinem & clementiam Ptolomæi cum eo proficisci ad Aegyptum & rebus communi care uoluerunt. Quorum unus inquit erat Ezechias pontifex iudæorum homo ætate quidam quasi sexaginta & sex annorum. Dignitate uero apud contribules maximus & animo sapientissimus/potentissimus ad dicendum & circa causas sicut nullus alter expertus. Dicit etiam omnes sacerdotes iudæorum qui decadas accipiunt & uniuersa in communi gubernant/circa mille & quingentos existere. Rursus autem prædicti uiri faciens mentionem inquit homo hunc honorem gerens & assuetus esse nobiscum assumens aliquos suorum differentiam cunctam exposuit & habitationem suam & conuersationem quam scripseram habebat pariter indicauit. Deinde palam facit Hecateus quales circa leges existimus & quia omnia sustinere ne transcendamus eas eligimus & hoc esse optimum iudicamus. Dicit igitur hæc & mala sapienter ab Aegyptiis audientes & omnes compulsionum uim passa Perficis regibus & Sattapis non possunt uenite mutari. Sed cum magna exercitatione de his præcipue omnibus respondere parati sunt. Perhibet autem etiam indicia fortis animi circa leges non parua dicens alexandro quondam in Babylone constituto & uolente Beli templum quod corruebat renouare. cunctisque militibus similiter stercorea portare præcipiente solos iudæos hoc facere non fuisse perperos sed etiam multas sustinuisse plagas & detrimenta pertulisse non modica donec eis ignoscere rege securitas perberetur. Qui dum ad provinciam inquit propriam reueri uisisset/templa & altaria fabricata omnia destruxere. Et pro aliis quidem multa satrapæ exoluere. Pro aliis uero ueniam consecuti sunt ad ciuitatem quoniam iustitia apud eos mirabilis est & quia gens nostra fuit multorum hominum numero copiosa. Sed multa quidem millia nostrorum migrantes in Babyloniam per se primitus collocarunt. Non parua etiam morte Alexandri in aegyptum & Phoenicem sunt translata/propter seditionem in Syriam factam/idem itaque uir & magnitudinem provinciarum quam incolimus pulchritudinemque narrauit. Pene decies trecenta milia inquit integra terrarum optimarum uberrimæ ualde provinciarum possidere noscuntur. iudææ namque huius est amplitudinis & quia etiam ciuitatem ipsam hierosolymorum spaciosam & maximam olim inhabitamus & uirorum multitudine copiosam/necnon & templi constructione idem ipse sic refert. Sunt autem iudæorum in aliis quidem multæ munitiones per provinciam atque uici. Vna uero ciuitas munitissima habens præcipue circuitum quinquaginta stadiorum in qua commorantur hominum circa centum & quinquaginta millia nomine Hierosolyma. Est autem in ipsa medietate ciuitatis lapidea quadriporticus centum per circuitum cubitorum habes etiam duplices ianuas. Quo ara est quadranguli figuracione composita ex lapidibus non

dolatis

dolatis sed collectis atq; iacentibus unum quoque latus uiginti cubitorum latitudinem habens/altitudinem uero decem. Et circa eam maxima fabrica ubi altare est constitutum & candelabra utraque aurea duo talentorum pondus habentia & in exinguibile lumen noctibus & diebus. Simulachrum uero aut aliud anathema ibi nequaquam est nec ulla planatio. Nullus ibi ueluti lucus aut aliquid huiusmodi. Habitat autem in eo & noctibus & diebus sacerdotes quasdam purificationes agentes & omnino de uinum non bibentes in templo. Super autem quia & cum Alexandri regis successoribus postea castrametati sunt. Testatur hoc modo dicens ea quæ cognouerit a uiro iudæo in expeditione constituto. Cuius uerba hæc habentia declarant. Ait enim. Me siquidem eunte ad mare rubrum una secutus est quidam cum aliis equestrium iudæorum nos deducendum nomine. Mossolamus uir efficax animo bellator super omnes arcarios & indubitanter Græcos & barbaros ualde præcipuus. Is igitur homo properantibus multis pariter & quodam uare ab ipso augurium capiente & perente/ut cuncti starent. Interrogauit eum sustinerent omnes. Ostendente uero ei uare quæ intuebat atque dicente. Quasi quidem expeditur eis ut sustinerent omnes si staret auis. Si ergo surgens antea eorum/latere procederent. Si uero post tergum iret/recedere cunctos oportet. Rursum tacens arcum/trahens sagittas emisit & auem percutiens interemit. Indignantibus uero uate & quibusdam aliis & maledicentibus ei. Quid furitis inquit mali demonii auem sumentes in manibus/hæc enim suam salutem ne sciens de nostro itinere nobis salubritatem potuit indicare. Si enim præcise futura ualuisse in hunc locum nequaquam uenisset/metuens ne sagitta a Mossolamo iudæo periret/sed & ad eius testimonia iam quidem quiescant. Facile namque est uolentibus librum ipsum legere & hæc apertius inuenire. Nō uero me pigebit Agatharchidæ introducere. Licet homo minime malus & ei uisum est nobis detrahisit se uideatur. Is enim narras de Stratonice quemadmodum uenit quidem ex Syria de Macedonia ad uirum suum Demetrium derelinquens Seleuco autem uxorem eam ducere non uolente quod illa sperabat. Exercitu eius in Babylonia posito circa Antiochiam bella mouit. Deinde quomodo reuerlus est rex Antiochia capta in Seleucia Metilla fugiens/cum posset se ipsam uelocius interimere somno prohibita ne faceret/capta atque defuncta est. Hæc ergo prædicens Agatharchides & derogans superstitione Stratonices utitur indicio generis nostri præscribens. Qui uocant iudæi habitant omnium munitissimam ciuitatem quam uocare Hierosolymam prouinciales solent. Hi uacare consueti sunt septima die & nequaquam portare in prædictis diebus/neque cultura contingere/neque alterius cuiuspiam curam habere patiuntur. Sed in templis extendentes manus adorare usque ad uesperam soliti sunt. Ingreddiente uero in ciuitatem Ptolomæo Lagi cum exercitu & multis hominibus dum custodire debuerit ciuitate eis stultitiam obseruantibus prouincia quidem dominum suscepit amarissimum. Lex uero manifesta est unam naturam habere solemnitatem huiusmodi autem casus præter solos illos alios docuit uniuersos. Ut tunc ad somnia & opiniones quæ tradebant de lege hic confugiant. Dum circa res necessarias ratio nihil ualer humana. Hoc quidem Agatharchidi uidetur esse ridiculum. Eis autem quæ hæc examinant integri/apparet magnum & præcipua laude dignissimum/si & saluti & patriæ quidam studiam legum pietatemque diuinam proponere concupiscant. Quia uero non ignorantes quidam cōscriptorum gentem nostram/sed propter quasdam/aut alias causas non salubres memoriam nostri non reliquere. Hoc indicium me arbitror esse prædicturam. Hieronymus enim qui de successoribus cōscripsit historia ipse quidem tpe quo Hecateus fuit & amicus existens regis Antioni Syriæ prædicabat. Verum & Hecateus quidem etiam librum cōscripsit de nobis. Hieronymus autem nequaquam nostri in historia meminisse licet pene in ipsis locis nutritus esset in tantum uoluntates hominum distulerebant. Alio namque placuit studium habere memoria dignum. Alii uero omnino circa ueritate quædam passio cernit obscurasse. Sufficit tamē ad cōprobationem antiquitatis nostræ ægyptiorum & Chaldæorum atque Phœnicum historia & sup illas Græcorum pariter cōscriptioes. Adhuc enim sup ea Theophilus & Theodorus & Mnaseas & aristophanes & Hermogenes & Eumerus & Cynon & Zopyrius & multi quidam alii simul. Non enim ergo omnibus libris incubui/nō transitorie nostri fecere mentionem. Plurimi namque prædictorum uirorum ueritate quidem antiquarum causarum frustrati sunt quia lectioni satrarum nostrorum non incubuere librorum. Communiter tamen de antiquitate testati sunt pro qua nunc referre posui. Phalereus autem Demetrius & senior Philon & Eupolemus non multum ueritate frustrati sunt quibus dati uenia digni est. Non enim inerat eis ut nostras litteras possent omni scrupulosa/te sequi. His ita dictis unum adhuc mihi capitulum est relictum ex his quæ in principio libri posui. Quatenus derogationes & maledicta quibus utunt quidam contra genus nostrum falsas ostendam & cōscriptoribus eorum testibus utar quando cōscribentes hæc contra semetipsos locuti sunt talia. Quia uero multis aliis hoc euenit propter quorundam uasarianum arbitror intelligere eos qui uoluerint historias ipsas percurrere. Quædam igitur gentium & gloriosissimæ/ciuitatum sædare nobilitate & cō

uersationi

uersioni detrudere tētare. Theopompus quidem Atheniensium Lacedæmoniorum uero Pylorates. His autem Tripodem perdurabilem conscribens. Non enim Theopompus hoc fecit sicuti quidam putant etiam Thebæorum momordit urbē. Multi uero necnon & timeus in historiis de prædictis & de aliis blasphemauit. Et hoc præcipue faciunt quando gloriosissimi in aliqua parte calumniatur. Quidam propter inuidiam atq; maliuolentiam/ alii uero propter uerbosam nouitatem memoria se dignos fieri iudicantes & apud stultos quidē nequaquā hac spe fraudant. Qui non salubre noscunt habere iudicium/ multas uero eorū miserias condemnabunt. Blasphemiarum uero in nos sæpe gestarum huiusmodi causa est. Volentes Aegyptii præstare aliquibus ueritate corrumpere tētare. Et neque aduentū in ægyptū nostrorum progenitorū sicuti contigit sunt confessi. Nec rursus egressum cum ueritate dixeret. multasq; causas odii ac inuidiæ pariter habueret. Principio quidē quia in eorum regione nostri progenitores potentes effecti sunt. Vnde regressi ad propria denuo fuere foelices. Deinde horum aduersitas multas inter eos fecit inimicitias. In tantum differente nostra pietate extra solentates illorum quantum dei natura animalibus irrationabilibus sine dubitatione distinguitur. Communis namq; apud illos ritus est alios arbitrari deos/ seorsum nō singuli solent diuersis ea muneribus honorare. Vani ac fatui omnes homines & ab initio uti de his malis opinionibus consueri. Et propterea nequaquā imitari nostrā honestatē de diuina ratione potuere. Videntēq; multos nostram zelari conuersionē inuidia habuere/ & ad tantā fatuitatem ac pusillanimitatem quidā eo perducti sunt/ ut nō eos pigeret/ etiam contra antiquas suorum scripções aliqua dicere. Quod cum hoc faciunt sibi met ipsi aduersus conscribere passionem cæcitate ignoraueret. In uno tamē & maximo uiro uerbū meū statuat/ quo usus sum ante paululū nostræ antiquitatis teste. Manethon itaq; qui ægyptiacam historiam ex litteris sacris se interpretaturū pollicitus est prædicans nostrorum progenitores cum multis milibus in ægyptum aduenisse incolas subiugasse. Deinde ipse confessus est/ quia posteriori tēpore amittentes eam prouinciā quæ nunc iudæa uocat obtinuissent/ & ædificantes Hierosolymā/ cōstruxissent templū. Et usq; ad hoc conscripções secutus est antiquorū. Deinde præbens sibi met potestatem cū utiq; uideat scribere ea quæ in fabula sunt atq; dicunt/ incredibilia uerba de iudæis inseruit/ uolens permittere nobis plebē ægyptiorū leproforum aliorūq; languentū. Quod sicut ait abhominacione ex ægypto fuga dilapsi sunt. Amenophin etiam regem adiecit quod est falsitatis nomen. Et propterea tempus regni eis nequaquā diffinire præsumpsit cū aliorū regū omnes annos perfecte protulerit. Hinc itaque quædam annecti fabulas pene oblitus/ qui egressum pastorum de Hierosolyma ante quingentos decem & octo annos factum esse protulerat. Themusis enim erat rex quando egressi sunt. Et ab hoc tēpore regū qui postea fuere anni sunt. ccclxxxiij. usq; ad fratres nomine Sethonē & Hermetum/ quorum Sethonem quidē Aegyptiū/ Hermetum uero Danaem denominatum/ quem expellens inquit. Sethon regnauit annis quinquaginta & nouē. Et post hunc senior scilicet Tapsis annis sexaginta sex. Ante tantos igitur annos egressos ex ægypto patres nostros cōcessus. Deinde Amenophin adiciens regē hunc confitei/ & deorum fuisse contemplatorē sicut/ Olorem quandam priorum regum & implese desiderium enim nominis sacerdotem. Idem amenophin natum ex parte Papiro/ qui uidebatur quasi diuina participari natura. Et secundum hæc sapientiam hanc habere præscientiam futurorum. Et dixisse regi hunc uniuocum enim/ quia posset uidere deos/ si prouinciā a leprosis & aliis maculatis hominibus purgare contenderet. In quo latatum regē omnes dicit corpore debiles ex ægypto congregasse & fecisse multitudinem numero octuaginta milia. Eosq; ad sectiones lapidū in partem Nilī orientalem misisse. ad hoc esse efficiendum simul & alios ægyptios quibus hoc erat iniunctum fuisse autem quosdam inter eos etiam rationabilium sacerdotum lepra perfosos ait. Amenophin uero illum sapientem diuinumque uirum refert timuisse/ & circa semetipsum/ & apud regem/ deorum Vulcanum/ ut aperte suaderet eis uim fieri/ sed icuisse quoniam auxiliarentur quidam maculatis hominibus & ægyptum obtinerent tredecim annis. Et hæc eum non quidā præsumpsisse regi dicere/ sed ex his hominibus cōscriptum reliquisse librum/ & per semetipsum & apud regem/ & propterea regem in anxietatem maximam peruenisse pro iudæis his uerbis hæc refert. His itaque rogatus rex ut ad requiem & tutamen eorum secerneret ciuitatem Desertam urbem quæ tunc fuerat pastorum nomine Auarin præbuit eis. Est autem hæc ciuitas secundum theologiam antiquam ualde præcella. Porro illi in hanc ingressi/ & locum hunc ad resultandum habentes. Oprimū dæmon sibi met quendam Hieropolitanorum pontificum Ophipha constituit/ & huic se obidere in omnibus iurauerunt/ ut ille primum quidem eis legem posuit/ ut neque deos adorarent/ neque ab sacris animalibus quæ præcipue festiua apud Aegyptios erant/ se penitus abstinerent/ nullique copularentur nisi cum quibus iusiurandum habere uidebantur. Hæc autem sentiens/ & alia plurā maxime ægyptiorū consuetudinibus inimica præcepit multo opere muros ædificari ciuitatis & ad bel-

la pparari

la preparari contra Amenophin regem. Ipse uero assumens secum etiam alios sacerdotes & maculatum quosdam/ misit legatos ad pastores qui uidebatur a thethmuse rege depulsi/ ad Hierosolymorum urbem causas suas & aliorū qui simul fuerant ex honorati/ significans & poscēs/ ut pariter cōtra Aegyptium castrametarentur/ promittētes eos fore uenturos. Primum quidem in Auarin progenitorū suorum prouinciā/ & necessaria populis abundantiam exhibenda/ pugnatorum autem opportuno tēpore/ & prouinciā facillime subdituros. Illi uero letitia cumulati omnes alacriter usq; ad ducenta milia uiroū pariter sūt aggressi/ & non post multum ad Auarin usq; uenerunt. Amenophis autē Aegyptiorum rex/ dum illorum audisse inuasionem/ non mediocriter uulneratus est. Dū recordaret quod ei prædixerat amenophis Papii. Et primum quidem congregans Aegyptiacam plebem. Facto consilio cum principibus eorū animalia sacra/ & quæ præcipue a sacerdotibus honorabant/ ante pramissit & sacerdotibus particulariter iussit/ ut simulachra eorum caute cælaerent. Filium uero Sethonem qui etiam Ramessi a Rapso patris nomine uocabatur. Cum quinq; esset annorū apud fuam commendauit/ & prouinciā usq; ad trecenta milia uiroū bellatoribus uiris occurrens congressus non esse/ putans enim semetipsum cōtra deū pugnare. Post tergū reuersus uenit ad Memphin/ & sumens Apin talia sacra mox in Aethiopiā cum uniuersis nauibus & multitudine uenit ægyptiorū. Per gratiā namq; erat ei subiectus ægyptiorū rex/ suscipiens etiam populū uniuersum præbuit alimentum hominibus necessaria/ quæ prouinciā ministrabat. Et ciuitates ac uicos tredecim quatenus eis qui fuerat deducti ad fines Aegyptios/ & in aethiopia quidem hæc gesta sunt. Solymita uero descendentes cū uiris pollutis ægyptiorum sic pessime hominibus usi sunt/ ut eorū uictoria esset nimis pessima. His qui tunc eorum impietates inspiciebant/ non solum etenim ciuitates & uicos concretauerunt sacrilegia facientes/ & deorum idola deaustantes/ sed etiam ipsa sacra animalia quæ colebant/ crudelissime dicerperunt. Perpetratores & occisores horum sacerdotes atq; prophetas esse cogentes quos etiam expellebant nudos. Dicit itaq; quia cōuersiones & leges eis composuit. Sacerdos quidam genere Heliopolitis nomine Orsaspas uocatus ex nomine Ostires heliopolitani dei quod dum conuersus fuisset ad hoc genus mutauit nomen/ & uocatus est Moyses. Quæ uero ægyptii de iudæis proferunt hæc sunt. Sed & multa breuitatis causa prætereo. Dicit autem rursus Manethon quia postea amenophis ex ægypto digressus est/ cum magna uirtute simul & filius eius Ran/ sis & ipse habens magnum exercitum. Et congressit contra pastores atq; pollatos uicerunt usque ad Syriæ fines. Hæc equidem & huiusmodi Manethon conscripsit. Quia uero anilia loquitur de liramenta atq; mentitur aperta ratione monstrabo illud primo distinguens quod postea altera gratia referendū est. Is enim concessit nobis atq; professus est eo quod ab initio non fuerint Aegyptii genere sed extrinsecus illuc aduenissent/ & ægyptum obtinuissent/ & ex ea rursus egressi sunt nostri/ progenitores/ quia uero nobis potestatem permixti non sunt Aegyptii corpore debilitati/ & qui ex his non fuit Moyses qui populū eduxit ex ægypto/ sed ante multas generationes extitit per ea quæ ipse dixit conabor ostendere. Primam itaq; causam posuit figmenti risibilem. Rex enim inquit amenophis concupiuit uidere deos/ quos putas siquidē quia apud eos solennes erant/ Bouem & Hyrcum & Crocodilos & Canicaptos uolebat aspiciere. Cælestē autē quomodo poterat/ & cur hoc habuit desiderium quia utiq; & prior enim rex alter hos uiderat. Ab illo ergo audiens uales essent & quemadmodum eos uideret/ noua nequaquā agebat arte/ sed forte sapiens erat ille/ per quæ hæc rex posse agere cōsiderat/ quod si ita fuisset/ quomodo impossibilitatis concupiscentiā nō præsciuit/ nō euenit quod uoluit. Proinde quā rationē habere potuit/ ut propter semimembrios aut leprosos ei uisibiles essent. Dii irascuntur enim/ propter impietates/ nō propter corporū diminutiones. Deinde tam multa milia leproforum & male habentū una pene hora quomodo fuit possibile cōgregari/ aut quomodo rex nō obediuit uati. Ille namq; præcepit debiles Aegyptios exilio deportari. Hic autem eos ad sectiones lapidū destinauit tanquā operariis indigens/ & non purgare prouinciā uolens. Ait autē eo quod uates quidam semetipsum pemecit præuidens eorū irā & quæ erant in Aegypto futura/ & conscriptū librum regi reliquit. Proinde ab initio uates etiā suū interitū nō præsciuit/ quomodo nūc repente regi cōtradixit uolenti uidere deos quā quot se ipse perimere festinabat. Quod uero iter omnia est stultius uideamus. Audiens enim hæc inquit/ & de futuris iam metuēs. Debiles illos ex quibus Aegyptū purgare debuerat/ neq; tunc de prouinciā protulit/ sed rogantibus eis sicut ait/ ciuitate dedit dudū a pastorum habitata quæ uocabatur auaris. Ad quā cōgregati principē inquit legere ex sacerdotibus Heliopolitanis qui eis exposuit/ ut neq; deos adorarent. Neq; ab Aegyptiacæ festiuitatis animalibus abstinerent/ sed omnia perimerent atq; cōsumerent/ nulli penitus miscerentur/ nisi cū quibus coniurati esse uidebantur/ & iureiurandū multitudinem obligatam/ quatenus in eis legibus perdurarent. Auarin ciuitatem munitam contra regem dicit eos bella sumpsisse. Adiecit autē quia misit Hierosolymam rogans illos pro auxiliis exhibendis/ & daturum auarin compromittentes quæ foret ex Hierosolymis egressis/

dientibus exire maiorem & ex qua procedens omnem aegyptum obtinerent. Deinde subiungit illos quidem uenisse cum ducentis milibus armatorum. Regem uero Amenophin Aegyptiorum cum non cessaret repugnare deo mox ad Aethiopiam fugisse & Apin cum aliis sacris animalibus deuenisse. Hierosolymis uero inuasionem facta & ciuitates depopulatas & templa concremasset & aequales pere misse refert & nulla iniquitate aut opere iniquitatis abstinuisset. Quod uero conuersationem & leges eis exhibuit. Sacerdos inquit erat genere Hieropolitis nomine Arsiphas uocatus ab appellatione Osireos Heliopolitani dei & mutato nomine dictus postea Moyses Tertio decimo uero inquit anno Amenophin postquam regno pulsus est ex aethiopia profectus cum multis milibus dicit & congressum contra pastores atque pollutos habuit confessione uicisse. Et multos interfecit usque ad fines Syriae persectum. In his iterum non intellexit si uerisimilitudine se metiri leprosum namque cum eis ait multitudine collecta debilius. Licet primitus iracerent regi circa se atque talia facienti secundum praemonitionem uatis. Tamen cum a sectione lapidum sunt egressi & provinciam percipere omnes circa eum mitiores effecti credendi sunt. Porro si adhuc & illi odio habebant scorum magis infidari potuissent non circa omnes bella committere cum scilicet plurimi existentes multorum illic cognationes haberent. Proinde etiam si contra homines pugnare decreuerent non tamen contra deos impietate gerere praesumebant nec contraria suis agere legibus in quibus inscripti esse noscunt. Oportet itaque nos Manethoni gratias agere quoniam huius iniquitatis principes dicit. Non eos qui ex Hierosolyma sunt egressi sed illos ipsos Aegyptios esse probat & maxime sacerdotes atque iusiurandi uinculum illorum multitudine conuenisse. Illud autem quomodo non irrationabile est. Nec pericula belli participatus est sed misere maculatos ad Hierosolymam & ab eis solatia poscerent maxima stultitia non illorum sed haec fingentis ostenditur. Iste namque etiam nomen positum ciuitati.

id est a templorum spoliatione praesumpsit edicere. Et hoc postea fuisse mutatum. Miranda res quia posteris quidem turpe fuit tale nomen & otiosum. Ipsi uero qui fundare urbem ornare semetipsos etiam uocabulo credere. Hic autem fortissimus uir multa detractionis imperitia non intellexit quia Hierosolymi non idem uoce Iudaica quod Graeca significat. Quid ergo amplius quilibet dicere contra mendacium tam imprudenter expositum. Sed quoniam congruam iam magnitudinem suscepit hic liber aliquid faciens principium caetera praesentis operis explanare tentabo.

Phlauii Iosephi de antiquitate Iudeorum ad Epaphroditum.

LIBER. II.



Istori quidem uolumine clarissime mihi Epaphrodite de antiquitate nostra monstrauit Phoenicum & Chaldaeorum Aegyptiorum litteris satisfaciens ueritati multisque Graecorum conscriptores adducens. & meam e diuerso disputationem aduersus Manethonem & Charemonem & alios quosdam exhibuit. Nunc autem inchoabo reliquos arguere quod contra nos aliqua conscripserunt. Impulsus enim sum contra Appionem respondere grammaticum si tum assumi hoc oportet officium. Horum igitur quae ab eo conscripta sunt alia quidem similia sunt dictis aliorum alia ualde frigida. Plurima uero quandam tantummodo detractionem habentia & multa. ut ita dixerim. inruditi probationem tanquam ab homine composita & moribus praua & toruis uitae suae

temporibus importuna. Quia uero multi hominum propter stultitiam suam his potius sermonibus capiuntur quam illis quae multo studio conscribuntur & derogationibus quidem gaudet praemoniis uero mordentur nihil horum nouit indoctus. Illud quoque quod feminari dicit quo cum Iudaei essent Alexandrinum uocati sunt similes in scientia esse. Omnes etenim qui ad coloniam aliquam deuocantur & plurimum alterutris genere dissecuntur ab aedificatoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere nostrorum enim ipsorum huius Antiochia inhabitat Antiocheni nominantur. Ius enim ciuium eis dedit conditor Seleucus. Similiter & qui in Epheso commorantur in Licaonia cum ciuibus exinde natis uniuocati sunt. Haec praesentibus regni eis per tempora successoribus Romanorum uero elementia cunctis non paruum donum appellationis suae concessit. Non solum uiris singulis sed etiam uicinis gentibus in communi. Hiberi denique antiqui & Tyrreni & Sabini & Romani uocantur. Si uero hunc modum aufert communis ciuitatis Appion quiescat dicens semetipsum Alexandrinum. Natus enim in profundis sive Aegypto quomodo erat Alexandria iure ciuitatis sicut ipse in nobis dicit ablato cum solis Aegyptiis nunc orbis domini Romani participari cuiuslibet ciuitatis iterdixisse uideant. Hic autem ita robustus est.

stus est ut dignitates quas ipse impetrare prohibebatur ad pisci non ualens calumniari conetur eis quae haec iustissime percipere. Non enim propter inopiae habitatorum ciuitatis quam studiose adfiscabat alexander nostrorum aliquos ibi collegit sed omnes approbans diligenter ex uirtute ad fidei dignos inueniens hoc praemonium nostris exhibuit cum gentem nostram studeret non mediocriter honorare. Air enim Hecateus. Quia propter mansuetudinem atque fidem quam ei praebuerunt Iudaei Samariam regionem adiecit ut ea sine tributis haberent. Similia quoque sapuit post alexandrum etiam Ptolomeus lagus de Iudaeis in alexandria commorantibus. Nam Aegyptiaca eis castra commisit. Arbitratus ea fide simul eorum & fortitudine conseruanda & in Cyrene credens se tutissime regnaturum & non in aliis libiae ciuitatibus ad ea loca parte Iudeorum habitandi causa direxit. Post hunc autem Ptolomeus qui Philadelphus est appellatus non solum si qui fuerit captiui apud eos nostrorum omnes absoluit sed & pecunias eis saepius condonauit & quod maximum est desiderauit agnoscere nostras leges & sacrarum caerularum uolumina concupiscit misitque rogans destinari uiros qui ei interpretauerunt leges & ut haec appropinque conscriberentur diligentiam hanc commisit non quibuscumque uiris sed Demetrium Phalerum & Andream & Aristum ad haec implenda constituit quorum eruditionem propriam litterarum Demetrius differebat. Alii uero habebant custodiae corporis eius inuentionem. His ergo hanc diligentiam imperauit. Non enim leges & patrum nostrorum philosophiam discere concupiscit. Si his utentes despiceret & non potius ualde miraretur. Quae poene omnes in ordine progenitores eius Macedonum reges ignorauerunt habentes ergo nos praecipuum familiaritatis affectum. Tertius namque Ptolomeus qui uocatus est benefactor fortiter obtinens Syriam uniuersam non diis Aegyptiacis pro uictoria solennitates gratificas immolauit sed ueniens ad Hierosolymam multas hostias sicut nostri moris est deo gratificauit dignissimamque dicitur ornamenta uictoriae. Philometor autem Ptolomeus & eius uxor Cleopatra omne regnum commiserunt Iudaeis & duces totius fuerunt militiae Onias & Dosithaeus Iudaei quorum nominibus derogat Appion cum debuisset opera eorum potius mirari & gratias agere quoniam liberauerunt Alexandria quam ueluti defendere se quis fingit. Nam dum rebellio surrexisset in Cleopatrae regno & periculum pessimae perditionis insisteret. Istorum labore ciuitas intestinis proeliis est erepta. Sed postea inquit Onias ad urbem deduxit exercitum paruulum cum esset illic Herinus filius Romanorum legatus. Quod ut ita dicam recte atque iuste factum est. Ptolomeus enim qui cognominatus est Physcon moriente suo patre Ptolomeo Philometore egressus est de Cyrene uolens reginam Cleopatram expellere & filios regis ut ipse regnum iniuste sibi applicaret propter haec ergo Onias aduersus eum bellum pro Cleopatra suscepit. Et fidem quam habuit circa reges nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem deus iustitiae eius manifestus apparuit. Nam Physcon ptolemaeus cum aduersum exercitum quod Onias pugnatum praesumeret omnes uero Iudaeos in ciuitate positos cum filiis & uxoribus capiens nudos atque uinctos elephantis subiecisset ut ab eis conculcati dicerent. Et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset in contrarium quae praeparauerat euenire. Elephantis sibi appositos Iudaeos impetu facto super amicos eius multos ex ipsis interemere. Et post haec ptolemaeus quidem aspectum terribilem contemplantus est prohibentem se ut illis noceret hominibus. Concubina uero sua charissima quam alii quidem Hythacam. Alii uero Hirenem denominant supplicante ne tantam impietatem perageret & coeclis sit & ex eis quae egerat uel acturus erat poenitentiam egit. Unde recte hanc diem Iudaei alexandria constituti eo quod aperte a deo salutem promeruerunt celebrare noscunt. Appion autem omnium calumniator est propter bellum aduersus Physconem gentium Iudaeos accusare praesumpsit cum eos laudare deberet. Is autem etiam ultima Cleopatrae reginae Alexandrinorum meminit. Veluti nobis improperans quoniam circa nos fuit ignorata & non potius illam redarguere studuit cui nihil omnino iniustitiae & malorum operum defuit uel circa generis necessarios uel circa maritos suos qui etiam dilexerint eam. Vel in communi contra Romanos omnes & benefactores suos imperatores. Quae etiam forem Arinoem occidit in templo nihil sibi nocentem. Peremit autem & fratrem insidius paternorumque deos & sepulchra progenitorum depopulata est. Percipientemque regnum a primo Caesare eius filio & successoris rebellare praesumpsit. Antonium quoque corrumpens amatoris rebus & patriae inimicum fecit & infidelis circa suos amicos instituit. Alios quidem genere regali spoliatis alios autem demens & ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dici cum illum ipsum in nauali certamine relinquens idem maritum & parentem communium filiorum tradere cum exercitu a principatu & assequi esse qui coegit. Nouissime uero Alexandria a Caesare capta ad hoc usque perducta est ut saltem hic sperare se iudicaret si posset ipsa manu sua Iudaeos perimere eo quod circa omnes crudelis & infidelis extaret. Puras ne gloriandum nobis non est si quemadmodum dicit Appion famis tempore Iudaeis triticum non est mensa. Sed illa quidem poenam sibi perierit. Nos autem maximo Caesare utimur teste solari atque fidei quae circa eum contra Aegyptios gessimus nec non & senatus eiusque dogmatibus & epistolis Caesaris Augusti quibus nostra merita comprobant. Has

litteras

litteras Appionem oportebat inspicere & secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta. Et omnibus Prolomeis & quæ a senatu constituta sunt. Necnon & maximis Romanis imperatoribus. Si uero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus mentiri non potuit hoc iudiciū est sterilitatis ac necessitatis frumentorum non accuratio iudeorū. Quid enim sapiat omnes imperatores de iudeis in Alexandria commorantibus palam est. Nam administratio tritici nihil omnino ab eis quam ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam uero eis fidem olim a regibus datam conseruare/ id est fluminis custodiam/ totiusq; custodia nequaquam his rebus indignos esse iudicantes. Sed super hoc quomodo ergo inquit si sunt ciues/ eosdē deos/ quos Alexandrini non colunt/ cui respondeo. Quomodo etiam cum uos sitis Aegyptii inter alterutros proelio magno & sine foedere de religionē contenditis. An certe propterea nō uos omnes dicimus Aegyptios/ & neq; communitur homines quonia bestias aduersantes naturæ colitis multa diligentia nutriendes. Cum genus utiq; nostrorū unū atq; idē esse uideatur. Si autē in nobis Aegyptiis tantæ differentię opinionum sunt qd miraris sup his qui aliunde in Alexandria aduenerunt/ Sin legibus a principio constitutis. circa talia permanere. Is autē seditionis causas nobis apponit/ qui si cū ueritate ob hoc accusat Iudeos in alexandria constitutos. Cur omnes nos caspariq; positos eo quod noscamur habere concordia. Porro enim seditionis auctores quilibet inueniet. Appiones similes Alexandrinorū fuisse ciues. Donce enim graeci suere & Macedones hęc ciuilitatē habentes nullā seditionē aduersus nos gessere/ sed antiquis celsiore & solennitatibus. Cam uero multitudo Aegyptiorum creuisset inter eos propter confusiones temporum etiam hoc opus semper est additum. Nostrum uero genus permansit purum. Ipsi igitur mores istius huius fere principatū nequaquā populo Macedonica habente constatiā neq; prudentiā graecam sed cunctis scilicet uetibus malis moribus Aegyptiorū & antiquas inimicitias aduersum nos exercebantibus. E diuerso namq; factū est quod nobis impropere præsumunt. Nam cū plurimi eorū nō opportune ius eius ciuilitatis obtineant peregrinos uocantes eos qui hoc priuilegiū ad omnes imperatores traiecit noscuntur. Nā Aegyptiis neq; regū quicquā uideat ius ciuilitatis fuisse largitus/ neq; nūc quilibet imperatorum. Nos autem Alexander quidē introduxit. Reges autem auxere. Romani uero semper custodire dignati sunt. Itaq; derogare nobis Appion dignatus est quia imperatorum non statuumus imagines tanquā illis hoc ignorantibus aut defensione Appionis indigentibus/ cum potius debuisset admirari magnanimitatē mediocritatēq; Romanorū. Quonia subiectos non cogit patria iura trāscendere. Sed suscipiunt honores sicut dare offerentes piū atq; legitimū est. Non enim honoris gratiam habent/ qui ex necessitate & uoluntate conferunt. Graecis itaq; & aliis quibusdā bonū esse creditur imagines instituire. Deniq; & patrū & uxorē filiorūq; figuras depingentes exultant. Quidam uero etiā nihil sibi cōpetentiū sumunt imagines. Alii uero & seruos diligentes hoc faciunt. Quod ergo mirū est si etiam principibus ac dominis hunc honorē præbere uideant. Porro autē legislator non quasi prophetans romanorum potentiam non honorandam/ sed tanquam causam deo neq; hominibus utilē despiciens. Et quonia totius animati multo magis dei inanimati probatur inferius iter/ dixit imagines frabricari. Aliis autem honoribus post deū colendos non prohibuit uiros bonos/ quibus nos & imperatores & populū ro. dignitatibus ampliamus. Facimus autē p̄ eis cōtinua sacrificia/ & non solū quotidianis diebus ex impensa communi omnium Iudeorū talia celebramus. Verum cum nullas alias hostias ex communi neq; pro filiis peragamus. Solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus/ quem hominum nulli perfoluimus. Hęc itaq; cōmuniter satisfactio posita sit aduersus appionem pro his quæ de Alexandria dicta sunt. Admiror autē esse eos/ q; ei huiusmodi fomitem præbuere/ id est possidoniū & Appoloniū Molonis/ quonia accusant quidē nos quare nos eosdē deos cum aliis non colimus. Mentientes autē pariter & de nostro templo blasphemias cōponentes incongruas/ non se putant impie agere/ dum sit ualde turpissimum liberis quilibet rationē mētriri. Multo magis de templo apud cunctos homines nominatō tāta sanctitate pollēt. In hoc enim sacratio Appion præsumpsit edicere. Afini caput collocasse Iudeos/ & eū colere/ ac dignū facere tanta religione/ & hoc affirmant fuisse depalatū dum Antiochus Epiphane & expoliasset templū. & illud caput inuentum ex auro compositum multis pecuniis dignum. Ad hoc igitur prius quidē. Quonia Aegyptius uel si aliquid tale apud nos fuisset nequaquā debuisset increpare/ cū non sit deterior afinus furonibus & hircis & aliis qui sunt apud eos dii. Deinde quomodo non intellexit operibus increparus de incredibili suo mendacio. Legibus namq; semper utimur hisdem/ in quibus sine fine cōstitimus. Et cum uariū casus nostram ciuitatem sicut etiā aliorū uexauerint. Et dius ac Pompeius magnus ac Licinius Crassus/ & ad nouissimum Titus Cæsar/ bello uincentes obtinuerunt templum. Nihil huiusmodi illic inuenere/ sed purissimā pietatē de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia uero Antiochus neq; iustā fecit tēplū de prædationē/ sed de egestate pecuniarū ad hoc accessit cū nō eēt hostis/ &

super nos

super nos auxiliatores suos & amicos aggressus est. Nec aliquid dignū derisione illic inuenit. Multi & digni conscriptores super hoc quoq; testantur. Polybius Megalopolita. Strabon Capadox/ nicolaus Damascenus/ Timagenes & Castor temporū conscriptor/ & apollodorus. omnes dicūt pecuniis indigentē antiochum transgressum foedera iudeorum. & spoliasse templū auro argentogq; plenū. Hęc igitur appion debuit respicere. nisi cor afini ipse potius habuisset/ & impudentiam canis/ & qui apud ipsos assolet coli. neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque afinus neque honorē neq; potestatem aliquid damus sicut aegyptii Crocodilis & aspidibus/ quando eos qui ab istis mordentur. & a Crocodiliis rapiuntur felices/ & deo digni arbitrantur. Sed sunt apud nos afini. quod apud alios sapientes uiros onera sibi imposita sustinentes. Et licet ad arcas accedentes comedant aut propolita non adimpleant multas ualde plagas accipiunt quippe operibus & ad agriculturā rebus necessariis ministrantes/ sed aut omnium gurdissimus fuit appion ad componendum uerba fallacia/ aut certe ex rebus initia sumens hęc implere non ualuit/ quando nulla potest contra hos blasphemias prouenire. Alteram uero fabulam de rogatiōe nostra plenam de graecis apposuit. de quo hoc dicere sat erit/ quonia qui de pietate loqui præsumunt/ oportet eos non ignorare minus esse immundū per templa transire quam sacerdotibus scelestā uerba confingere. Isti uero magis studere defendere sacrilegum regem/ quam iustā & ueraciam de nostris & de templo conscribere. Volentes enim antiocho præfere & infidelitatem ac sacrilegium eius tergere/ quo circa gētem nostram est usus propter egestatem pecuniarum detrahentes nobis etiam quæ in futuris essent mentiri sunt. Propheta uero aliorum factus est appion/ & dixit antiochum in templo inuenisse lectum & hominem in eo iacentem/ & propolitam ei mensam maritimis terrenisq; uolatilium dapibus plenam/ & obstupuisse his hominibus. Illam uero mox adorsale regis ingressum tanquam maximum ei solatium præbiturum/ ac per eidentem ad eius genas extensa dextera poposcisse libertatem. & iubente rege ut consideret & dicat quis esset uel cur ibidem habitaret/ uel quæ esset causa ciborum eius. Tūc hominem cum gemitu & lachrymis lamentabiliter suam narraffe necessitatem ait. Inquit esse se graecum & dum peragere prouinciam propter uitæ causam direptum se subito ab alienigenis hominibus atque deductum ad templum & inclusum illic/ & a nullo conspici/ sed cuncta dapium præparatione saginari. Et prius quidem hęc sibi inopinabilia beneficia prodidisse & detulisse laticia. Deinde suspicionem/ postea stuporem/ ac postremum consulentem a ministris ad se accedentibus audiisse legem ineffabilem iudeorum pro qua nutriebatur/ & hoc illis facere singulis annis quodam tempore constituto. Et cōprehendere quidem Graecum peregrinum/ eumq; annali tempore saginare/ & deductum ad quandam siluam occidere quidem eum hominem eius corpus sacrificare secundum suas solennitates/ & gustare ex eius uisceribus & iusturandum facere in immolatione Graeci ut inimicitias cōtra Graecos haberent. Et tunc in quandam foueam reliqua hominis pereantis abicere. deinde refert eum dixisse paucos iam dies debita sibi mercede atq; rogasse ut erobescerent Graecorum deos & superantes in suo sanguine insidias iudeorum. De malis eum circumstantibus liberaret. Huiusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est/ sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen a sacrilegio priuat antiochum sicut arbitrati sunt qui hęc ad illius gratiam conscripserunt. Nam enī præsumpsit aliquid tale ut ad templum accederet sed sic autem inuenit non sperans. Fuit ergo uoluntatis iniquis impius/ & nihilominus sine deo quanta iussit superfluitas. quam ex ipsa re cognoscere ualde facillimum est. Non enim circa solos Graecos discordia legū esse dignoscit. sed maxime aduersus aegyptios & plurimos alios. Quem enim chorū non contigit aliquando circa nos peregrinari/ aduersus solos reno iata coniuratione per effusionem sanguinis egeremus/ uel quomodo possibile est ut ad has hostias omnes iudei colligerent/ & tantis millibus ad gustanda uiscera illa sufficerent/ sicut ait appion/ uel cur inuentum hominem quicumq; fuit/ non enim suo nomine cōscripsit/ aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit dum posset. Hoc faciens ipse quidem putari pius & Graecorum amator eximius/ assumere uero contra iudeorum odium solatia magna cunctorum. Sed hęc relinquo/ insensatos enim non uerbis sed operibus decet arguere. Sciūt igitur omnes qui uideret constructionem templi nostri/ qualis fuerit & intransgressibilem eius purificationis integritatem. Quattuor enim porticus habuit in circuitu/ & harum singulæ propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorē itaque ingredi licentiam omnibus etiam alienigenis/ mulieres tantummodo menstruate transire prohibebantur. In secunda uero porticu cuncti iudei ingrediebantur/ eorumq; coniuges cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertia masculi iudeorū mundi existentes atque purificati. In quarta autem sacerdotes stolis induti sacerdotibus. In adytum uero soli principes sacerdotum propria stola circumamicti. Tanta uero est circa omnia providentia pietatis ut secundum quasdā horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etenim aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire. Et meridie rursus dum clauderēt templū. Deniq; ne uas aliquod portari licet in templum/ sed erant in eo solummodo posita altera mensa turibulum/ cande/

Iabrum quæ omnia & in lege scripta sunt. Etenim nihil amplius neque ministerium aliquorum ineffabilem agitur neque intus illa epulatio ministratur. Hæc enim quæ prædicta sunt habent totius populi testimonium manifestam rationemque gestorum. Licet enim sint tribus quattuor sacerdotum & harum tribus singulæ habeant hominum plusquam quinque milia/sit tamen obseruatio particu/ lariter per dies certos & his transactis alii succedentes ad sacrificia veniunt & congregati in templi mediante die præcedentibus clauis templi & ad numerum omnia uasa percipiunt nullaque ad cibum aut potum attineat in templo delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est/præter illa quæ ad sacrificia præparantur. Quod ergo Appionem esse dicimus nisi nihil horum examinantem uerba incredula protulisse. Sed turpe est historiæ enim ueram notitiam se proferre grammaticus non promissit. Et sciens templi nostri pietatem hanc quidem prætermissit. Hominis autem græci compræ hensionem finxit/& pabulum ineffabile & ciborum opulentissimum claritatem. Et peruios ingrediētes ubi nec nobilissimos ludæorum licet intrare nisi fuerint sacerdotis. Hæc ergo pessima est impie/ tas atque mendacium spontaneum ad eorum seductionem qui noluerit discutere ueritatem. Per ea si quidem mala & ineffabilia quæ prædicta sunt nobis detrudere tentauerit. Rursumque tanquam piis simus dederit adiucens fabulæ inna facta. At enim illum reuulisse dum bellum ludæi contra ludæos haberent. Longo quoque iam tempore in aliqua ciuitate ludæorum qui ea appollinem colebat uenisse ad iudæos cuius domini nomen dicitur Zabidon. Deinde quis enim promississet traditurum se eis Appollinem deum Doriensem uenturumque illum ad nostrum templum. Si omnes ascenderent & credidissent omnem multitudinem iudæorum. Zabidon uero fuisse quoddam machinamentum lignum. Et circumposuisse sibi & in eos tres ordines infixisse lucernarum & ita ambulasse ut procul stantibus appareret quasi stella per terram iter agens. Porro ludæos inopinabili uisione obtupuisse & longe constitutos tenuisse silentium. Zabidon uero multa quiete ad templum uenisse & aureum detraxisse asini caput. Sic enim urbane conseribit/& rursus Doram uelociter aduenisse. Igitur & nos dicere possumus quia asinum hoc est semetipsum Appion grauat & facit stultitia simul & mendaciis oneratum. Loca namque quæ non sunt conseribit/& ciuitates nesciēs transfert. Idumæa enim prouincia nostra cōfinis & posita iuxta Gazam & nulla ciuitas huius Dora nōcupatur. In Phœnice uero iuxta montē Carmeli Dora ciuitas appellat in nullo cōcordans appionis oblocutioibus. Quattuor enim dierū itinere procul est a ludæa. Cur itaque rursus acculat eo quod non habeamus cōmunes cum aliis deos si sic facile credidere patres nostri ad se uenturum appollinem & cum stellis ei ambulare super terram putauerit? Lucernam enim primo nunquam uidere. Qui licet & tantam & talia concelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti per prouinciam ex tantis millibus obuiauit. Desolatos etiam uiros custodibus comperit & hoc tempore prælii. Cætera iam relinquo. Ianuæ uero templi altitudine quid dem erant cubitorum sexaginta/latitudine uero uiginti. omnes deauratæ & pene auro puro cōfectæ. Has claudebant non minus quam uiri ducenti diebus singulis & relinquere eas apertas nefandis/ simum nimis erat. Facile eas lucerneris ille aperuisse creditur/qui solus etiam habuisse asini caput æstimabat quapropter dubium est utrū hoc caput Zabidon denuo reuocauit. An certe sumens appionem introduxit in templum ut Antiochus inueniret. Vnde in secundo Appionem aliquam mentendi daret occasionem & conseribendum banirantium per deum factorem cœli & terræ & maris nulli ludæos facturos alienigenæ & maxime Græcis. Oportebat autem mentientem absolute dicere nulli facturos alienigenæ & magis Aegyptiis. Sic etenim ab initio poterant eius signimenta de iurcurando congruere ab Aegyptiis utique non propter malignitatē suā sed propter calamitates expulsi sūt. A Græcis autem plus locis quam studiis sumus adiuncti ita ut nullæ inter nos & illos inimicitie zelotypie essent nocuerunt. E diuerso namque multos eorum ad nostras leges contigit accessisse quorum quidam permanserunt quibus uero perdurare non ferentes denuo recesserunt. Hoc tamen iusurandum nunquam se quisquam audisse meminit apud nos habitum/sed solus Appion ut uidetur audiuit. Ipse utique composuit nimis/igitur hæc maxima compositio etiam in futuro dicenda Appionis admiratione dignissima est. Quarum rerum hoc affirmat indicium/quia neque legibus iustis utamur/ nec deū colamus ut conuenit & diuersis gentibus seruiamus/& calamitates quasdam circa ciuitatem sustineamus cū utique principalis ciuitas Romanorum sit/cuius ciues soli ab initio regnare atque nos seruire consueuerunt. Quis etenim ab horum magnanimitate se ualeret abstinere? Nullus etenim aliorum potest dicere sermonem quem Appion locutus est/quando paucis contigit in principatū conuine præfide re/& non rursus aliis facta mutatione seruire. Plurimæ namque gentes aliis obedire coactæ sunt. Soli autem Aegyptii eo quod refugiant sicut aiunt in eorum prouincia dii atque saluentur migrantes in effigibus bestiarum. Honorem præcipuum inuenerunt ut nulli famularentur horum qui Asia Europamque tenuerunt. Qui scilicet unam diē ex æo totius sæculi non habuere libertatem/neque apud indigenas dominos neque apud externos. Nam quædammodū eis usi sint per se/no semel solūmodo sed frequenter uastates urbes/tepla uertentes amputatos apud eos interficientes deos impropere nō studeo. Nō enim

conuenit stultitiā nos indocti appionis imitari/qui neque casus atheniensium neque Lacedæmoniorum animo suo concepit. Quorum alios quidem fortissimos/ quorum summi diuersis uitæ sunt calamitatibus lauciati. Dimitto dirutam atheniensium arcem templum Ephesinum & Delphos aliisque multa pro quibus intulit/sed potius inferetibus impropere. Nouus autem accusator nostrorum appion in uentus est. malorum suorum apud ægyptum gestorum proflus oblitus. Sed Sestrosius cum quem referit fabula regem fuisse ægypti ut creditur excæcauit. Verum tamē possumus & nos dicere nostros reges dauid & Solomonem/qui multas subdidere gentes. Sed de his modo superfedendum est. quæ uero cunctis nota sunt/appion modis omnibus ignorauit/ quoniam per se & post illos principibus aliæ macedonibus/ægypti quidem seruire nihil differentes a famulis. Nos autem liberi cōsistentes etiam ciuitatum in circuitu positarum tenuimus principatum annis uiginti & centum usque ad Pompeium magnum & dum uniuersi sunt expugnati a Romanis principibus omnium soli propter fidem suam maiores nostri auxiliosiores & amici fuere. Sed quæritur quia uiros mirabiles non præbui mus uel ut quorundam artium inuētores & inter hos enumerat Socratem & Zenonem Cleantem & aliquos huiusmodi. Deinde quod potius est mirandum semetipsum his adiecit & beatificum alexandriam quia cinem talem habere meruit/quod rite facit. Oportebat enim ut ipse sui testis existeret/qui aliis omnibus sic importunus & callidus esse uidebatur & uita uerboque corruptus. Quapropter recte quilibet Alexandria condolebit. si super isto aliquid magni sapuerit. De uiris uero in qui facere apud nos titulo nullo laudis inferiores sciunt qui uoluerint nostræ antiquitatis libris incumbere. Reliqua uero quæ in accusatione conseripta sunt dignum erat forte sine satisfactione relinquere/ ut ipse sui potius & aliorum ægyptiorum accusator extaret. Quæritur enim quod animalia consue ut sacrificemus & non desamur carnibus suillis/sed & circūcisionem genitalium uehemēter irridet. De nostrorum quidem animalium peremptione communitio nobis est cum aliis hominibus uniuersis. Appion autem sacrificantes nos redarguens increpat semetipsum/cum genere sit ægyptius. Nō enim Græcis aut Macedonibus aduerfatur. Isti enim optant sacrificare.

id est centum bouum suis diis & sacerdotibus utatur ad epulas. Quæ cū ita sint non propterea contigit mundum animalibus desolari/quod appion expauit. Qui tamen si solennitates ægyptiorum sequeretur quidem mundus hominibus ferocissimis aut bestis impleretur. Quas isti iudicantes deos diligenter enutriunt. Etenim si quis eum consuleret quos putaret omnium ægyptiorum esse sapientes atque deicolos sacerdotes sine dubio fateretur. Hæc enim duo dicitur sibi met ab initio a regibus esse præcepta/ut deos colant & sapientiam diligant/quod illi facere præcipue iudicantur qui tamen & circūciantur omnes/& a porcinis abstinent cibis. Sed neque ullus alter ægyptiorum cum eis diis sacrificare dignoscitur. Cæcus igitur fuit appion / quando pro ægyptiis nostras detractiones componens illos uidetur potius accusare/ qui non solum utuntur solennitatibus/ quas in nobis culpata iste/sed etiam alios circūcidi docent/ sicuti dixit Herodotus. Vnde recte mihi uidetur appion propter patriæ ius leges multam soluisse blasphemie. Etenim necessario circūcisi circa genitalia uulnera ei facta nihil ei circumproferunt & putrefactis magis doloribus expirauit. Oportet enim bene sapientes in legibus propriis circa pietatem integre permanere & aliorum minime permanere. Iste uero suas quidem leges effugit. De nostris uero mentitus est. Hic itaque terminus uitæ fuit appionis. Sed & nos ter hic iam finem liber accipit. Quoniam uero & apollonius Molonius & Lyfimachus & alii quidam tam per ignorantiam quam per insaniam de legislatore nostro Moysē de legibus uerba protulere/nec iusta nec uera. Dum illi quidem uelut mago atque fallaci derogant. Leges autem malitiæ apud nos nulliusque uirtutis affirmant esse doctrinæ. Volo breuiter & de omni conuersatione nostra & de particulari sicuti potero proferre sermonem. Reor enim fore manifestum quia & ad pietatem aliterum uniuersalemque elementum/insuper ad iustitiam laborumque tolerantiam & ad contemptum mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos ut non cum inuidia exequantur huius operis lectionem. Non enim proposui laudes conseribere nostrorum/sed aduerfatos eos qui nos plurimum & fallaciter accusarunt satisfactionē hanc puto esse iustissimam. Proinde accusationē apollonius non cōtinue sicut appion instituit/sed dispersim. Quippe tamen aliqui quidem nos sine deo & hominibus odiosos appellat. Aliquādo uero formidinem nobis impropere. Et e diuerso rursus aliqui de præsumptione fastum gentis nostræ quæritur. Dicit autem et stultiores barbaris & propterea nullū inuentū nos solos uitæ utile comperisse. Hæc autem omnia manifeste redarguunt/ dum uniuersa contrario quæ ab eo sunt dicta monstrantur. Et legibus imperata & a nobis cū omni integritate gesta. Si uero coactus fuero facere mentionem legū contrariarū apud alios constitutæ/ cuius rei culpabiles illi sunt qui nostras solennitates tanquam malas dicere uoluerunt. Quibus neutrum potius remanere quod dicant/neque quia eas habeamus leges/ quæ ego capitales & summas ad in crepādū positurus sum æque/ quia præcipue in legibus propriis perduramus. Paulum ergo sumis omnes uolo prius edicere/ qui corū qui sine lege & ordine uiuunt. Hi qui ordinis & communium

legum amatores extiterunt: & primi hoc inchoauerunt recte mansuetudinē nostramq; uirtutē præstare dicendi sunt. Deniq; conatur singuli eorum gesta sua ad antiquitatē referre/ut imitatores aliorum uideantur existere. & non ipsi potius aliis, ut legitime uiuere debeant exponere. His igitur hunc in modum habentibus uirtus legislatoris est memoria considerare/ & his qui usuri sunt legibus quas posuerit satisfacere quia recte sunt. Populi uero est ut in omnibus quæ constituta sunt perdetur/ & neq; felicitate procedente neq; calamitatibus aliquid horum immutet. Dico igitur nostrum legislatorē rem quorumlibet qui memorantur legislatorum antiquitate præcedere. Lygargus enim & Solon & Zaleucus Locrensis & omnes qui apud græcos mirabiles sunt nouelli atq; recentes quantum ad illū comparati esse noscuntur. Quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscitur. Testis Homerus est qui nusquam in opere suo hoc usus est nomine. Non enim secundum legem/ sed in definitis sententiis & regum præceptionibus populus regebatur. Unde etiam multo tempore primæ sere tantum moribus urentes/ & non scripto. Et multa horum semper secundum euentum casuum permittentes. Noster uero legislator antiquas existēs hoc etenim undiq; manifestum est etiam apud eos clarum qui semper contra nos loquuntur semetipsam præbuit optimum principem populorum & consiliatorem magnam. Sed instructionem totius legis uitæ constringens eis iussit hanc libenter excipere/ & firmissime inclyta scientia custodire. Primitus autē eius magnitudinis opera uideamus. Ille namq; progenitorum nostrorū relinquendum ægyptum & ad terram propriam remeantiū/ multa milia sumens ex plurimis & impossibilibus rebus cautissime liberauit. & inaquosam eos & multum arenosam oportebat transire uiam/ bellaq; deuincere/ & filios ac uxores prædamq; belli seruire in quibus dux egregius & consiliarius sapientissimus & tutor ueracissimus fuit uniuersorum. Omnē siquidem multitudine in semetipsum pendere facit/ & cum omnia quæ uellet perferre postet in nullo horum uindicauit sibi potestatem/ sed in quo maximo tempore potestatem sibi arrogauit/ & tyrannidem præfules rerum/ & populum frequenter plurima iniquitate uiuere conuulserunt. In hac ille potentia constitutus e diuerso magis iudicauit agendum pie & plurimum exhibere aliis æquitatem ipse uirtutem præcipuum se credens cunctos ostendere & salutem firmissimam præbere sequacibus bona uoluntate. Et maximis actibus in singulis casibus usus est. Quapropter recte iudicabat dicem atq; consiliatorem se deum habere/ & primitus sibi satisfaciēs quia secundum illius uoluntatem uniuersa gereret atq; tractaret. Credidit modis omnibus oportere ut etiam apud plebē hæc opinio permaneret. Namq; dum respicere suam uitam credunt/ delinquere non presumunt. Huiusmodi quidem noster legislator fuit/ non magus/ non fallax/ sicut derogatores iniuste pronuntiat/ sed quales apud Græcos gloriabantur fuisse Minoem/ & post eum legislatores. Alii namq; quidam eorum leges positas a Ioue dicebant. Alii uero eas in apollinem & uaticinium delphicum referebant/ siue pro ueritate hoc credentes/ seu facile suadendum iudicantes populo. Qui uero præcipuas leges instituerint/ nē qui iustissime de dei fide cognouerint/ licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspiciere. Iam enim de ipsis tps est disputandi. Igitur infinita quædam particularium gentium atq; legum apud cunctos homines differentia sunt. Alii siquidem monarchis/ alii uero populo potestatem reipublice commiserunt. Noster uero legislator nihil horum intendens/ ueluti si quis hoc dicēdo mēstram transcendat uerbi diuinam reipublicam declarauit/ deo principaliter cōuersionem nostrā atq; potestatem excellenter assignans/ & satisfaciens eū cunctis inspicere tanquam causam honorum omnium uniuersis hominibus existentem/ & quæcumq; contingit eos in angustiis supplicis illius non latuisse uoluntatem. Neq; quicquam eorum quæ gessere uel siquid aliquis apud semetipsum potuit cogitare unum uero eum esse monstrauit/ & ingenitum immutabilem per tempus æternum/ & omni specie mortali pulchritudine differentē. Et ipsum nobis notum qualis ait tē secundū substantiā profus ignorō. Hæc itaq; de deo saperēt prudentissimj græcorū/ quia quidē eruditi sunt/ illo utiq; sciendi sbente principia nunc dicere permitto/ quia nō optima & cōgrua dei naturæ atq; magnificentiæ sunt ualde testantur. Pythagoras enim & anaxagoras & Plato/ & post illos philosophi Stoici & pene cuncti uidentur de diuina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes populo superstitionum opinionibus iam conscriptam ueritatem dogmatis proferre timuere. Noster uero legislator opera præbens consonis uerbis suis non solum his qui cum eo erant satisfecit/ sed etiam qui ex illis semper erant nascituri/ hoc immutabiliter inspirauit/ & causa legislationis ad utilitatis modū semper adduxit. Non enim partem uirtutis dei culturam dixit/ sed huius partes alias esse perspexit atq; constituit. Idem fortitudinem iustitiam & in omnibus ciuium concordiam ad alterutros. Cuncta namque actiones & studia uniuersiq; sermones ad diuinam referuntur per omnia pietatem. Non enim hoc inexamiatum aut indefinitum ulterius dereliquit. Duo siquidem sunt totius disciplinæ & moralis institutionis modi/ quorum unus quidem sermo doctor est/ alter uero excitatio morū/ quæ cum ita sunt quidam legislatores sentiendi sunt discreti/ & alterum horum modū sibi placitum assignantes alterum reliquerunt. Sicuti Lacedæmonij quidem & Cretes moribus crudiebantur/ nō uerbis

uerbis. Athenienses uero & pene omnes alij græci quæ quidem oportet agi percipiebant suis legibus. Assuescere uero ad hæc operibus minime ualere. Noster autē legislator hæc ambo multa diligētia cooperauit. Nam nec exercitatione morum dimisit non traditas neq; leges sermone reliquit/ incoptas. Sed mox a primo inchoans cibo & unicuiq; dicto conueniente nihil neq; minimarum escarum sub potestate uoluntatis utentium dereliquit. Sed & de cibis quibus conuenit abstineri/ & qui sumendi sunt/ uel quæ dicta communis esse uideatur. Necnon & de operibus labore simul & requie. Terminus atq; regulam posuit legem/ quatenus ueluti sub patre atq; domino uiuentes neque uolentes/ quicquam neq; per ignorantiam delinquamus. Non enim ignorantibus pænā posuit/ sed optimā & necessariam correptionem monstrauit legem. Quapropter non semel audire/ nec secundo uel saepius. Sed in unaquaq; septimana alia opera relinquentes/ ad legis auditionem congregari præcepit uniuersos/ eamq; perfecte cōdiscere/ quod scilicet omnes legislatores reliquisse noscuntur. Et intantum plurimi hominum porro sunt/ ut secundū proprias uiuant/ quia pene eas ignorat. Et cum peccauerint tunc agnoscunt ab aliis quam legem probantur esse præuaricati. Sed etiā uiri maxima cū gloria & principalia gubernantes profitentur ignorantem. Scitos namq; sibi faciunt assidere ad dispensationem rerum/ & experimentum legis habentium. Nostrorum uero quilibet cum leges interrogatur/ facilius quam nomen suū recitat. Vniuersas quidem mox a primo sensu eas dicentes in animo uelut inscriptas/ & rarius quidem quilibet transgreditur. Impossibile autē eū suppliciu deuitare peccatorem. Hoc itaq; primum omnium mirabilem consonantiam nobis instituit. Nam unam quidem habere & eandem de deo sectam/ uita uero ac moribus differre nihil ab inuicem optimam moribus minimum potest celebrare cōcordiam. Apud nos etenim solos neq; de deo quilibet sermones audet aliter uti aduersarios sicut uita familia apud alios fieri comprobantur. Cum non solum a fortuitis quod uisum fuerit unicuiq; profertur/ sed etiam apud quosdam philosophorum hoc crebro præsumitur. Quando alij quidem totam dei naturam sermonibus perimere tenentur. Alii uero eius prouidentiam ab hominibus abstulere. Neq; in studiis uitæ a differentia ulla cōspicitur/ sed communia quidem opera omnium apud nos existunt. Vnus non de deo sermo concors est asserens illum cūcta respicere/ sed etiam de ipsius uitæ studiis. Et quoniam oportet omnia alia ad terminū diuinæ pietatis adduci/ a mulieribus nostris & a feruis quilibet auerti. Pro qua re illatas nobis calumnias a quibusdā eorum non exhibeamus uisus inuentores nouorum operum se uerborum contigit oriri. Alii siquidem in nulla re paterna perdurare optimum esse putant/ & præcipue transgressoribus sapientiæ robur assignant. Nos autem e diuerso unam esse prudentiam atq; uirtutes existimamus/ nihil penitus uel facere uel cogitare contrarium his quæ antiquitus sancita noscuntur/ quod scilicet iudicium legis est optimo foedere constitutæ. Nam ea quæ nunc non habent modum experimento saepe correpta redarguuntur. Apud nos autem qui credimus ab initio positam legem diuinā uolūtate/ nihil aliud piū est quam hanc sub integritate reseruare. Quis etenim eius quicquam mouere potest/ aut quid melius adinuenit/ uel qui ab aliis tanquā præcellentius ad statum reipublicæ nostræ migravit/ aut quæ potest esse melior atq; iustior/ quæ ea quæ deum quidem principem omnium esse confirmat. Sacerdotibus autem in cōmuni quidem res præcipuas dispensare permittit. Summo uero pontifici aliorum sacerdotum principatum competentem iniungit. Quos utiq; non diuitiis neq; aliis quibusdam sponstanteis audiribus præcellent. Legislator ad culmen huius honoribus instiuit. Sed quinq; sapientia uel temperantia aliis præstare noscuntur. eis præcipue culturam diuinā placationis coniunxit. Apud hos igitur & legis & aliorum studiorum integra diligentia custoditur. Cōtemplatores etenim omnium atq; iudices contentionum & punitores culpabilium sacerdotum esse decreti sunt. Quis ergo principatus quod regnum erit hoc sanctius/ uel qui honor deo potius cooperabitur cum omnis quidem populus sit preparatus ad pietatem/ Summa uero diligentia sacerdotibus sit indicta/ & uel quidam festiuitas gubernetur uniuersa respu. Cum enim ministeria sua numero paucorum dierum alienigenæ custodire nequeuerunt/ ea uidelicet sacrificia nominantes nos cum multa delectatione & incommutabili uoluntate solennitatis opus per omne seruamus æuum. Quæ igitur sunt præcepta uel iter dicta simplicia siue nota dicamus. Primum quidem de deo est. Deus habet omnia perfectus beatissimus ipse sibi cunctisq; sufficiens principium & medium & terminus. Inter omnia operibus quidē & muneribus clarus & totius rei manifestus. Forma uero/ & magnitudine nobis incernabilis. Omnis namq; materies comparata ad huius imaginem licet sit præciosa tamen promem/ cunctaque ars ad illius imitationis inuentum extra esse artem cognoscitur nihil simile neq; uidemus neque possumus suspicari neq; conicere. Sanctum est uidemus eius opera lumen/ cœlum/ terram/ solem/ lunam/ flumina/ mare/ animalium/ nationes/ redditiones fructuum hæc deus fecit non manibus neq; laboribus neq; quibusdam indignis sibi cooperantibus/ sed ipso uidente bona repente facta sunt. Bona nūc homines conuenit uniuersos/ si qui eum quæ placere exercitatione uirtutis. Modus eum diuinæ placationis iste sanctissimus est. Vnum templū unius dei commune omnium cōmunis dei cūctorū. Gra

tum naq; semper est omne quod simile est. Hunc placant quidem sacerdotes semper. Præcedit uero istos primus secundum genus qui ante alios sacerdotes sacrificauit deo custodiet leges de dubiis iudicabit & puniet lege conuictos. Huic quisquis non obedit supplicio subiacebit tanquam qui in ipso deo impie gesserit. Hostias imolant non ad crapulam nostram uel ebrietatem atuentes. Hæc enim placent deo quæ res occasio potius iniuriarum simul & expensarum est. Deus enim temperatos ordinatosq; & boni generis diligit & ut præcipue sacrificantes caste uiuamus. In sacrificiis autem pro communi salute primum oportet orare. Deinde singuli pro semetipfis. Quomodo omnes socii sumus & qui hoc consortium læ uitæ præponit maxime deo gratissimum est supplicatio uero sit ad deum uotis ac præcibus non ut bona præstet nec enim ipse sponte cõsultat uniuersis & uno deposuit sed ut hoc suscipere ualeamus suscipientesq; seruemus/purificatiões in sacrificiis lex decreuit. Ex omni excubii excommunicatione a muliere facta & alia multa conscribere ualde longissimum est. Huiusmodi ergo de deo & eius placatione sermonibus est. Ipse autem simul etiam lex est quosdam autem nouit lex permiõtionem per naturam ad coniugem si tamen pro filiorum causa procreandorum agatur. Masculorum uero in masculos ualde iudicauit inimicas & tentantes horum morte decreuit dignos. Nubere uero iubent non respicientes ad dorem neq; uolenter arripere sed neq; dolo uel fallacia sua detrahere. Dispensationem uero potius fieri per eum cuius esse noscitur potestatis & per cogitatioem oportuna. Mulier autem inferior inquit est uiro per omnia. Obedit igitur nõ ad iniuriam sed ut sit sub regimine constituta. Deus enim uiro potestatem dedit. Cum hac ergo coire decet maritum solummodo. Alterius uero experientiam habere nequissimum. Si quis autem hoc egerit declinatio nulla mortis neq; uim fieri uirgini alteri desponsata neq; si suaserit nuptæ filios nutrire præcepit. Vniuersis autem mulieribus interdixit uel celare quod statum est uel aliam machinationem contrahere filii. Namq; mœchatrix est anima demolens & genus immuens. Igitur si qd ad cõcubitum corruptionemq; transierit immundum oportet etiam post legale commixtionem uiri mulieris auari. Hoc enim partem animæ pollueret iudicauit inflata namq; corporibus uulnerat. Dũ hoc obicit aliquam propter purificationis causam talibus imperauit. Sed neq; in filiorum natiuitatibus concessit epulationes aggregari & fieri occasiones ebrietatis sed temperatum esse repente principium iussitq; litteris eruditæ propter leges & nosse progenitorum actiones ut actus imitentur & cum legibus educati neq; transgrediantur neq; cogitationem ignorantiam habere iudicant. Prospexit autem etiam funeribus mortuorum beneq; præcise ad sepeliendum celebrantur exequiæ. Neq; igitur in fabricæ sepulchrorum sed necessaria quidem circa prolationem funeris imperauit domesticos adimplere. Omnibus autem uiuentibus legitimum esse constituit ut aliquo moriente & cõcurrant & gemitus lamentationis effundant. Purificari autem iubet etiam domesticos fauere celebratos ut loquage procul sit q̄ sit uideatur quis mundus esse cum fecerit homicidium parentum honorem post deũ esse constituit & qui non repenat eorum gratiæ sed in qualibet parte contristat præcepit esse lapidandum. Iubet etiam omnibus senioribus honorem iuuenes exhibere quoniam cunctorum senior deus est. Nihil perimitur celebrandum apud amicos nõ enim amicitia sunt apud eum cui omnia non creduntur. Et licet aliquæ inimicitia proueniant prodita mens a rara prohibuit. Si quis arbiter minus acceperit morte mulctatur. Despiciens quod iustum est & auxilium reis offerens. Quod quisquam non potuit non auferat & aliena non tangat mutans non accipiat usuras. Hæc & his multa similia communionem continent nostrorum inter alterutros. Quomodo autem etiam de domestica cura circa alienigenas habenda habuerit legislator referri dignum est. Videbit enim omnibus optime prospexisse deum eo ita sentiente / neque propria corrumimus / neque participari rebus nostris uolentibus inuidemus. Quicunq; enim uolunt sub nostras conuersari leges accedentes ad eam cum munificentiã suscepit non genere solummodo sed etiam uoluntate uitæ putans esse consortium. Eos autem qui transitorie misceri solennitatibus non alia tamen exhibenda constituit. Idem omnibus præbendũ ignem / aquam / cibum / iter ostendere non spernere aliquẽ sepultu mirissime et circa hostes quæ sunt agenda sciunt ut neq; terra eorum exuratur neq; arbores fertiles incendantur sed etiam spoliari eos qui in bello cecidere interdixit & captiuos prospexit quatenus eorũ ammoneat iniuria & maxime foeminarum. Sic autem alumnos mansuetudinem atq; clementiam studuit edocere ut etiam de animalibus irrationabilibus non taceret sed horum tantummodo utilitatem legitima cõcedens ab omni non alia causa prohibuit. Quæcũq; enim ueluti supplicatio oriuntur in domibus hoc interdixit occidi. Sed neq; parentes deniq; præcepit auferri. Et licet inimica sunt animalia eis tamen parcendum esse sciunt. Sic undiq; ea quæ ad mansuetudinem pertinent obseruauit. Doctrinalibus quidem sicuti prædictũ est legis utens & alia rursus contra transgressores causa punitionis sine excusatione defigens. Damnum namq; in plurimis causis transgrediendi mors est. Si adulterũ cõmiserit aliquis suũ puellæ fecerit. Si masculo turpe tentamentũ præsumperit. I. e. aut patiat sustinere tẽtatus. Similiter autem est lex inuitabilis & i seruis sed et de mēsuris uel sigis de poderibus do-

lum fuerit

lum fuerit operatus & de iniusta uenditione ac fraude uel fide traxerit alienam rem/aut quod nõ potuit abstulerit omnimodi sunt uicta non qualia apud alios sed ne ualde maiora. De iniuria uero parentum uel impietate quæ sit in deo licet tẽtet hoc aliquis mox peribit. His itaq; secundum legem uniuersam honor tributum nõ argenti non auri neq; coronæ capitis/aut cuiusdam prædicandæ festiuitatis sed uniusquisq; testem habens conscientiam suam ualde proficit legislator prophætate & deo fidem donante firmissimam his qui seruauerunt leges licet pro eis mori contingat aliquibus concurrunt alacri ad occasum. Dedit enim deus rursus fieri ut uita melior possit ex mutatione conferri. Piger itaq; nunc hoc me conscribere nisi opera essent omnibus manifesta. Quoniam multi & plurimq; olim nostrorum progenitorum ne uel sermonem solummodo extra legem proferrent omnia passim sunt sustinere uiriliter uel si honorari cõstigit apud omnes homines nostram legem & uoluntariam legis consequentiam esse manifestam imbuebant Græcos maiores nostri etiam extra regionem propriam constituti huiusmodi si quidem rectam habent & tam gloriosam de deo taleq; leges multo sæculo sic firmissime custodire omnes arbitror admirari propter frequẽtes apud nos factas mutationes. Deniq; eos qui conscribere proxime de rebus & legibus tentauere tanquam de incredibilibus compositionibus quidam frequenter accusant dicentes quoniam impossibilia sumserint argumenta. Et alios quidem relinquo philosophos quicunq; huiusmodi negocium in suis cõscriptionibus habuerit. Plato mirabilis apud græcos tanquam de honestate uitæ præcedens & uirtute sermonum & persuasione philosophiæ cunctos excellens ab his qui dicebant pessimum esse de rebus conscribere illius & diuulgatus penè peremptus est. Cum utiq; qui illius uerba considerauerit frequenter & facile reperit quæ etiam consuetudini plurimorum proxima esse noscunt. Ipse siquidem Plato confessus est quia uerum de deo opinionem propter ignorantiam plebis proferre securum non est. Sed Plato nis quidem uerba uana esse putant & multa potestate composita atq; conscripta & maxime de legislatione prolata. Lygurgi uero mirantur & Spartani cuncti cõcelebrant quoniam illorum legibus plurimo tpe perduratur. Ergo hoc manifestũ uirtutis inditiũ est in legibus permanere. Si uero Lacedæmoniorum admirant illorum tempus assumant scientes amplius duobus milibus annis nostram constitisse rempublicam & super hæc sciant quoniam Lacedæmonii quidem omni tempore quo apud se habuere libertatẽ perfecte uisi sunt custodisse leges. Cum uero circa eos factæ sunt fortunæ mutationes penè cunctarum legum oblitum sunt. Nos autem multis casibus euolutis propter regem Asiæ mutationes neq; in nouissimis malis ueniens a legibus sumus alienati non uocationis nec epulationis causa seruantes eas quando si quis considerare uoluerit multi ampliori testimonio maiores excubias & labores nobis quam Lacedæmonii uidebit impositos. Illi siquidem operantes terram & neq; circa artes exercitum habentes sed ab omni operatione remissione pingues & corpore pulchri in ciuitate debebant. Aliis ministris in omnibus uitæ necessariis rebus uententes & cibum paratum in illis accipientes solum opus bonum atq; demens iudicantes ad faciendũ & patiendũ quatenus præualeant aduersus omnes contra quos bella susciperent quia non neq; hoc adipisci potuerunt dicere suppono. Non enim singulis solummodo sed multis frequenter eorum subito legis præcepta negligentes semetiplos cum armis hostibus tradere. Putas ne? & apud nos non dico tanti sed duo uel tres agniti sunt proditores effecti legum uel mortẽ non dico illã facile quæ solet filiantibus euenire sed eam quæ cum multa corporum afflictione & multa crudelitate uidet accedere. Quam ut ego puto quidã præuales nobis non per odiũ subiectis imponere si qui sunt homines qui nõ tantummodo esse credant pessimũ si agere quicquã extra leges suas uel sermonem apud eos dicere cõpellatur. Non tamen mirari decet si mortẽ fortissime toleramus pro legibus & ultra alios uniuersos. Non enim quæ leuia uidentur nostris studiũ alii facile patiuntur hoc est operationem cibiq; simplicitatẽ & ut nihil frustra defortuito quod quisq; desiderat uelcatur aut bibat/aut ad concubitũ que libet accedat/aut spẽ didi uelcatur/aut sine uoluntate uacet. Sed illud attendendum est si gladiis uententes & hostes ab inuisione fugates præcepta legis circa cibos nequaquam infringimus. Nobis itaq; grati est propter hæc legibus obedire & illis fortitudinis causas ostendere. Proinde Lysimachi & Molones & quidẽ huiusmodi alii conscripserunt improbi Sophistæ adolescentiũ deceptorum quasi uehementer nobis prauissimis existentibus derogare contendunt. Ego nollem de legibus alienis examinationem efficere. Noster enim mos est propria custodire non aliena potius accusare. Et ut neque irridere neque blasphemare debeamus eis qui apud alios putantur diu/aperte nobis legislator interdixit ppter ipsam appellationem. De accusatoribus autem proiectiones suas non increpare uolentibus tacendũ non est. Cũ utique non a nobis nunc sermo compositus eos arguere uideatur sed a multis probabiliter iam præmissis. Quis igitur eorum qui apud græcos sapientia sunt mirabiles non redarguit nobilissimos potestas & præcipue legislatores? Quoniam huiusmodi sectas de deis ab initio populis inseruerit? Diuiceas eos & numero quidem quantos ipsi uoluerit ex alterutris uero & diuersis natiuitatibus pro-

creatos

creatos. Hos autem diuidentes locis habitaculis tanquam generationes animalium/ alios quidem sub terra/ alios in mari/ seniores autem eorum in tartaris uiuos esse dixere/ quibuscuque distribuere/ Coelum his sermone quidem patrē/ operibus autem tyrannum atque dominum superposuere. Pro/ preerea aduersus eum constituere insidias per uxorem & fratrem & filia quam ex eius capite fingunt ge/ neratam/ ut alligantes eum appenderent/ sicut ipse ille suum dicitur patrem. Hæc iuste accusatione/ di gna conueruntur/ qui sapientia uirtute præcellunt. Hic super hæc diridentes adiciunt. Si deorum ali/ os quidem ephebos & adolecentes/ alios autem seniores & barbatos esse credendum est/ alios consti/ tutus superantes/ & quendam fabrum/ aliam uero textricem/ alium uero peregrinantem & cum ho/ minibus contententem. Alios autem cytharizantes aut arcu gaudentes. Deinde inter alterutros sedi/ tiones effectas/ & propter homines contentiones constitutas ut non solū alterutris manus mitterent/ sed etiam ab omnibus uulnerati lugerent malaq; perferrent/ & sup omnia est luxuriosus si intem/ rantia permixtionis uterentur. Quomodo non erit incongruū amores & concupiscentias ad uniuersos attingere simul masculos & ad foeminas. Deinde fortissimus & primus eorum pater seductas a se/ metipso impregnatasq; mulieres ditibus submersasq; sperneret/ & eos qui ex eo sunt nati neque li/ berare potest. Factos conscriptos neque sine lachrymis eorum perferre mortes. Bona sunt hæc & his alia consequentia/ idest adulterio in celo uiuo/ & sic impudenter a diis celebrato/ ut iam alii zelare pro/ tererentur tali passione conscripti. Quid enim alii facturi non essent/ dum neque senior atq; rex ua/ luisse impetam suam a mulierum permixtione retinere. Alii uero dum seruientes hominibus & nūc quidem ædificantes causa mercedis/ nunc uero pascetes. Alii autem malignorum modo in ferro car/ cere colligati. Quem igitur sapientium talia non accendat/ ut hoc componentes redarguant & mul/ tam stulticiam his credentium repræhendant. Alii uero ad terrorem quandam uel necis & rabiem atque seductionem omnesq; pessimas passiones/ & formam in dei natura fingere præsum/ ptere. Et horum quidem nobilioribus etiam ciuitate sacrificare suaserit. Si quidem simulata necessita/ te consistunt ut quosdam deorum putent bonorum esse largitores. Alios autem uocent aduersarios/ quando eos ueluti malignissimos homines muneribus atq; donis placare cōtendunt/ magnum quod/ dam malum se suscepturos ab eis existimantes/ nisi mercedem eis studiose præbuerint. Quæ igitur causa sit tantæ huius iniquitatis atq; delicti circa deum. Ego quidem arbitrator eo q; neque ueram dei naturā ab initio eorum legislatores agnouerint/ neque quantum præcipere potuerit/ perfectam sentē/ tiam diffinites reipub. tradidere. Sed uelut aliud quiddam prauissimum reliquerunt/ dantes potesta/ tem poetis si quidem ut quos uellent deos introducerent. Hæc omnia patientes rhetoribus/ aut de re publica scriberent/ & de peregrinis diis decreta proferrent/ sed etiam pictores & gypso plastæ in hoc apud græcos multam habere potestatem/ ut unusquisq; formam quam uellem secundum modum suæ opinionis exponeret. Alter quidem ex luto quod uellet fingens. Alius uero pingens opificis itaq; qui maxime putantur esse præcipui ebur & aurum habent ad hoc suæ semper nouitatis argumentū. Proinde apud eos priores quidem dii florentes honoribus seruierunt. Sic enim proferendum est. Alii uero noni clam introducti religione potiuntur & templorum/ alia quidem desolata/ alia uero nuper secundum eorum uoluntatem ædificantur/ quapropter ut arbitrator eorum diuerso nosse magis indigent/ qualis facta sit circa deum & quomodo ei honor immobili religione seruetur. Apollonius si quidem Molon unus fuit stultorum atque tumulentium. Eos autem qui uere in græco philosophati sunt/ neque prædictorum aliquid latuit/ neq; frigidæ allegoriæ causas ignorauerit. Quapropter illos quidem iu/ ste spreuerit/ & circa ueram decentemq; circa deum opinionem nobis suare concordēs. Quod plato respiciens neq; ullum quenquam poetarum dicit in reipub. esse suscipiendum/ & Homerum honora/ biliter admonet sanum ei constituens & unguenta superfundens ne rectam opinionem de deo fabu/ lis forte destrueret. Præcipue namq; Plato nostrum legislatorem imitatus/ licet nullam eruditionem huiusmodi suis ciuibus imperasset/ idest ut omnes perfecte discerent leges/ ut ne fortuite aliquid extraneorum ciuibus miscerentur/ sed esset pura reipub. & in legum custodia perduraret. Horum nihil cogitans Apollonius/ Molon nos uoluit accusare quoniam non recepimus eos qui alius sunt opi/ nionibus præoccupati/ neq; de deo communicari patimur eis/ quia alia uitæ consuetudine degere/ cū neq; hoc proprium nostrum sit sed commune cunctorum/ non modo rerum/ sed etiam qui inter græcos cautissimi fuisse noscuntur. Lacedæmonii namq; peregrinos etiā expellabāt corruptionem extra leges ex utroq; metuentes. Illorum igitur citius scāuiciam poterit quilibet arguere q; nulli neq; con/ uersationis neq; cohabitationis suæ participiū exhibebāt. Nos autem aliorum quidem res zelare nō sinuit/ participari uero cupientes quæ sit nostra libetere suscipimus/ quod utiq; reor/ indicium magna/ nimitatis atq; elementia. Sed desino iam de Lacedæmonis amplius disputare. Athenienses uero q; cōmunē esse suā gloriantur oibus ciuitatē quō de his rebus habuerit Apollonius ignorare. Hi namq; uel uerbo solūmodo præter illorum legem de diis loquentes inuētabilitate puniunt. Cuius etenim rei

gratia

gratia Socrates est mortuus/ non enim hostibus tradidit ciuitatem neque templa uastauit/ sed quia noua iuramenta iurauit & quoddam dæmonium significans se referebat/ scorum ludēs sicuti quidā dicunt. Propter hoc ueneni poculo morte multatus est. Is super etiam corrumpere iuuenes cum ac/ cusator aiebat/ & conuersationem patriæ legesque contemnere. Et socrates quidem ciuis Athenien/ sis huiusmodi tormenta sustinuit. Anaxagoras autem Clazomenius fuit. Et quia existimāribus Athe/ niensibus solem esse deum/ ille eum infensatum & ignotum asseruit/ paucorum sententia morte dam/ natus est & aduersus Diagoram Melium talentum decreuerunt. Si quis occiderit eum/ quoniam eoge/ mysteria deridere ferebatur. Pythagoras autem nisi cito fugisset comprehensus occideretur. eo q; du/ bium de diis Atheniensium conscripsisse putabatur. Quod oportet mirari/ si circa uiros fides/ ignos/ talia gessisse noscantur/ qui neque mulieribus pepercerit. Nunc enim sacerdotem quandam/ quoniā eum quidam accusauit peregrinos colere deos decretum aduersus eos qui peregrinum introducerēt deum supplicium mortis inferebatur. Igitur qui tali lege utebantur palam est/ eo q; alio/ uero non cre/ derent esse deos. Non enim si crederent aliquibus inuiderent/ quasi quiddam manus habentibus. Sic his uero cædibus congaudentes humanis & paululum differentes a bestiis arbitratū/ tamen sua my/ steria oportere esse custodienda/ & Anacharim sapientia mirabilem Scythæ Græcis aduenientem interemerunt/ quoniam uidebatur græcorum deorum ad eos uenisse plenissimus. Multos autē apud Persas quilibet inueniet etiam pro eadem causa tormentis affectos. Sed palam est quoniam Apollo/ mus Persarum legibus congaudebat illosque mirabatur. Quippe cum græci eorum fortitudinem atq; concordiam unanimatis quam habuere de diis/ hanc scilicet fortitudinem quam in templis eorum contrematis habuerunt. Is etiam studiorum omnium imitator extitit. Persicorum uxoribus alienis concumeliis faciens filioseque concidens. Apud nos autem mors decreta est si quis uel irratio/ nabilia mala hoc modo noceat/ & ab his legibus nos abducere/ neque timor potuit præpotentiū po/ restatum/ neq; zelus eorum qui apud alios honorantur/ sed neque fortitudinē ideo exerceamus ut bel/ la auaritiæ causa suscipiamus/ sed ut legum iura seruemus/ & dum talia detrimenta litis sustineamus/ si quos de legibus mouere tentauerint/ tunc etiam ultra uirtutem bellare contendimus/ & usque ad calamitates nouissimas perduramus. Cur itaq; nos zelumus leges/ cum eas neque a legi/ statoribus suis seruatas esse uideamus. Vel quomodo Lacedæmonii non erant de impermixta sui conuersatione re/ præhendi/ & de defectu pariter nuptiarum. Vliaci uero & Thebei eorum impudētiæ & extra natu/ ram olim masculos agebant/ & optime atq; utiliter facere se putabant. Ergo cū ipsi omnino rebus af/ ficerent etiam suis legibus miscuere/ quod tantum aliquando ualuit apud Græcos/ ut etiam diis suis masculorum concubitum applicarent. Itaq; deniq; germanorum nuptias reuelare. Huiusmodi satis/ factionem rerum incongruam & extra naturam pro libidine componentes. Desino nunc de sup/ plicis dicere. & quantas ab initio præbuerint plurimi legislatores ablationes malignis hominibus in adulterio quidem pecuniarum/ in corruptione autem etiam nuptias sancientes. Quantas autē oc/ casiones contineant de abnegatione pietatis examinare longissimum est. Iam enim apud plurimos olim meditatio facta est transgrediendi leges/ quod non agitur apud nos quando propter eas & diui/ tiis & ciuitatibus & bonis aliis priuati sumus. Lex autem apud nos seruatur usq; ad mortem. Nullius uero ludæorum neq; si procul abeat & prouinciam ob regem quam acerbum sic metuit/ ultra illum legis uideat timere præceptum. Igit si propter uirtutē legum taliter apud eos sumus/ cōcedant/ quo/ niam potentissimas leges habemus. Si uero circa prauas nos leges iudicant perdurare/ quid ipsius iu/ stis me non patiant meliores nō custodientes opere sanctionis? Quia igitur lōginitas temporis ue/ rissima creditur omniū esse probatio. Hanc ego rectam faciā uirtutē legislatoris nostri/ & opinionis quam ille de deo contra dicit. Nam cum sit infinitum tempus si quis eis comparet aliorū legislatorū actibus/ hunc ultra omnes inueniet. A nobis itaq; declaratae sunt leges/ & cunctis aliis semp homini bus zelum sui potius præbuerunt. Primi quippe Græcorum ad faciem/ quidem iura patriæ conserua/ bant. Ipsis autē rebus philosophiæ quæ tractatu illa secuti sunt. De deo similia sapientes/ humilitatē quæ uitæ communionem inter alterutros edocentes. Sed etiam populis olim multus fuit zelus nostræ maximæ pietate culturæ nomen est. Itaq; pietas Græcorum nec ullus quisquā barbarus/ nec una gens ubi septimanæ in qua uacamus consuetudo minime discurrit/ atq; ieiunia & candelaborum incen/ dia/ sed etiam ciborum apud nos solennia plurima apud multos iugiter obseruare conantur. Insuper imitari etiam concordiam/ quam nos inter alterutros obtinemus/ & rerum participari suarum/ & operum dilectionem in artibus/ & perduratiōem necessitatum habere pro legibus. Illud enim mira/ bilis est/ quia præter impulsorem huius obseruationis ipsa per se lex homines ita ualuit obligare/ & quemadmodum deus in uniuerso mundo consistit/ ita lex per cunctos ambulauit. Vnusquisq; enim li/ suam regionem deo numq; conspiciat/ his quæ discunt Homerus recessauit. Oportet igitur cuncto/ rā hominū malitiā repræhendere/ aut enim uolunt nos isti aliena & praua iura ante ppria & meliora zelari/

zelari aut certe si hoc nolunt quiescant nobis per inuidiam aculationes ingerere. Non enim pro cuiuslibet maliuolentia defendimus hanc causam sed nostrum honoramus legislatorem atque creditus quæ ab illo propheta de deo sunt. Denique nisi intelligeremus ipsi uirtutem legum nunquam magna sapere super his tantus populus zelatur. Sed de legibus quidem & de rebus nostris certissimam feci rationem in his quæ de antiquitate conscripsi. Nunc autem eorum nemini quantum necessarium fuit neque aliorum uituperare iura neque nostra laudare proponens sed hoc agens ut de nobis iniuste conscribentes & contra ipsam ueritatem impudentissime contententes arguerem. Arbitror itaque per hanc conscriptionem abundanter me quæ promissi complexisse. Denique in principio demonstraui genus accusatorum esse certissimum atque nouum & multos ueterum in conscriptionibus suis memoria habetium nostri ex illis testes exhibui. Dixere itaque Aegyptios fuisse progenitores nostros & ostensum est quia in aegyptum uenerint aliunde. Deinde sunt mentiti quonia exinde propter cladem corporis sint expulsi & apparuit quantum uoluntate & magnitudine fortitudinis ad propria sint reuersi. Alii uero tanquam nequissimo uiro legislatori nostro derogare contendunt. Cuius uirtuti dudum quid ipse post illum tempus uero longissimum perhibet testimonium. De legibus autem loqui ampliori sermone non fuit opus. Ipsæ nanque per semetipsas apparere piæ & uerissimam habentes intentionem & non ad humanum odium sed ad rerum communionem potius inuitantes iniquitatum inimicæ cultricisq; iustitiæ signata est. Et multas expensas procul abiicientes sufficientiâ & amorem laboris erudientes bellum causa auaritiæ nescientes. Fortes autem pro se esse populo præparantes ad supplicia retribuenda semper inuitabiles uerbis nequaquam circumueniri possibiles præparationes semper operibus exequentes. Hæc enim nos semper opera manifestiora litteris exhibemus. Quapropter ego confidens dico quia multarum atque meliorum rerum nos potius quàm alii præceptores sumus. Quid enim intranscensibili pietate melius est quid iustius quam legibus obedire? quid utilius quam in alterutro unanimes esse? Et neque in calamitatibus ab inuicem recedere neque tempore scælicitatum per iniurias discrepare sed in bello quidem mortem contemnere in pace uero artibus aut agriculturæ uacare & semper & ubiq; credere deum respicere & solum omnia gubernare. Hæc igitur si quidem apud alios aut scripta sunt primitus aut seruata firmiorem debemus nos gratiam illis tamquam eorum facti discipuli uero nequaquam primitus exitere. His præcipue nos utentes cognoscimur & primam eorum inuentionem nostram fuisse declaramus. Appiones igitur & Molones & quicumq; mendacii derogatione congaudent coniuncti procul abscedant. Tibi autem Ephrodite ueritatem maxime diligenti & per te similia nosse de nostro genere cogitantibus hic libellus conscriptus esse dignoscitur.

DIVI HIERONYMI ELOGIUM.

Josephus antiquitatem approbans Iudaici populi duos libros scripsit contra Apionem Alexandrinum grammaticum & tanta secularium profert testimonia ut tibi miraculum subeat quomodo uix Hebræus ab infantia sacris litteris eruditus cum etiam græcorum bibliothecam euoluerit.

F I N I S.

IOSEPHI MATHATHIAE FILII HEBRAEI GENERE SACERDOTIS EX HIERO
SOLYMIS DE BELLO IYDAICO IN LIBROS SEPTEM PROLOGVS PER
RVFFINVM AQ VILEIENSEM TRADVCTOS.

¶ In hoc prologo assignatur causa scribendi operis & quid singulis partibus contineatur.



Voniam Bellum quod cum Romanis gessere iudaei omnium maximū
quae nostra aetas vidit quaeque auditu percepimus/ciuitates cū ciuitati
bus gentesue commisisse cum gentibus/quidam non quod rebus inter
fuerint / sed uana & incongrua narrantium sermones auribus colligē
tes oratorū more p̄scribunt q̄ uero praesto fuerunt aut romanorū ob/
sequio aut odio iudaeorum contra fidem reḡ falsa confirmant / scriptis
aut eorum partim accusatio / partim laudatio continetur / nusquā uero
exacta fides reperitur historiae. Idcirco ego statui quae retro barbaris
ante mihi patria lingua digesta. Graeca nūc his qui Romano regunē
imperio exponere. Iosephus Mathathiae filius Hebraeus genere / sacer/
dos ex Hierosolymis q̄ & in initio cum romanis bello cōstiti. postea q̄
gestis quae necessitas exigi iiterfuit. Nam cū hic ut dixi motus exortus
esset grauisissimus Romanū populū domesticus morbus habebat iudaeorū autem qui aetate ualidi &
ingenio turbulēti erant manu simul ac pecunia uigentes adeo temporibus insolenter abusi sunt ut p̄
tumultus magnitudie hos possidēdarū spes illos amittēdarū p̄tū orietis metus iuaderet. Quoniam in/
dai qdem cunctos qui trans Euphratē essent / gentes nostrae gentiles etiā suos secū rebellatores esse
crediderāt. Romanos autem & finitimi Galathae irribat̄ nec manus Celtica quiescebat / dissenso
numq̄ erat plena omnia post Neronē & multos quidem Reges tempus adhorrabatur. Lucri autem
cupidine pars militaris mutationē praesentium desiderabat. Itaq̄ indignum esse dixi erratē in tā
tis rebus dissimulare ueritatē & Parthos quidem ac Babylonios arabūq̄ remotissimos & ultra Eu/
fraten gentis nostrae incolae / itēq̄ adiabecos mea diligentia uero cognoscere unde cecepisset bellū
quantūq̄ cladibus constitisset / quo ue modo desisset. Graecos uero & Romanos qui militiam secuti
non essent figmentis siue adulationibus captos ista nescire atq̄ historias audent eas inscribere qui
praeter haec ut mihi quidem uidetur / quod nil sanum referunt etiam de proposito decidunt. Nā dum
Romanos uolunt magnos offendere iudaeorum res extenuant & in humilitatem deiiciunt. Non autē
intelligo quoniam pacto magni esse uideantur qui parua superauerint. Et neq̄ longi temporis eos pu
det quo bellum tractum est / neq̄ multitudinis Romanorum quam in ea militia labor exercuit / neq̄
ducum magnitudinis quorum profecto gloria minuetur si cum multum pro Hierosolymis desuda
uerint rebus per eos gestis aliquid derogeretur. Nec tamen ego contentione Romanas res extollentiū
gentiles meos amplificare decreui / sed facta quidem utrorūq̄ siue ullo mendacio prosequar. Dicta
uero de factis reponam / dolori atq̄ affectū meae in desēdis patriae cladibus indulgens. Nā quod do
mesticis disensionibus est euerfa / & in templū sacrosanctū inuitas Romanorū manus atq̄ ignem
iudaeorum tyranni traxere / testis est qui eam uastauit ipse Caesar Titus per omne bellum miseratus
Post haec uero Gabinius Hircano Hierosolymam deducto ei que sani cura mandata caeteris reipu. partibus optimates praefecit. Omnēque iudaeorum gentem in conuentus quinque diuisit. uno Hierosolymis/ altero Doris/ itemque tertio ut apud amathunta respondeat/ destitatis quarto Hericus & quinto Sophoris Galilaeae ciuitas attributa est. Singulari autē unius dominatione liberati/ libenter ab optimatibus regebantur. Verum tamen nō multo post euenit/ ut barbarum is qui fuerat initium elapsus Roma aristobulus cum magna iterum Iudaeorum manu conflata partim cupida mutationis partim quibus olim dilectus erat/ primum occupat alexandrium/ id quae recingere muro tentabat. Deinde cognito quod Gabinius Sifennam & antonium & Scruilium duces contra se cū exercitu misit in Machaerunta cōcedit/ uulgius in bellis onere depositus solus armatus prope ad octo milia militū secū duxit inter quos erat Pitholaus secundarū partū rector cum mille uiris & Hierosolymis profugus. Romani autē sequebantur/ habitoque conflictu aliquamdiu cum suis aristobulus fortiter dimicando perseuerabat/ donec ui Romanorū subacti caesa sunt uirorū quingentia milia. Prope uero ad duo milia in quendam tumultum confugerunt. Caeterique mille cum aristobulo perrupta Romanorū acie in Machaerunta coacti sunt. Vbi Rex cū in ruinis prima uespera tetendisset/ sperabat quidē alia se manū per inducias belli posse contrahere/ castellūque bene munire. Imperū autē Romanorū supra quae poterat per biduū remoratus postremo capitur. & cū antigono filio qui Romae se cum fuerat uinctus ad Gabiniū/ inde Romā perductus. Sed illū quidē senatus custodia coercuit. Filios uero eius in iudaeā remisit quia Gabinius scripserat per Epistolās id pro traditione castellarum cōiungi aristobuli spondidisse. Parato autē Gabiniō bellū Parthis inferre Ptolomaeus impedimentum fuit. Qui reuersus ab Euphrate petebat aegyptū Hyrcano & ātipatro amicis usus ad oīa quae militariae necessitas exigebat. Nam & pecuniam atque frumēro Antipater auxiliis adiunxit. Et iudaeis in ea parte uirū quae Pelusium ducentem obseruātibus transmittere Gabiniū persuasit. Alia uero Syria discessu Gabiniū commota & iudaeos iterum alexander aristobuli filius ad discessionē reduxit & maxima multitudine conflata Romanos omnes quae per omnē terrā degerent obtruncare decreuerat. Quā rem Gabinius metuens iam enim ex aegypto redierat. Hoc tumultu instante nonnullis discedentiū praemisso antipatro concordia persuasit. Cum alexandro autē milia. xxx. remanserant/ & ille ad bellū promptus erat. Itaque ad pugna cōgredit. Occurrunt autē iudaei & circa montē Itabirium congressi/ decē milia sternuntur/ caetera uero multitudinē fuga dispersit. Et Gabinius in Hierosolymam regressus. Id enim antipater uoluit tempus. eius cōposuit deinde hinc pfectus Nabathaeos pugna superat/ & Mithridatē & Orphanē a Parthis pfugas clam dimittit/ eosque militibus aufugisse firmavit.

Crassus succedit Gabiniō/ suscipit Syriā/ aufert aurū tēpli/ perit trasgresso Euphrate/ Cassius Syriā defendit/ occidit Pilsaūm colligentē seditiones aristobuli.

Cap. XIX.

Nterea Crassus ei successor datus Syriā suscepit. Is in praecae militiae sumptū & omnē aliud aurum templi quod Hierosolymis erat abstulit/ & a quibus pompeius temperauerat duo milia talentorum. Euphratē uero transgressus & ipse perit & exercitus eius/ de quo non est huius temporis cōmemorare. Post Crassum autem parthos in Syriā properantes Cassius inhibuit receptus. Prouincia autē sanore eius quaesita in Iudaeam festinabat/ captique Taricheis/ ppe ad tria milia iudaeorum adducit in seruitium. Occidit autē etiā Pilsaūm seditiones aristobuli colligentē/ cuius necis suae erat antipater.

Antipater ex arabis coniugē suscipit/ sociat sibi regē arabū per affinitatē. bellū uult gerere cū aristobulo. Caesar mittit e roma aristobolū solutū uinctis in Syriā/ perit ueneno/ & alexāder filius occidit ptolomaeus aufert antigonū & eius sorores a cōiuge aristobuli & minorē sibi cōiugē copulat/ antipater mortuo pompeio cōtulit se in clientelā Caesaris/ & Mithridates cū antipatro uictores fuit/ & pompeius tandē gratia antipatri pontificatū cōfirmavit Hyrcano.

Cap. XX.

Vic autē nupta fuit ex arabia nobilis foemina noie Cypris/ unde filios quattuor/ phaelum & regē Herodē & iosephū & pherorā & Salomen filia habebat. Cū autem omnium quae ubique potentes essent amicitia hospitii familiaritates cōiugere/ sicque regē arabū per affinitatē sibi sociavit/ eiusque fidei cōmēdas filios suos ad eū misit/ quoniam bellū cū aristobulo gerendum susceperat

dum susceperat. Cassius autē cōpulsus ad otia p̄ conditiones Alexandro ad Euphratē reuersus est par-
thos trāsitus prohibitus de quibus alio loco referemus. Caesar autē post senatus & Pompeii fugā trās/
mare Ionii rebus omnibus Romaq; potitus solutus uinculis Aristobolū cum duabus cohortibus ue-
lociter in Syriā misit & hāc facillime & cuncta Iudae p̄xima per illū subiici posse ratus. Verū & spē
Caesaris & Aristoboli alacritate praecessit inuidia. Nā ueneno peremptus a pompeii studiosis aliquā
diu etiā sepultura in solo patrio carebat/corpusq; mortui seruabat melle conditū. Donec ab Antonio
Iudae iustum est in monumentis regalibus sepeliendū. Occidit autē Alexander quoq; filius eius a Sci-
pione securi percussus Antiochia secundū Pompeii litteras accusatione p̄ tribunali prius habita sup
his quae in Romanos admiserat. Ptolomaeus autē Minni filius qui apud Chalcidā sub Libano mora-
batur captus eius fratribus filiū suū Philippionē qui eos accerseret mittit ascalonē atq; ille abstractū
ab Aristoboli coniuge Antigoni eiusq; sorores adducit ad patre. Amore autē minore eam coniu-
gio suo copulat/ob eamq; postea causam a patre occiditur. Accepit enim Ptolomaeus in matrimoni-
um Alexandrū perempto filio/huiusq; affinitatis gratia fratris eius propensione cura tuebat. Antipa-
ter autem Pompeio iam mortuo in clientelā Caesaris sese cōtulit & in Mithridates Pergamenus ab
accessu Pelusii prohibitus cū exercitu quē ducebat in Aegyptū apud ascalonē morabatur. Non solū
arabes quāuis hospes esset auxiliū ferre p̄uasit. Verū & ipse armata Iudaeorū tria circiter milia secū
mouit. Excitauit autem praesidiū Syriae quoq; potēs & incolā Libani Ptolomaeum & Iamblichum
quorū gratia ciuitates illius regionis alacri animo bellū pariter ichoarūt. Iāq; fretus Mithridates au-
ctis p̄pter Antipatris copiis Pelusii proficiscitur. Et quia transire uetare cū ciuitate obsidebat. Antipa-
ter uero & in hac oppugnatione clarus enituit. Effracto enī ex parte sua muro primus in ciuitate cū
suis comitibus insiluit. & Pelusii quidē capta est/ulterius autē progredi non sinebat/Iudaei & Aegy-
ptii terrarū incolae quae appellatur Onia. Quibus tamen Antipater non modo ne obsiderent uerū etiā
ut uictui necessaria praebent militi persuasit. Vnde factū est ut nec Memphitae in manus uenirent/
ultrōq; sese traderent Mithridati atque ille delato peragrato pugna cū ceteris cōmisit Aegyptiis in
loco cui nomen est iudaeon stratopedon. eūq; in acie omni dextro cornu periculo liberauit Antipater
circumgressus fluminis ripā. Leuum enim cornu contra se positū superabat. Facto autē in eos impetu
qui Mithridatē prosequerent multos occidit/tādiuq; reliquos fugiētes angebat donec ēt castris eorū
potius est. lxxx. tantū de suorū numero amissis. Octingentos autē fere Mithridates cū fugerat perdi-
dit. Praeter spē uero seruatus ex proelio uacuis inuidia testis rerū ab Antipatro gestarū fuit apud Ca-
sarem. Vnde ille tunc quidē Antipatru perit laudibus incitatus ad subeundā p̄ se pericula redidit pro-
ptiorē. In qbus omnibus bellator audacissimus cōprobatus/multaq; p̄pessus uulnera toto corpore ge-
rebat/signa uirtutis disertae. Postq; autē rebus in Aegypto compositis ad Syriā rediit & Romana cū
ciuitate simul & immunitate donauit/aliisq; rebus honorādo amicissimēq; tractādo dignū aemulatio-
ne cōstituit/ciuidēq; gratia etiā pontificatū cōfirmauit Hyrcano.

Antigonus corā Caesare criminabat Antipatru/sed Caesar cognitis meritis antipatri Hyrcanū cō-
firmat & cuius uelut dignitatis proponit optionē. declarat procurator iudae/sedat iudae/Hyrcanū
reddidit in gratiā populis tādē phaselū filiū maiorē sp̄posuit territorio Hierosolymorū/Herodē minorē
natu curatore Galilae. Herodiā deprehendit cū multis aliis ex hoc cognitis est Sexto Caesari p̄pin/
quo magni Caesaris. Cap. XXI.

Edemq; tempore antigonus quoq; aristoboli filius cum uenisset ad Caesarē maioris pra-
ter opinionem sollicitatis causam praebuit antipatro/nam qui de patrii morte queri debet
ret propter inimicitias Pompeii/ueneno quantum putabatur perempti & crudelitate
in fratrem accusare Scipionem/ nullumq; inuidiae dolorem admiscere miseris/ultra ho-
Hyrcano & antipatro criminabatur ueluti se patrio loco cum fratribus iniquissime pellere/nt/ mul-
tisq; gentē iniuriis afficerent dūmodo sociarentur q; in aegyptum auxilia ipsi Caesari non beniuo-
lentia/sed timore ueteris discordiae miserint & ut amorē Pompeii deprecarent. Ad haec antipater
ueste proiecta multitudinem uulnerū demonstrabat/& qua fide quidē Caesarē coluisset uerbis non ef-
se opus dixit. Nam corpus etiam fe tacente clamare. antigoni autem mirari audaciam/q; cum hostis
Romanorum sit filius & fugitiui Romanorū uouarūq; rerū studiū uouitq; seditiosum patri habeat
apud Romanorū principem alios accusare conetur/boniq; aliquid adipisci tentaret quem hoc solū
oporteret amplecti/quod uiueret. Neq; eum tam nunc propter inopiam desiderare facultates sed ut
in eos qui se dedissent iudaeorum seditiones accenderet. Quae ubi Caesar audiuit Hyrcanum quidem
pontificatu digniorem esse pronunciauit. Antipatro autem cuius uelut potestatis detulit opinionem.
Qui permissa dignitatis mensura ipsi quidem daret iudae procurator declaratus est. Et praeter hoc
impetrauit subuerfa patriae moenia renouare sibi licere/hos quidem honores Caesar incidendos in ca-
pitoliū misit/ut iustitiae suae uirtutisq; signū antipatri memoriae traderet. Antipater uero ubi de Sy-
ria Caesarē p̄secutus est iudaeā reuersus ante oia patriae muros a p̄poe dirutos reparabat/ omniaq;
lustrando

lustrando ne quid in illis regionibus turbatū esset/nunc interminando/nunc etiam suadendo curabat
unumquemq; admonens q; si cū Hyrcano sentirent in otio atq; opulentia uicturi essent fortunis suis
& omni pace potituri sine spe uana ducerentur. eorū qui priuati quaestus gratia res nouas optarent/se-
quidē nō procuratorē sed dominum omnium/Hyrcanū uero tyrannū pro rege itemq; Romanos &
Caesarem hostes pro amicis & rectoribus habituri/neq; enim passuros huius potestate labefacturi/
quē ipsi regē constituisset. Sed quamuis hoc diceret tamē etiam per se quoniam Hyrcanū legiorē ui-
deret/nec tā efficacē sicut regni posceret sollicitudo/statum provinciae cōponebat. Et sic Phaselū qui
dem natu maximū filiorū suorū militiae praepositum Hierosolymis eiusq; territorio praefecit. Herodē
uero aetate posteriorē nimisq; adulescentē Galilae destināt similia curaturū qui cū natura strenuus ef-
set cito materiā ubi ad magnitudinē exerceret inuenit/captūq; latronū principē Ezechā quē praeda/
ri materia agmine continētia Syriae deprehendit/ipsūq; aliosq; latrones multos interfecit. Ea q;
res adeo grata fuit Syris ut per uicos & oppida caneretur herodes ueluti per eum pace reddita &
possessioibus restitutus. Ex huius deniq; operis gloria sexto et Caesari propinquo magni Caesaris &
Syriam tunc administranti est cognitus.

Compellitur herodes ab Hyrcano qui eū tam gloriosum euasisse oderat ut ad eū accedat ipse ue-
ro pluasus uerbis multorū q; inuiderant Herodi accersiri eū fecit/sed recessit. Herodes nō paratus obe-
dire/Concitat Hyrcanū iterū cōtra herodē/sed herodes declaratur a sexto Caesare dux militū in Sy-
ria/herodes hyrcanū cogitat ex regno pellere sed uerbis patris & fratris mitigat. Cap. XXII.



Quoniam Phaselus fratris indolem contentione bona superare certabat angendo erga fe be-
niuolentiam hierosolymis habitantium atq; illam quidem ciuitatem possidens nihil autē
contumeliose per insolentiam potestatis admittens/hinc antipater & obsequiis regalibus
ab ea gente colebat/& honores ei tanquā rerum domino omnes habebantur. Nec tamē
ipse propterea minus fidelis aut beniuolus hyrcano fuit. Verū fieri non potest ut liuorē quisquam in
secundis rebus effugiat. Namq; hyrcanus quamuis & antea tacite sua sponte mordebatur. Adulescen-
tium gloria maxime rebus ab herode bene gestis & crebris nuntiis laudes eius per singula facta pra-
dicantibus angebatur. A multis tamen inuidis qui regnis adherere solent/ quibusq; antipatri eiusq;
filiorū probitas officiebat instigabatur/dicentibus q; Antipatro & filiis eius rebus traditis solo contē-
tus & hac potestate uacuo regis nomine sederet. Et quamdiu sic errabit ut in se reges producat. Nec
enim eos uel simulare iam procuratorem/sed certe esse dominos ipso irelecto/ cuius nec mādatus nec
priuatis ita ad iudiciū uenire debere rationē tam ipsi regi quam patriis legibus redditurū quae indē/
natos occidi non sinebat. His paulatim accedebat hyrcanus. Ad extremū ad iracundiam prouo-
catus causam didicit herodem iuber accersiri/atq; ille & patriis monitis/& q; ei fiducia res gesta da-
rent munita prius Galilae praesidiis ad regē proficiscitur. Ibat tamē cū forti caetera ne uel delectae
uideretur hyrcano/si plures duceret uel inuidiae nudus paterer. Sextus autē Caesar adulescenti me-
tuens ne quid apud inimicos deprehensio mali fieret ad hyrcanum mittit/qui ei manifeste denuncia-
rent ut homicidii crimine liberaret herodē. Hyrcanus autē qui eum diligeret/per se quoq; id cupiens
absolutionem decernit. Atq; is inuito rege fuisse ratus Damasum recessit ad sextum/ nequaq; para-
tus obedire si denuo fuisset accitus. Rursumq; a nequissimis irritabatur hyrcanus firmatū Herodem
abiisse firmantibus/& ut fe contra eū instrueret properasse. Haec autem rex eura esse existimās quid-
ageret nesciebat/ quonia potentiorē inimicū uidebat. Cū uero a sexto Caesare dux militū p̄ syriā ue-
fariam declaratus esset herodes/ neq; solum propter gentis fauorem/sed etiam uiribus suis terri-
bilis putaretur ad timorem ultimū decedit/ iam iamq; illum contra se credens cum exercitu esse ue-
torum/ neq; opinionem deceperat est. Namq; herodes intentatae sibi occisionis iracundia. conflamat mi-
litum multitudinem hierosolymam ducebat/ ut hyrcanum regno deponeret. Idq; fecisset nisi pariter
egressi pater & frater fregissent eius impetum deprecantes ut/ & ipse ad uindictam ministrandā so-
lacq; indignatione mitigaretur regi autem parceret sub quo ad hoc potētiae processisset/ ac si propte-
rea q; in iudicio uocatus esset indignaretur quia tamen absolutus est gratias ageret/ neq; tristibus
quidē paria referret saluti uero esset ingratus. Quod si etiam momenta bellorū reputanda uiderent
iniquitate militiae consideraret/ neq; omnino de uictoria bene speraret qui cum rege cōgressus esset
una secum educato & saepe quidem benemerito sauo aut nunq; nisi q; maliuolorum consiliis impul-
sus umbram ei tantum iniquitatis ad mouisset. Paruit his herodes qui speratis putauerat posse sus-
ficere/ suatq; uires demonstrare nationi.



Erit discordia inter Romanos & ob diuturnitatem belli uenit Marcus successor sexti
Caesaris q; mortuus fuit a Cecilio basso fauore Pompeii. Cap. XXIII.
T inter haec discordia Romanorum circa apamiam bellumq; domesticum oritur/ quoni-
am Cecilius Bassus fauore Pompeii Sextum Caesare dolo necauerat/ eiusq; militē occupa-
uerat. Illi

uerat. Illi uero Caesaris duces mortis eius ulciscendæ gratia cunctis uiribus Bassam petebat. Quibus cum tam iterempti q̄ superstitis Caesaris causa ambobus esset amicus antipater p̄ filios suos militum auxilia. Cum aut bellū traheret ex Italia quidē successor antedicti Sexti uenit Marcus.

Tempore quo Marcus sit successor Sexto Caesari. Cassius Syriā petit. exactiones imponit irascitur cōtra Malichū eius exactorē. Herodes sit carus Cassio. præficiuntur curatores Syriæ. Cassio decedere e Syria orit̄ seditio Hierosolymis. Foelix quidā uolēs uindicare necē Mallii fratris cogredit̄ cum Herode. Herodes post uictoria. Accusatur Herodes antonio interfecto Cassio. pecunia ipse pacauit ueniunt legati antiochiæ centū uiri cōtra Herodē & Hyrcanū. Messala defendēte eos. tetrarchas ambos declarat. Antonius legatos carceri compellit. maior tumultus sit Hierosolymis bellū gestū est cōtra alios legatos ab antonio ita ut multos occidisset. Barzaphanes concitans iterum Pacorum cōtra hyrcanum. tandem ab Herode multi obruncantur die penthecostes in ciuitate ortum est bellum ita ut multi occisi ab Herode. multi fugati.

Cap. XXIII.

EOdē tpe bello inter Romanos cōflato. dolo Bruti & Cassii Caesare interfecto. Postquā trienniu septēq̄ menses tenuit principatū. maximo autē motu cædis eius gratia cōstituta. & optimatibus inter se dissidentibus. ppria spe quisq̄ ducebat. ad id quod existimabat esse cōmodius. itaq̄ Cassius Syriā petit occupaturus militē q̄ apamiā circūsedebat. ubi & Marcū & dissidentes cohortes Basso cōciliavit. simulq̄ obsidione liberauit apamiā ipse uero exercitū ducēs stipēdiū ciuitatibus indicēbat. nec modus erat exactionū. Cū autē ludæos quos septingenta tanta lentā inuissis inferre. minas eius ueritus antipater filiis suis & aliis amicis mature pecuniæ cogendæ curā distribuit. & inter eos Malicho cuidā ex inimicis necessitas adeo urgebat. Primus autē herodes Cassii fauorē promeruit. q̄ ex Galilæa parte sua centū talenta portauit. pperteaq̄ inter extimos amicos numerabat. At uero cæteros tarditatis arguēs. Cassius ipsi ciuitatibus irascēbat. Eoq̄ Gophnā & Ammaū & duas alias ex uisioribus depopulatus. ibat quidē quasi Malichū interfecturus. q̄ remisior in exigendo fuisset. Verū & huius & cæterarū ciuitatū interitū repressit antipater. centū illico talentis Cassio delinito. Nequaquā tamen Malichus post obitū Cassii beneficiorū antipatri memor fuit. Sed illi ipsi quē sepe numero seruauerat. periculū moliebatur iniquitatis suæ impedimentū abolere. festinans itaq̄ antipater & uires eius & calliditatē metuent. flumen trans Iordanē abiit ad ulciscendæ insidias congregaturus exercitum. Deprehēnsos autē Malichus antipatri filios imprudētia superat. Nam & Phaselū apud Hierosolymā præsidio apposuit. & Herodē qui custodias curabat ad murū multis accusationibus & sacramētis circūuentos impellit. ut ipsi intercedentibus reconciliaret. Antipatro. atque ita denuo per Antipatrū exorato. Marco tunc in Syriā militē regente seruatus est. qui Malichū staturat occidere. quod nouis rebus studuisset. Caesare uero adolecente. & Antonio cū Bruto & Cassio bellū gerentibus. Marcus & Cassius exercitū de Syria cōflato. q̄ magna pars ubi usus poposcit. Herodes fuisset. ipsū quidē toti Syriæ procuratorē præficiunt. equitū illi manus peditiq̄ue attributa. Si autē bellū dedisset. regnū quoq̄ ludææ Cassius se eidē declaraturū esse pollicitus est. uenit autē ut Antipatro & spes & fortitudo & filii causa mortis fieret. Horū enim mentū Malichus ministro quodā regio pecunia corruptio mixtū ei ueneno poculum dari persuadet. Atque ille quidē iniaustitiae Malichi palma fuit. post cōiuiū mortuus uir ad strenuus rebusq̄ administrā dus idoneus. & q̄ regnū recuperatum conseruasset hyrcano. & Malichus infensum propter suspitionem ueniens populū perneggando placabat. simulq̄ ut ualidior esset. armatorum sibi copias conquirebat. Nec enim Herodem cessaturū arbitrabatur. quin etiam mox cū exercitū necis paternæ ultor adueniret. Sed Phaseli fratris consilio qui eum palam minime psequendum esse dicebat. ne uulgi feditio concitaretur. & purgantem se tunc Malichum pacienter admisit. & suspitione liberum esse concedens clarissimas paterno funeri celebravit exequias. Conuersus aut in Samariam & ciuitatē cōposuit. feditio turbatā. per quæ dies festos in hierosolymā remeabat. immissis comitibus armatis. nam timēs imperū compellebat Hyrcanus. Malichus autem alienigenas introduci super indigenas quod dies festos agerent prohibebat. Herodes autē & ipso quisq̄ præcepit. causisq̄ contemptis nocte ingressus est. iterumq̄ Malichus ad eū ueniens antipatrū flebat. Contra quod ille se falli cū uix dolo. rē premeret. simulabat & tamē de necē patris apud Cassiū p̄ epistolas quæstus est. Cui præterea Malichus inuisus erat. Itaq̄ nō mō ut mortē patris ulcisceret. ei scripsit. sed etiā chiliarchis quibus p̄cepterat ut in cā iusta herodi opē ferret occulte p̄cepit. Et quoniā capta Laodicia undiq̄ ad Herodē cōue. rat ut quidē optimates cū mulieribus & coronis ipse uoluit ipse destinauerat. Malichus autē id Tyri fore suspicabatur. & filii suū tunc apud Tyrios obsidione statuit subducere. & in iudæā fugam parabat. Salutis autē desperatio stimulabat. ut etiā maiora cogitaret. nā & iudæorū gentem cōtra Romanos excitaturū se credidit. dū bello aduersus Antonium Cassius occupabat deiectosq̄ hyrcano facillime regnatura. Sed p̄fecto iridebat eius spē fatale decretū. Etenim quo irēderet animū. suspicatus herodes & ipsum

des & ipsum Hyrcanū prope astantem ad coenam uocat. Deinde seruorum quendam instruendi conuuii specie intro mittit. Sed res erat ut chiliarchis prædiceret ad insidias aggredi atq̄ illi p̄cepto. rum Cassii memores ad litus ciuitati proximū armati gladiis exierunt. Ibiq̄ circumlepti. Malichū multis uulneribus interficiunt. Hyrcanus autē statim concidit stupore dissolutus. uixq̄ anima rece. pra Herodem percunctabatur. quis Malichum occidisset. Et cū ex chiliarchis unus respondisset. Cassii p̄ceptum. plane inquit & me & patriā meā Cassius seruabit incolumem. qui ab omni insidioso rem peremit. Verū autē id iniuidia dixerit. an q̄ timore factū probaret. incertū est. Sed enim in malichū hoc est modo ultus Herodes. Postquā uero Cassius excessit e Syria iterū hierosolymis orta seditio est. Cū Foelix in phaselū mouisset exercitū & in herodē fratris. p̄cena uellet necē Malichi uindicare. Casu autem Herodes cū Fabio Romano dace apud Damasū habitabat. Et ne cupiens auxilio foret morbo impediēbat. Interea tamen Phaselus etiam sine cuiusquam præsidio superauit. Foelicē probrumq̄ ingrati obiciebat hyrcano. qui & Foelici studuisset fratremq̄ Malichi castella occupantem coniuuauerat. iam enim multa tenuerat omnīq̄ turissimum Masadā. Nec tamen ei quicq̄ cōtra uim Herodis potuisset sufficere. qui mox ut conualuit alia recepit. Et illum ex Masada supplicē dimisit & Marionem Tyriorum Tyrannum ex Galilæa pepulit. Triennium castella possederat. tyriūq̄ quos ceperat uitā concessit omnibus. nōnullos etiā donatos abire permisit. una & sibi ciuitatis beniuolentiā & tyranno cōparans odium. Marion autē a Cassio quidē meruerat tyrannidem qui tot Syriæ tyrannos præfecerat. Sed ob herodis inimicitias etiā Antigonus & aristobolus secū ducebant & Ptolemæum propter Fabianū quē Antigonus pecunia sibi sociatū adiutorē incepti habebat. Cuncta uero socer ptolemæus Antigono subministrauit. Contra quos Herodes instructus in aditu ludææ cōmissio proelio uictoria potuit. Fugatos Antigono redit in hierosolymā. pro merito gestæ. pro omnibus carus. ut etiā quibus antea depectus erat. tunc in eius familiaritate sese dederit. propter hyrcani affinitatē. Nam is herodes iam pridē ex indigenis habebat uxorē nō ignobilem quæ Doris uocabatur & Antipatrū ex ea susceperat filiiū. Tunc autē duxerat Alexandri cuius pater fuit Aristobolus. filiiū Mariannem Hyrcani neprem ex filia atq̄ inde regi familiaris erat. Sed ubi Cassio circa philippos interfecto. Caesar in italiam & Antonius in Syriam discesserunt. & legatis ab aliis ciuitatibus ad Antonium missis in Bithyniam etiā iudæorū optimates accusari ueniūt phaselū & herodē. q̄ illis rerū summa uel possidentibus nomē tantū honorabile superesset hyrcano. Atq̄ herodes qui præsto erat. magna pecunia placatū sic Antonium affecit. ut ne uerbum quidē inimicorū eius patere audiret. & tunc quidē ira digressi sunt. Cū autē denuo iudæorū principes centū uiri Antiochiæ proximā Daphnē ad Antonium uenissent iam amoris Cleopatæ seruientem. delecti a cæteris qui eloquentiā & dignitatē præstant aduersus fratres accusationē proponunt. Respondebat autē Messala. causā defensor astante etiā propter affinitatē hyrcano. Auditis deinde utriq̄ partibus antonius percontabatur. hyrcanum. quinā essent regendis rebus aptissimi. Cuius is herodem eiusq̄ fratres a liis prætulisset. uoluptate repletus. Nam & hospes eorū paternus erat. humanissimiq̄. ab antipatro susceptus eo tempore quo in iudæam cū Gabio uenerat. tetrarchas ambos declarat. totius eis iudææ procuracione permissa. Legatis autem id ægre ferentibus. xv. eorū correptos carceri tradidit. quos etiam p̄ne occidit. Cæteros autē reiecit cū iniuria. unde maior tumultus hierosolymis excitatus est. Deinde mille legati iterum Tyrum missi sunt ubi commemorabatur antonius in hierosolymā paratus irruere. Et contra eos uociferantes magistratus Tyriorū directus. data ei licentia ut quos comprahēderet occideret. præcepto ut eorū potestātē cōfirmare curaret. qui tetrarchæ ipsius essent antonii suffragio cōstituti. Ante hoc autē herodes usq̄ ad litus cū hyrcano p̄gressus multis eos admonebat. ne & sibi interius & patriæ belli causa fierent. dum inconsiderate cōtendunt. Illis autē tanto magis id indigne ferentibus. Antonius missis armatis multos occidit. multos etiam uulnerauit. Quorum & faucis cura & mortuos sepultura hyrcanus dignatus est. Non tamen ideo qui effugerant quiescebant. perturbando enim ciuitatē antonii irribat. ut etiā quos in uinculis haberet occideret. Barzaphanes autē parthorū satrapa Syriam biennio post tamen cū regis filio pacoro detinenti Lyfaniis patris sui mortui successor ptolemæi Minnei filii mille satrapæ talenta pollicitus & mulieres quingentas ei persuadet ut antigonū in regnū induceret hyrcanūq̄ deponeret. Impulsus igitur ab eo pacoro. ipse quidē p̄ maritima loca perrexit. Barzaphanē autē itinere mediterraneo iussit irrumperē. Sed maritimorū Tyrii pacorū excluserunt. Cum ptolemæus eum & Sidonii receperūt. ille autē quedā regiū ministrū cognominē suū equitatus ei parte attributa ad iudæos iussit accedere. & exploraturū hostiū cōsilia. & ubi usus excisisset. præsidio futurū antigono. Plurimi autē eorū qui Carmelū populabantur iudæi. ultro ad antigonum currunt ad irruendum acriter animati. Ille autē ad locū qui Drymos dicitur occupādum eos præmittit. ubi commissa pugna depulsisq̄ hostibus & fugatis hierosolymam cursu petebant. audiūq̄ multitudine usq̄ ad regiam processerunt. Excepti autem ab hyrcano & phaselo. forti acie in foro cōsurgunt. Ibiq̄ hostes in fugam uersos. pars Herodis in sanum concludit. custodēq̄ his sexaginta uiros appo-

nit per aedes proximas collocatos. Sed hos quidē infensus fratribus populus igni cōsumit. Herodes autem iracundia peremptorū congressus cum populo multos obruncat. Inq̄ dies singulos iniuicem sese p̄ insidias incuratibus assidue caedes erāt. Instāte uero die festo q̄ Penthecoste uocat̄ oia circa tē plū totaq̄ ciuitas plebe rustica repleta est. & paratq̄ armata. Et Phaselus qdē muros. Herodes qdē cū paucis domū regī custodiebat. Inuasitq̄ de improviso hostibus in suburbano cōplures quidē pemit/ oēs aut in fugā cōuertit. Et hos in ciuitate/ alios in fanū/ alios in extremū uallū cōcludit.

Admittitur arbiter pacis Pacorus simulans Pacorus uolebat Antigonū adiuuare/ cognitis insidiis ministro ad necē Herodis qui noluit admittere habēs huiusmodi suspectos/ audito q̄ Phaselus frater eius fuisset corruptus ad Idumeā nocte pergīt cognitus a barbaris cogitur recedere prae/ missa matre & fratribus ad Masada properabat decertans cum illis positur uictoria. Iosephus frater Herodis obuiam herodi ueniētī/ ex Idumaea fuit paucis ex carissimis receptis alios dimisit/ parthi hic rofolimam ueniunt/ cōstituant regē Antigonū hyrcanū & Phaselum uerberates/ dentibus auricolas truncat Antigonus ne possit esse pontifex/ herodes cognita morte Phaseli fratris uix euadens romā peruenit. Creat rex fauore oīum & fauore Antonii & Caesaris.

Cap. XXV.

Interea pacis arbitriū Pacorū antigonus & petit & admittit. Exoratus autē Phaselus & ciuitate & hospitio cum equitibus quingentis Partum recepit/ sed ante qdē specie concordia ueniētem re aut uera ut adiuuaret Antigonū. Deniq̄ phaseli dolo pepulit ad Bar/ zaphanē legatos de compositione mittere/ quamuis multa dissuadēte herode atq̄ ut insidiatorem occideret. Ne ue se eius fallaciis dederet/ admonēte enim natura barbaros fidem negligere. Exiit etiam Pacorus cum hyrcano quo minus suspectus esset/ nonnullisq̄ relictis equitibus apud herodem/ quos eleutheros uocant/ cū ceteris Phaseli persequebatur. Sed ubi ad Galilaeā uenerunt/ indigenas quidē dissidentes atq̄ armatos offendunt. Satrapā uero conueniunt satis callide/ & officiis amicitiae dolos regēntē. Deniq̄ postquam dona eis dedit redēntibus insidias posuit. Illi autē in maritimū quendā locū deducti cui nomen est Ecdippon/ fraudē intelligunt. Ibi enim de promissis mille talentis audierunt/ & q̄ Antigonus plerasq̄ mulieres ex his quas ipsi haberent inter quingentas parthis deuouisset/ quodq̄ sibi semper a barbaris perstruerentur insidiae. Olim enim capti essent nisi mora fuisset/ dū hierosolymis caperetur herodes/ ne sibi praesciens quā de his ageretur caueret. Haec iam non uerba erant/ sed uera & custodes haud procul abesse conspiciebat. Et tamen Phaselus Hyrcanū deserere non passus est/ quamquam eum saepius moneret ut fugeret/ cui Saramalla syriorū tunc ditissimus dixerat/ quādamodū essent oīa de insidiis constituta. Sed conuenire satrapam maluit atq̄ mox exprobrare/ q̄ se insidiis appetiisset/ ac maxime quia pecuniae causa talis exituisset/ cū plus ipse pro salute daturus esset/ quā pro regno promississet antigonus. Ad hoc Parthus subdola satisfactione iurādi suspitionē deprecatus perrexit ad pacorū statimq̄ a parthis qui remanserant quibus ius sum erat Phaselus atq̄ hyrcanus comprehenderentur/ per inuiriā simul ac per inuidiā execrantes. Et interim minister ad hoc missus herodem capere moliebatur eumq̄ fallere ut extra murum procederet/ sicut sibi mandatū fuerat conabatur. Ille autē suspectos habere solitus ab intro barbaros & tunc minime dubitās in hostes incidisse litteras quā insidias p̄derent indicare nolebat/ quāquam satis idoneam cām Pacorus praetenderet/ epistolas portantibus obuiā ire debere/ nec enim aut ab hostibus esse captos/ aut quēquā de insidiis/ sed quā Phaselus gessisset his cōtineri. Iādudū aut ab aliis audierat herodes fratrem suū phaseli esse corruptū/ & hyrcanū filia Mariāne prudētissima foeminarū multis cū p̄cibus ne p̄deret orabat/ ne ue se crederet manifestis iā conatibus barbarorū. Adhuc aut Pacoro cū sociis deliberante/ quo nā modo clam pararet insidias/ nec enī fieri posset ut tāta sapientia uir ex aperto circūueniret. Noctē herodes cū p̄pinq̄uissimis sibi p̄sonis ad Idumaea ignariis hostibus proficiscit. Hoc cognito parthi eū p̄lequebant. Et ille matrē quidē fratresq̄ suos/ desponsatāq̄ puellā cū matre/ minimosq̄ fratres p̄tere ire iussit. Ipse autē caute cū famulis suis barbaros retēbarat/ multisq̄ p̄ oēs confictus interemptis/ ad castellū Masada p̄perabat. Grauiores autē in fuga parthis ludæos expertus est. Qui cū semp molesti fuissent/ a sexagesimo tamen ciuitatis studio aliquandū et acie decertauerunt. Vbi Herodes uictoria potius cū multis interfecisset/ ipsūmq̄ locū in memoriā clari facinoris adificatū locupletissima exornauit regia/ arcēq̄ in eo munitissimā cōdidit/ ac de suo noīe Herodion uocauit. Et tunc quidē cū fugerēt multi se applicabāt. Postea uero quā de Idumaea uenit occurrit ei frater Iosephus turbāq̄ sequentiū dimini p̄suadet/ nec enim capace esse multitudinis Masada erat/ aut supra quā nouem milium multitudo. Itaq̄ parauit herodes eius cōsilio/ & impares quidē necessitati p̄ Idumaeam dimisit cū uaticio/ lectissimos autē maximeq̄ necessarios tenuit/ atq̄ ita in castellū receptus. Deinde octingentos qui mulieres descenderēt/ itēq̄ commeatu qui satis esset obsessis ipse in petra ciuitate Arabiae prexit. Parthi autē apud hierosolymā in praedam uersi/ in fugientiu domos ac regia iruebant/ solis hyrcani pecuniis abstinentes/ quā.ccc. talenta superabāt/ aliorū uero spe minores inueniebāt. Quoniā Herodes iam pridem barbarorum perfidiam suspicās/ quicquid erat in opibus precio/ sum

sum in Idumaea multo ante comportauerat/ eiusq̄ sociorū itidē quicq̄ fecerat. Verumtamen postquā praeda potiti sunt Parthi ad hoc iniuriā processerunt/ ut omnem terram illam bello implicato reperierent. Marisa tum quoq̄ ciuitate uastata/ nec solum antigonum regem constituerunt/ uerum etiam Phaselum & hyrcanū uinctos ei tradendos. At ille Hyrcani quidem auriculas dentibus truncat/ ne solutus quidem mutatis rebus unquam pontificatum recipiat/ ab integris enim celebrari sacra oportet. Phaseli uero uirtute praeuentus est. Qui cum nec ferri copiam/ nec manus liberas haberet/ ad laxam fracto capite interit/ atq̄ ita probato q̄ uerus herodis frater esset/ Hyrcanusq̄ degene rasset uiriliter uita functus/ dignum operibus humanis obitum asecutus. Fertur tamen & aliud q̄ ex illa quidē plaga respuerit/ sed ueluti curandi eius causa missus ab antigono medicus uenenis malis uulnus expleuerit/ eoq̄ illam pacto peremerit. Vtrumuis autem uerum sit/ praclarum habet initium Deniq̄ atūnt eum priusquam efflaret animam/ cognito ex quadam muliercula q̄ Herodes euasisset dixisset. Nunc bono animo decedam qui ultorem inimicorum uiuum reliquerim. Ille quidē sic moritur. Parthi autem quamquam mulieribus caruerunt/ quas maxime cupiebant/ rebus tamen antigono apud Hierosolymā cōpositis/ uinctū in parthiam Hyrcanum ducunt. Herodes autem obstinatus in arabiam uelut adhuc uiuo fratre suo festinabat/ ut pecunias ab rege acciperet/ quibus solis exortā iti pro phaselo sperabat auaritia barbarorū. Erenim reputabat si arabas minus memor fuisset paterna amicitia/ animoq̄ liberali parcius/ uel mutuū ab eo sumere/ quod redemptionis causa praereteret/ pignori opposito ipsius filio quē redimeret. Secum enim habens fratris filiu septem annis natū. ccc. quā talenta dare decreuerat/ interpositis precatione Tyrii. Sed profecto studiū fortunā praueuerat/ & phaselo mortuo ne quicquā fratrem diligeret Herodes. Nō tamen uel apud arabas saluā esse amicitia repperit. Deniq̄ Malicus rex eorū praemissis qui haec admoneret/ quāprimū reuerti eū a sinibus suis iubet/ simulatione quidē parthos per legatos petisse/ ut Herodē arabia pelleret. Certa uero causa fuit q̄ uicē antipatro debitā negare proposuerat. Neq̄ beneficis ab eo p̄ceptis aliquid eius filius gratia responderet consolatione egentibus impudentia uero suaiores habebat/ qui antipatri uellent obuiare/ deposita erant autē circa eū potentissima. Proinde Herodes quidē ubi arabas ex ea causa hostes esse deprehendit/ unde amicissimos existimabat/ eaq̄ respondit/ nuntiis quos dolor imperabat/ aegyptū ueris rececit. Et prima quidē uespera in quodā agrētī sano dū post ueniētes recipiebant tendit. Postero autē die cū Rhinocorā puenisset fratris ei mors nunciat. Accepitq̄ tanto luctu quāto curae deposuit/ ibat ulterius. Itaq̄ arabē sero facti penituit/ & qui reuocarent eū quē cōtumeliose tractauerat uelociter misit. Herodes autē illi hoc in pelusiu peruenerat/ ibiq̄ transitu prohibitus/ ab eius rei speculatoribus retores adit/ & illi eū famā uiri dignitatēq̄ reueriti/ alexandriā p̄secuntur. Trāsgressus autē ad ciuitatē a Cleopatra honorifice susceptus est/ ducē sibi militū fore/ eum ad ea quā parabat existimante. Deceptus autē reginae p̄cibus/ neq̄ hyemis asperitate/ neq̄ marina discrimina/ quominus nauigare Romā exiit. Circa paphlū uero periclitatus maiore oneris p̄te relicta/ uix in Rhodu uehemētē bello Cassii sollicitante saluus euadit. Amicorū autē suos/ ptolomaei & Saphinē receptus hospitio licet rei pecuniariae p̄meret inopia/ maximā tñ adificat nauē/ trirēmē/ eaq̄ cū amicis delatus Brūdusiu atq̄ inde cōtinuo romā p̄fectus/ familiaritatis paternae gratia primū cōuenit antoniū/ cuiq̄ tā suas quā totius generis elades exponit/ quodq̄ affinis suis in castello at obfisione dei elictis/ aut hūe supplex nauigasset/ itaq̄ tanta miserationis casum miseratus antonius & memoria quidē iuncta cū antipatro dextere/ tūc uero ipsius q̄ erat cōtēplatione uirtutis/ et tūc regē cōstituerē p̄p̄/ fuit iudicorū quonā ipse tettrarchā ante fecerat. Non minus autē quā fauore herodis odio ducebatur antigoni. Hūc enī & seditiosum & Romanis inimicū esse arbitrabat. Caesarē quidē habebat multo quā ipse paratius renouantē antipatri expeditiones quas in aegypto cū eius patre prulerat/ & hospitū tūc & in rebus cunctis beniuolentiā/ cū praeter haec ipsius quoq̄ herodis efficaciam cerneret. Verūtū & senariū cōuocabat/ ubi messala/ & post cū attratinus astante Herode patris eius merita/ & ipsius circa populū Romanū fidē persequebatur/ quo simul & hostē antigonū demonstrarent/ nō solū q̄ intra breue tēpus bis dissidere coepisset/ uerū etiā q̄ antea quoq̄ populo Romano despecto parthorū suffragio regnū curauisset accipere. His autē cōmoto senatu cū antonius bello contra parthos gerendo/ utile esse dicebat herodē regem creati omnes assentiunt. Dimisso consilio antonius quidem & Caesar egrediebantur medium stipantes herodem. Consules autem cum aliis magistratibus antecesserant/ Caesarī hostias/ decretumq̄ senatus in capitolio deposituri. Primo autē die regni herodis apud Antonium coenatum est.

Antigonus inclusus tenet iosephum & alios qui etiam exeuntes quandoq̄ uincebant quandoq̄ aduerso casu reuertebantur. Venidius interim festinat iosepho & aliis fere auxilium/ sed placatus muneribus antigoni discedit. Herodes ex Italia reuertitur & contra antigonum summit exercitum/ castris positus declarat populo uenisse bono populi & non recordatus offensarum/ detegitur corruptio Sydonis ab herode q̄ ipse uinū & oleum & oīa necessaria deferri scripserit in hierichita. He/

rodes occupat ciuitatē & quingenta cacumina montium cōmittit bellū/ uictor reuertitur / Herodes multos in speluncis occidit/ pater septem filios cum matre occidit qui uolebant foedus inire cū herode & septem etiam desuper occidit/ reuertitur in Samariam contra antigonum dimisso prolemao praeposito qui ab eis occiditur/ occisus multis per herodem fertur/ in iosephus eius frater/ in iudaea frāgitur & moritur in Galilaea se confert/ uulneratur Herodes municipia multa occupat/ in fugā uertit/ aciem inimicorum/ ciuitatem ingreditur eladem fecit ex illis magnam sed ppter hyemis asperitatē non potuit Hierosolymam applicare/ interim uxorem ducit & in hierosolymam petit/ iterum oritur discensio in ciuitate/ Herodes iratus quoscuque possit occidit/ Antigonus ad pedes castrū profter/ nitur/ Herodes querit pacare ciuitatem/ & studiosos suos facere amicos/ Antigoniam nos neci tradere.

Cap. XXVI.

Herodem uero tempore antigonus apud massada inclusos obsidebat/ aliis quidē uictu necessaria abundantes aquae autem inopes. Vnde iosephus quoque frater regis cum ducentis familiaribus suis ad araba confugere cogitabat/ audito quod eorum quae in Herodem cōmiserat malichom poeniteret/ castellumque reliquisset/ nisi circa noctem qua egressurus erat plurimum imbrium contigisset effundi. Aqua enim repletis puteis fugiendi causa non erat utriam uero in antigoni militū eruptionis auderent/ multoque cum aperto praecio. nunc insidiis neci darent/ nō tamē illis omnia pro uoto cedebant/ sed ipsi quoque interdum cum aduerso casu reuertebantur. Interea dux romani militis Ventidius prohibito missus parthos a Syria post illos in iudaea uenit/ uerbo quidem ut iosepho/ & qui una obsidebantur ferret auxilium. re autē uera ut pecuniam auferret antigono. Itaque cū non longe ab hierosolymis tetendisset quaeita expletus/ ipse quidem cum plurima exercitus parte discedit. Silonem uero cum paucis ne furto deprehenderetur si omnes abduxisset reliquit. Antigonus autē sperans iterum parthos sibi adiumento/ Silonem interim placabat ut pēdente spe nihil iqueretur. iam uero nauē ex italia in prolemaidam deuectus herodes/ non parua manu coacta extra neorum atque gentiliū per Galilaeam aduersus antigonum properabat Ventidii & Silonis fultus auxilio/ quibus Delias ab antonio missus ut herodem in regnum adducerent persuasit. Horū autē Ventidius quibusdā turbas in ciuitatibus quae propter parthos euenerant componebat. Silonē uero antigonus in iudaea mercede corruerat. Non tamen herodes opis egebat. In dies enim singulis quo magis iter promouebatur/ augebantur eius copiae. Praeter paucos enim omnis in Galilaea cōsensit/ & propositū habebat primū necessarium Masada ut primū affines suos liberaret/ sed impedimento fuit iope. Hae enim prius quae hostilis esset exitenda uidebatur. ne dū ipse peteret hierosolymā/ tutamen a tergo aliquod inimicis relinqueret. Bēth Silo iungit agmina inuenisse gaudens/ resistendi occasione/ quod eū psecuto praemeret iudaeorum. Hos autē herodes paruae manus excusatione perterritos mature in fugā uertit/ & Silonē male repugnante periculo eripit. Deinde capta iope suos deliberatos ad Masada festinabat/ eū indigenarū alios amicitia paterna sibi sociaret/ alios ipsius gloria/ nonnullos utriusque micissitudo debita beneficiis plurimam tamen spes ut a rege certissimo. Itaque ualidissimas quassiebat militum copias/ & antigonus iter eius impediēbat/ loca insidiis oportuna praeueniens/ unde nullū aut minimū afferebat hostibus detrimētū. Herodes autē facile receptus ex Masada pignoribus suis & rebus/ a castello in hierosolymā perrexit. Cui se rā Silonis milites/ quae caetera de ciuitate iunxerūt/ uictū eius timore percussit. Castris autē positus in occidua regione oppidi custodes eius partis ipsum sagittis & iaculis impetebant. Ab aliis uero per cuneos excurrentibus primae frontis acies tentabatur. Herodes autē primo circa muros psonaria uoce declarati iussit/ populi se bono & ciuitatis aduenisse psona/ a nullo quae manifeste inimico repetiturū/ sed discordissimis et offensa/ obliuione daturū. Deinde cū allocutio/ bus cōtrariis per antigoni obstaret/ quo minus aut psonas exaudiret/ aut uolūtate murare quae possit/ quae reliquū erat suis sperat murorū defensores aduicere/ atque illi statim sagittis cum ceteris ex turribus in fugā uertit. Ibi quoque Silonis detecta corruptio est. Multis enim militū sabornatis quae rebus egeret se necessariis acclamaret/ pecuniāque alimentis posceret. atque hyemadi gratia in loca opportuna dimitti. Nā ciuitati praia deserta erāt. Ita oibus ab antigono ante pmissis & icitabat exercitū & ipse recedere conabatur. Herodes autē nō solū rectores quae Siloni parerēt/ sed et milites ubi essent plurimi cōueniēdo rogabat/ ne se desisteret quae sciret a Caesare & antonio & senatu deductū/ uno die pollicitus eos penuria soluere. Deinde hoc praecatus ipse in agros abiit/ taniāque his copiam cōmatus exhibuit/ ut Silonis oēs causatiōes pimeret/ simulque picipiēs ne uel in posterū ministrare desineret/ accolas Samariae per epistolas admonerat. Nā ciuitas eius se clientellae dederat/ ut alimenta & uinū & oleū & pecora in Hierichūta deferreret. Haec ubi audiuit Antigonus statim quae frumēto hostes phiberent atque insidias quibus opprimerent per agros dimittit. Illi quoque iussu obediūt/ & magna iam manus armatorum super hierichūta fuerat cōgregata. Discreti autē montibus insidebant/ si quae exportaret uictū necessaria speculantes. Non tamen herodes ociosus erat/ sed decē cohortibus comitatus/ quae romanorum & quae iudaeorum/ quibus pmixti erant etiam mercede conducti/ ac praeter ea paucis equitibus Hierichūta peruenit

ea peruenit/ & ciuitatē quidem uacua habitatoribus reperit/ quingentos uero cum mulieribus ac familiis montium occupasse cacumina/ & hos quidem captos dimittit. Romani autē in reliquam ciuitatē irruunt eaque diripere/ cū plenas domos offendissent omnigenū conditionū. Rex autē apud Hierichūta praesidio collocato reuertitur ad Romanos/ militem in his quae sibi cesserant ciuitatibus hoc est idumaea & Galilaea & Samaria hyematurum dimisit. Antigonus quoque/ Silonis corruptione metu/ ut ex exercitus parte lydus suscipere/ in antigoni gratia. Et Romani quidem armorū cura soluti rebus omnibus abundabant. Herodes non quiescebat/ sed idumaea duobus milibus peditū & quadringentis equitibus/ misso et fratre suo iosepho cōmouit/ ne quod noui cū antigono fieret. Ipse autē matre cū aliis quos ex masada liberauerat affinis suis in Samaria translata/ ibique tutissime collocata/ ut caeterae Galilaeae subueniret/ antigoni praesidiū expelleret proficiscitur. Cūque semphorim licet uehementissime ningeret peruenisset/ facillime ciuitatē capit/ custodibus eius ante egressionē fuga dilapsis/ ibique suis militibus quos hyems fatigauerat recreatis. Erat enim magna copia cōmatus aduersus latrones in speluncis agentes direxit animū/ qui praeterquam illius regionis incurralantes/ non minoribus quā belli eladibus afficiebant. Praemissis autē tribus peditū cohortibus unaque equitum in uicinis cum arbella/ ipse diebus quadraginta post cum reliqua manu supuenit. Nec tamen incursum hostes extimere/ sed armati obuiam procedebant peritia bellatoris fisci & ferocitate latronis. Denique/ filio cōmissio/ dextro ipsis cornu finitū herodis in fugā pellitur. Ille autē de suo dextro circumgenis ue lociter subuenit/ & suos quidē a fuga retrahit. Irruendo autē in hostes impetū persequentiū refrenabat donec a fronte pugnatis uolūtate cōcesserūt/ quae in eos usque ad iordanē caedēdo psequeretur/ & magna fugientiū parte perempta. caeteri trans flumiū disiecti sunt/ & Galilaea metu est purgata/ nisi quod in speluncis latitantes reliquerāt/ eorumque causa diutius ibi morandū fuit. Quāobrem primū laboris fructū militibus rependebat. et numerū dragmas singulis diuidendo/ eorumque rectoribus multiplicatā sumā ad hiberna mittendo. Pherozē autē fratri minimo scripsit ut & foro uenaliū consuleret/ murosque castellū alexandriū Gingeret/ quae ab illo curata sunt. Itaque circū athenas uersabat antonius. Ventidius autē ad bellū cōtra Parthos silonē atque quaedam acceperit/ mādato eis per epistolas ut iudaea statim ante cōponerēt. Sed herodes libenter ad Ventidii silonē dimisso/ ipse aduersum latrones in speluncis habitantes mouet exercitum. Itaque autem speluncae in praeruptis montibus erat undique inaccessible/ trāsiu foscis tantum ac per angustos ascensus habebat saxumque ab earum fronte usque ad fauces altissimas pertinebat/ rectum uallibus imminēs/ ut aliquādiu quidem rex incertus esset pro loci difficultate quid ageret. Postremo autem munimine ueretur satis incauto. Etenim ualentissimus quisque dimissis arcibus exponeretur in hostia speluncarum. Hic cum familiis eos mactabant/ ignemque repugnātibus iniiciebat. Cūque aliquos ex his cōseruare uellet/ Herodes/ ut ad se accederent uoce praconis edixit. Sed illorū neque uoluntarie se quisquam et tradidit. Sed quos uis cogerat/ multi eorum mortem captiuitati praetulerunt. Vbi etiam senior quidam septem filiorum pater orantes cum matre pueros ut egredi sibi ad foedera pmitteret occidit/ hoc modo iussit singulis exire/ ipse ad hostium stabat/ & prodeuntem quemque filiorum trucidabat. Herodes autem e spelunca hae prospiciens/ & dolore conficiebatur/ & ut filius parceret/ seni dexteram cū praecibus porrigebat. Ille autem dictis eius nequaquam mitior factus/ insuper uelut humilis animi contempsit herodem. Et post filios occidit/ uxorem deiecitque/ de super mortuis postremo semetipsum precipitem misit. Speluncis & qui in his erant ita subactis. Herodes relicta exercitus parte quantum ne quis rebellare tentaret satis esse arbitrabatur/ eique/ Ptolemao praeposito in Samariam rediit/ armatorum quidem tria milia/ sexcentos uero eques in Antigonom ducens. Tuncque propter eius abscissum nacti licentiam quibus Galilaeam turbare mos erat/ Ptolemaum uero militum rectorē aggressi/ nec opinantem interficiunt. Agros autem uastabant in paludibus atque in abditissima loca refugientes. Quibus cognitis herodes mature succurrit/ & magnam quidem multitudinem morte consumit. Omnibus autem castellis obsidione liberatis huius mutationis causa multam exigit a ciuitatibus centum talenta. Iam uero parthos expulsus occiso etiam pacore Ventidius antonii literis monitus equū mille/ auxilia duarum cohortū aduersus antigonū mittit herodi. Eorū autem ducem Macharam ut se adiurum ueniret/ per epistolas rogauit antigonus/ & de uita herodis multa conquestus/ & pecuniam dare pollicitus. Sed Ventidius nec enim a quo missus erat negligendum putabat cum praesertim plura daret herodes proditione quidem ei non parui simulata/ uero amicitia res antigoni exploratum perrexit non admissio herodis consilio disuadentis id fieri. Antigonus autem quia praesensit quid cogitaret ciuitatem ei clausit/ & tanquam hostem ex moenibus ulcisceretur. Donec Macharam incepti puduit/ & in amathunta ad herodem recessit. Iratus autē quod res aliter cesserat quoscuque iudeos offendisset interficiebat/ nec uel herodianis parceret/ sed antoniam omnia abutebatur. Haec cum agere ferret herodes in Macharam quidem uindicare uoluit/ tanquam in hostem iracundiam uero repraesentit/ & ad antonium approperebat/ apud eum acculatus/ Macharam iniquitatem. Ille autē delicta sua reputans uelociter regem consequitur/ utque in gratia

dicebant/ purgationisq; suæ fidē rebus ipsis posse constare/ utrū quoq; ipsum debere omnia facilitate credēdi aditū maledictis obstruere. Nunquā enim calumniatores defore/ dū cū psuaderetur exibat. Cum his eū mature placuissent/ qui ut patrē præsentī metu reiecto de post futuris merere cōperūt. Etenim cognouere Salomen sibi esse infensam/ & patruū Pherorā/ utriq; autē scui & graues erat/ sed amplius pheroras qui totius quidē regni præter diadema socius erat/ proprios autē redditus habuit/ & talenta toriusq; trans iordanē fructus ipse caperet a fratre sibi dono data. Quin etiā tetrarchā eū fieri beneficio Cæsaris idē Herodes imperauerat/ regaliq; conugio dignatus erat/ sorore uxoris suæ nuptum ei collocata. Et post illius mortē desponderat ei filiariū suarū maximā. ccc. talentis in dotem datus. Sed regale conugium pheroras ancillā amore captus refugerat. Quamobrē iratus Herodes si liam quidē nuptū dedit fratris filio/ qui post a parthis occisus est. Mox autē morbo pherore uenia data indignatiōem remisit. De hoc etiā erat opinio q; uiua regina herodē opprimere uoluisset ueneno. Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat/ ut quamuis amantissimus frater esset herodis/ fide tamen eorum quæ audisset adduceretur ad metū. Itaq; de multis qui suspecti erant habita quæstione postremo ad pherorā amicos uenit/ quoq; nulla quidē fuit de maleficijs aperta confessio/ sed q; amica suspecta in Parthos cogitasset effugere prodiderūt. Huius autē consilii & fugæ consciū esse Castobarū Salomes maritū cui rex eā tradidit. Postquā superior adulterii causa pemptus est/ sed nec Salomæ criminatione libera manserat. Nā & hinc pheroras accusabat q; cū Sylleo procuratore obedire regi Arabum de nuptiis constituisset quem inimicissimū Herodes haberet/ conuicta autem & in hoc & in omnibus/ quæ pheroras detulerat indulgentiam meruit/ atq; ipsam etiam pheroram criminibus soluit. Domus uero tempestas in alexandrum transit/ totaq; capiti eius incubuit. Tres erant eunuchi regi carissimi/ & ex genere famulatus neminem id latebat. Vni enim uinū ministrare fuit cura/ alteri cocenam apponere/ tertius autem dormitium eum collocabat/ & cum ipso cubabat/ his muneribus maxime Alexander cupiditati suæ subiecerat. Itaq; postquam regi hæc sunt indicata/ uel tormentorum coacti & stuprum confessi sunt/ & quibus essent ad hoc promissis inducti aperuerunt/ quomodo eos fecisset Alexander nullam in herode spem habendā esse/ improbo sene commemorans/ & qui capillos inficeret/ nisi ob hoc solum ut eum etiam adolescentem putarent/ uerum se coli oportere/ qui etiā inuito eo regni esset futurus successor. Neq; multo post ab inimicis poenas repeteret/ fortunatosque amicos suos beatosq; faceret ac præ cæteris ipsos. Quin & obsequia potentium Alexandro clam parare/ militūq; rectores. Itemq; ordinū principes occulte ad eum conuenire dixerunt. Hæc herodes adeo pertimuit/ ut non auderet statim delata proferre/ sed exploratores die noctūq; submittere dicta factaq; singula scrutabatur/ & de quibus suspitio esset illico trucidabat. Itaq; regnum eius acerbissimū iniquitate repletum est. Nam pro suo quisque odio uel inimicitiiis calūnias fingere/ multiq; regis iracundiā cedis cupida contra aduersarios abutebantur/ & mendacio quidem confestim fides habebatur. Erant autem criminationibus ipsis uelociora supplicia. Deniq; accusabatur qui modo accusa uerat/ & cum eo qui ante iustus esset ducebatur ad poenam. De uita nam; periculum regis quæstiones breuiores cōpendio terminabat. Ad hoc autem saeuitia processerat/ ut nec eorum quemquā humanitas aspiceret/ qui accusati non essent/ uerū etiam amicis inimicissimum sese præberet. Itaq; multis etiam regno interdixit/ & in quos potestatem non haberet in eos dictis asperis saeuiebat. Accessit malis antipater collectaq; amicorū caterua nullum criminationis genus omisit. Tantus etiam ineptia sua regem commentisq; delatorum timor inuasit/ ut stricto instare sibi gladio uideret Alexandri. Deniq; subito & ipsum correptum in uincula coniecit/ & in amicorū eius tormenta perrexit/ multi autē taciti moriebantur/ nulla uita supra conscientiam proditi. Alii uero quibus mendaciū impatentia doloris extorsit/ de patris eum insidijs cū fratre aristobulo cogitasset dixerunt tempusq; obseruare/ ut illo dum uenaretur occiso Romam profugerent. His tamē uerisimilia non erāt/ sed necessitate cruciatu/ eus ex tempore fingebantur/ libenti tamen animo rex credebat pro consolatione accipiens uincti/ fuit ne id fecisse uideretur iniuste. Verum alexander suspitionē patris nullo modo abolere posse arbitrabatur/ uelto malis assentiendū putauit ac digestis aduersus inimicos. iii. libris fatetur insidias/ eorūq; se plurimos socios habere profcribit/ ante omnes autē Pherorā & Salomen. Hanc enim etiā stupro sibi quondam esse mixtam/ cū uim noctu adhibuisset inuito. Iamq; libri in manibus erant herodis/ multa & grauiā de optimatibus fere clamantes cū mature in iudeam Archelaus uenit metuens genitro simul ac filiaz quibus etiam prouidentissimo consilio succurrerit/ regisq; minas arte dissoluit. Mox enim cum eo congressus ubi nam esset clamat exitialis gener meus/ aut ubi parricidiale caput aspiciat quod meis manibus ipse lacerabo/ addamq; filiā meā bono marito nouo. Nam & si cōsiliū particeps non est/ quia tamen eiusmodi uiri coniuux fuit inquinata est. Miror autem patientiam tuam cuius piculum agitur/ q; adhuc uiuit alexander/ ego nam; ita ex Cappadocia properans ueniebam/ ut qui & illum olim reperirem dedisse supplicium/ & de filia quæstione tecum haberem/ quā uita atq; dignitatis cōtēplatione illi desponderā. At nūc de utroq; nobis cōsulēdū est/ licet nimium pater sis & ad puniendum

puniendū insidiatorē filium inuis fortis. Permutemus dexterās & alter alterius iracundiā nīcariā succedamus. Talibus increpans quamuis pertinacem fallit Herodē. Itaq; quos Alexandr p̄scripserat libros legendos ei praeber singulisq; capitulis iustificans eū eo deliberabat. Vnde occasione sui consilii nactus Archelaus paulatim causas in eos qui scriptis cōtinebant & in Pherorā contulit. Cū autē sibi crederet regē uideret/ confiderandū est inquit ne forte adolescentulus tot nequissimorū insidiis circum ueniat/ non tu ab adolescentulo/ nec enim apparere cām cur in tantū ruerit scelus qui & nunc regno potiret/ & successione regni speraret nisi aliquos haberet huius p̄suasionis auctores/ qui ad sinistram partem lubricū aetatis impellerent. Ab eiusmodi namq; hoibus non solū adolescentulos falli/ uerum etiā senes domosq; clarissimas totaq; regna solere subuerti. Cōscientiebat dictis Herodes iramq; paulatim remittebat in alexandro/ & in Pherorā excitabat. Namq; hoc erat laborū quattuor argumen/ rum/ qui ubi p̄pensionē esse regis aīam sensit/ & in oibus apud eum amicitia Archelai p̄ualere/ quā honeste non possit ex impudētia salutē quaesuit. Relictōq; alexandro confugit ad archelaum. Et ille non inquit uidet quo fe pacto eximat tantis criminibus inuolutū/ quibus manifeste conuinceretur regem insidiis uoluisse decipere omnīq; malorū p̄sentū adolescenti cā fuisse/ nisi malit omīssis artibus callidis & negandi pertinacia quibus insimularetur oīa confiteri/ & a fratre p̄sertim cū dilectus esset ueniam petere. Namq; ad hoc ei modis oibus se quoq; opem laturū/ paruit archelaus Pheroras/ atrag; ueste cū lachrymis ut quā miserabilis appareret instructus ad pedes Herodis accessit. Itaq; meruit ueniam postulans/ & fe quidē sceleratū esse fatebat. Namq; oīa quae sibi obicerent fecisse. Horū autē causam esse dicebat diminutionē mentis atq; infaniā ex mulieris amore conceptā. Itaq; postquā stetit Pheroras femetip̄e accusator ac testis tunc eū iam archelaus excusando herodis iracundiā mitigabat propriis usus exemplis. Etenim fe quoq; a fratre multo grauiora perpessum. Naturale ius dicebat anteposuisse uindictā quippe in regnis uelut in magnis corporibus semp aliquā partē p̄dere ipso tumescere/ quā recidi quidē non oportet/ leuius utro curari. Multa in hunc modū locutus archelaus. Herodē quidē Pherore placidū reddidit/ ipse autē alexandro tādū manebat iratus filiāq; ab eo distrahctā secū abducturū esse firmabat/ donec Herodē compulsi ultro pro adolescentulo deprecari/ ut iterum ei filiam desponderet. Satis autē cū grauitate archelaus cui uellet eā p̄ter alexandro colloca ri p̄miser/ maxime enim impendere quae iura inter se affinitatis inuiolata permaneat/ regē autē sibi filiū ab eo donatū infirmante nisi matrimoniu dīremisset q; & liberis iam haberent/ uxor quoq; ab adolescente dīgeret/ quae si remaneret/ peccatorū foret obliuio/ si uero discederet cā de oibus desperandi molliorē namq; fieri audaciā/ si domesticis affectionibus distraha. Vix tandē cessit/ unaq; & ipse rediit cum adolescente in gratiā & patrē eius reduxit. Proculdubio tamen eū Romā mitti debere ait eū Caesare collocaturū/ de oibus enim sese litteras ad eū fecisse. Consiliū quidē archelai quo generū periculo liberauit peractū erat/ & reintegrata gratia in epulis & humanitate conuictus familiariter uersabantur. Ab euntē autē muneribus talentorū septuaginta/ folio quoq; aureo gemis ornato. Et eunuchis & cōcubina donat Herodes quae pannychis uocabat. Itēq; amicorū eius quīq; pro merito qui & cognati regis oēs iussu eius Archelao dono dederunt/ eiq; tam ipse quā optimates eius antiochia usq; profecti sunt. Non multo autē post quidā in iudaeā uenit archelai consiliis multo potētiōr qui non solū reconciliationē gratiā alexandro quaesitā fecit irritā/ uerū etiā causa fuit ut periret. Laga erat genere noie Eurycles ad regni desiderū amore pecuniā corruptus. Iam enim luxum eius regia tolerare non poterat. Is amplissimis donis Herodi oblati/ uelut eorū quae aucuparet illecebra/ cū statim multiplicata recepisset immaculatā liberalitatē nihil esse ducebat/ nisi regnū sanguine comparasset. Itaq; regē adulatione falsiq; de ipso laudibus & sermonis calliditate circūuenit/ matureq; pro spectro eius ingenio dictis simul & factis ne illi placerent inter primos eius amicos habet. Nā & rex & omnes eius comites libenter eius spartae patriae causa p̄cipio dignū honore ducebāt. Ille autem postq; fragilitatē domus animaduertit/ fratruq; inimicitias & quēadmodū pater in singulos esset aīatus/ Antipatri quae quidē hospitio p̄uictus erat. Simulata uero amicitia fallēbat Alexandrū olim fe & archelai sociū esse mentitus/ quo etiā citius quasi probatus obrepfit. Moxq; ab eo fratri quoq; Aristobuli cōmendatus est. Pertentatis autē personis oibus aliā modo subibat/ ac primū sit antipatri mercenarius & alexandri proditor/ illū exprobrando castigans q; cū fratru sit maximus spei suae negligit insidiatorēs. Alexandrū uero q; regina creatus & regiae cōiugis uir filiū priuatae mulieris patere tur regno succedere. P̄sertim cū habeat magnā occasione Archelau quae quidē adolescenti uera fide suadere uidebat q; amicitia simulasset archelai. Vnde nec alexander quicquā metuens & de antipatro quae se mouerent apud eū quaerebat/ & q; nihil mirū faceret Herodes si cū matrē illorum in/ teremerit/ ipsi quoq; regnū auferret/ quorū causa Eurycles & misereri eos & dolere pariter simulās etiam aristobulum ad ea dicenda pellexit. atq; ita quaerelis in patrem utroq; deuictū referens ad antipatrum secreto discedit/ afflicto insidiarū quoq; mendacio quas ei fratres firmasse parabat/ ac pene iā stridis gladiis in eum irruere. Ob hoc autem multa pecunia donatus ab antipatro laudator eius erat

apud patrē

apud patrē/ & ad extremū necis Alexandri & Aristobuli redempta opera ipse accusatoris partibus fungebat. Cūq; adisset Herodem uitā ei fe rependere beneficiis sibi pro delatis & lumen referre dixit hospitio. Nāq; olim alexandru exacuiffe gladium & cōfirmasse dexterā/ uerū sceleri tanto fuisse impedimēto q; societate facinoris assimilasset. Alexandrum enim dicere non bene fecit Herodē actū putare/ & regnū obtinuisse alienū & post matris eorū necem principatum eius dilacerasset/ nisi eam degenerem coaptaret herodē/ aurumq; ipsorum regnū antipatro spurio propinaret. Proinde semet Hyrcani manes & Mariannes ultum iri. Nec enim decere successione regni ab huiusmodi patre sine eade suscipere/ multis enim rebus ad hoc excitari quotidie/ quia nihil oīno loqui sine calumnia liceret. Nam si de nobilitate aliorū fiat mentio sine ratione fe cōtumeliis affici patre dicente solus generosus alexander/ & cui pater sit pro ignobilitate decori inuentiohis quoq; offendere si taceat. Si uero laudet cauillatōrē appellari/ prorsus ubiq; immitte sibi patrē offendere/ soliq; Antipatro indulgentem/ ob quae uelle mori non recusat/ nisi ex uoto insidiae successissent/ sin eum occidisset/ primū salutis occasione fore archelau locerū suam ad quē facile possit effugere. Deinde Caesari/ qui nunc usq; ignoret mores Herodis/ nec enim sic ei astaturū ut antea patris praesentia formidando/ nec de suis tantum criminibus locaturū/ sed primū totius gentis aerūnas/ & quos ad necem usq; tributis opprimerec uulgaturū. Deinde in qbus delitiis quibusq; actibus partē sanguine pecuniā consumptā sint & qui uel equales ex illis fuerint locupletari/ qua causa ciuitates plagata/ ibi autē quaesiturū/ & aut matris necē/ & omnia sceleris regis retexturū/ qbus cognitis nemo se iudicauerit parricidā. His Eurycles in alexandru falso delatis antipatri laudes p̄sequatur illū solū q; patrē diligeret esse confirmas/ quiq; adhuc insidias retardasset. Rex autē nondū praeritat suspicionis dolore cōpresso/ intolera bilis iracundiā feritate turbatur/ in hoc tps nactus Antipater alios accusatos fratribus subornauit/ q; eos dicerent eū iocundo & Tyranno clam colloqui solitos/ eū equitū regis olim principibus/ tunc uero propter quādam offensiones ordinibus motos. Hac deniq; praedignatione successus confestim eos tormentis Herodes subdidit. Illi autē nihil eorū fe quae crimini darent scire confessi sunt/ sed oblata est quaedā uelut ad praepositu castelli Alexandri ab alexandro scripta epistola deprecante/ ut eū aristobulo fratre se in castellū reciperet/ si patrē interfecissent/ tā armis quā aliis subsidiis eos ut pmitteret/ hanc Alexander Diophanti cōmentū esse dicebat/ qui regis erat notarius homo audacissimus & cuiuslibet manus litteras imitari p̄callidus. Itaq; multis saepe falso cōscriptis ad hoc postremo ocus eius est. Toto autē castelli quoq; praeposito/ nec eius iudicio quicquā Herodes eorū quae delata erant uera esse cognouit. Sed quāuis nullū documentū ualidū proferretur/ filios tamen interm absolutos asseruari praecipit. Eurycles uero domus suae pestē ac totius sceleris fabricatorē bene de fe meritum datorēq; salutis appellans/ talentis quinquaginta donauit. Ille autē priusquā certū fama nunciaret ad archelau p̄perat/ aususq; dicere/ quod Herodē reconciliaffet alexandro/ ab illo quoq; pecunias capite. Deinde in achaiam transgressus ad similia facinora male quaesitis abusus est. Postremo apud Caesare accusatus quot diffensionibus repleuisset achaiā & ciuitates spoliare/ inde fugat/ atq; hoc enim mō poene alexandri & aristobuli p̄secute sunt/ hoc loco dignū est Coam Euaristū huic Spartiatae cōferre. Namq; cū amicissimus esset alexandro/ eodēq; tpe quo Eurycles ibidē erat aduenisset/ p̄contanti regi sup his quae ille insimularet/ iuratus nihil se ab adolescentibus audisse firmauit. Nec tamē id quicquā miseris profuit apud Herodē solis maledictis aures paratissimas aperiente eūq; gratiosissimū sibi iudicātē/ qui secū eadē crederet/ hūsdēq; moueret. Incirabat praererea Salomae crudelitatē eius in filios. Namq; hanc aristobulus quo periculis inuolueret/ quā & socrū habebat/ & amicitia monitū miserat/ ut saluti suae cōsulere/ quasi rex eam decreuisset/ occidere iterum insimularet/ quocū ante fuerat accusata quot enim Syllae arabi nubere cupiens quē sciret eius inimicū/ occultā illi secreta regis nūciaret. Et hoc fuit extremū quo tanquā tempelitate oppressi adolescentēs/ non secus a turbine p̄fundati sunt. Salomae enim protinus cōtēdē ad regē eiq; monita aristobuli p̄dit/ atq; ille ulterius durare non passus/ utruq; filiū uinxit/ & separatōs asseruari praecipit. Deinde Volamniū militae magistrum/ & ex amicis suis Olympū descripsit feretes indicia proficisci iussit ad Caesare/ quo postq; Romā naui delati sunt/ regisq; litteras reddiderūt/ uehementer quidē Caesar in adolescentēs exaruit/ uerū etiā potestatem in filios a patre auferendā esse non dedit. Deniq; rescribit ei ut ipse sui dominus esset arbitrii/ melius tamen factū eum dicens/ si in communi consensu propinquorum suorum prouinciae/ rectorū de insidiis quaerere/ eolq; si delato crimini reperiret/ astrictos occideret. Si uero fugam tantū esse meditatos in medio supplicio contentus esset. Paret scriptis Herodes/ eunq; Beryum quo Caesar iusserat peruenisset/ cogit iudicium. Praesederunt autem iudicio rectores quibus a Caesare scriptum fuerat/ Saturninus & Pedani legiti/ & cū his Volamnius procurator. Itēq; propinq; regis & amici necnon & Salomae & Pheroras/ & post hos optimates Syriae praer archelau regem. Namq; hunc Herodes q; alexandri soer esse suspectum habebat. Sed filios quidem satis prouido consilio in iudicium nō pro duxit/ sciebat enim q; si tantū uirū fuisset/ oīni modo ad misericordiā eunq; impelleret/ si uero

etiam

etiam dicendi copiam nacti essent facillime alexandrū obiecta diluere. Igitur illi quoque custodieban-
tur in Platane uico Sidoniorum. Exoritur autē rex ueluti cum præsentiū ageret commouebatur &
insidias quidem timide obiecit. Nam probatioibus deficiente maledicta uero & pbra & iniurias
& peccata plurima in se admissa prosequitur; eaq; morte grauiora esse confessoribus demonstrabat.
Postremo cum nemo contradiceret semetipsum argui miserabiliter quæstus acerbamq; uictoria uin-
cere singulos sententiam rogat in filios & primus Saturnius condemnandos esse adolecētulos; sed
non morte pronunciauit; nec enim fas esse cū tres ipse astātes habet filios mortem alienis decernere.
Idem etiā duobus legatis uisum est; eorūq; nonnulli alii securi sunt. Tristem uero sententiā primus Vo-
lumnus dixit cunctiq; post eum Herodis emulatione uel odio; neq; indignatione quicq; necandos es-
se adolecētulos iudicauit. Tunc autem uniuersa iudæa & Syria suspenſa quidem operiebatur huius
tragœdiæ finem; sed nemo æstimabat Herodis crudelitatem ad parricidium usq; processurā. Ille tantū
filios Tyrum traxit; atq; inde naui Cæsaream deuectos quo mortis genere periret cogitabat. Intē
rea uetus quidā regis miles Tyro nomine; qui & filium habebat Alexandro asuetum atq; amicū
& ipse diligebat adolecētulos; præ nimia indignatione mentis in postremo hos circumiens cla-
mitabat conculcatā esse iustitiam ueritatem periisse; naturam esse confusam; uitamque hominum
iniquitatis esse plenam; & omnia quæ dolor contemptori uitæ distulisset; deinde ipsū etiam regem
ausus adire; mihi uero inquit omnū uideris esse infœlicissimus; qui contra carissimos nequissimos cre-
das. Siquidem Pheroras & Salomæ fidem apud te aduersus filios habent; quos sæpe ipse; mortis sup-
plicio dignos esse iudicasti; neque aduersus hoc eos agere; ut iustis successoribus destitutus cum solo
remaneas Antipatri capi facile regem optantes. Veruntamē cogita ne ille quoq; militibus odiosus;
sit; ppter eadē omnū fratru. Nullus enim est qui nō adolecētū miseret. Principū autē plurimi etiā
palā grauitate ferunt. Hæc dicens simul eos quibus res indigna uideret nominabat. Rex autē statim il-
los & ipsū cū filio cōprehendi iubet. Ibiq; cū aliis quidā regalis tōsor nomine Trypho; nescio qua
exagitatione infania semetipsum indicans prostrat ac mihi quoq; Tyro inquit iste persuasit ut occasio/
nē tondendi nouacula te occiderem; magnaq; alexandrū daturū munera pollicebat. His auditis Hero-
des & Tyronē eiusq; filiū; & tonsorem subdidit quæstioni. Cūq; illi pregarer; tonsor autē amplius
nihil diceret Tyronē uehementius torqueri iussit; tū quæ filius eius patris miseratione cōmorus cun-
cta fe regi; si eū sibi cōdemnasset indicaturum promisit. Eoq; relaxato ipſius occidendi patrē suū ha-
buisse uoluntatē; dixit impulsū ab Alexandro. Hoc autē quibusdā factū ab adolecente uidebat; quo
tormētis eriperet patrē. Nonnulli uerū esse firmabant. Herodes tamē & militū principibus & Tyro
ne p cōsione accusatis; ita in eos armauit populū; ut ibidē cū tonsore lignorū & lapidū ictibus interir-
rent. Filios uero in Sebasten missos; quod non longo a Cæsarea intervallo distaret; offocari precepit
eaq; re mature pfecta in castellū Alexandrium mortuos a portari eū Alexandro materno uo sepeliē-
dos. Hic finis quidē Aristobulo & Alexandro uitæ fuit. Antipatrū cū iam sine controuersia successio-
nem regni speraret; inolerabile gentis exceperat odiū cunctis scientibus illū omnes fratribus suis con-
seruisse calumnias; nihilq; minus timor eū non mediocri sollicitate crescente; fobole peremptorū.
Erant enim Alexandro ex Glaphyra filii duo Tygranes & Alexander; itemq; Aristobulo ex Beroni-
ce Salomes filia Herodes & Agrippa & Aristobulus; filiaq; Herodias & Marianne. Sed Glaphyram
quidē Herodes cū dote sua in Cappadociā dimisit postquā Alexandrū interfecit. Beronicē autē Ari-
stobuli cōiugē auūculo antipatri nuptū dedit; q ut Salomen quā offensam habebat sibi reconciliare
istas nuptias excogitauit. Idem uero etiā pherorā muneribus aliisq; obsequiis; ut amicos præterea
Cæsaris amicitia; magnas Romā mittendo pecunias. Saturninū enim cū aliis oibus apud Syriā do-
nis expleuerat; hoc autē magis inuisus erat cūctis q; plura donabat; uelut opes tantas nō munificentiā
largiret; sed metu cōsumeret. Itaq; eueniebat ut nec accipientū beniuolentia quicq; pfererit; qbusq; ni-
hil dedisset acerbioris inimicos haberet. In distributionibus; munerū quotidiē largior erat; cū præter
spem uideret orbos pueros ab Herode curari quantūq; illū pemptorū cædis poeniteret prolis cogē; mi-
seratione significari. Conuocatis enim ppinquis ac amicis suis; & pupillis astantibus cum lachrymis
opplectet oculos dixit; horū quidē mihi patres fortuna quædā tristis eripuit; ipsos autē orbitatis miseri-
cordia cū natura cōmēdat. Experiat itaq; ut si pater infortunatissimus fui; auus tamē sum prouidētior
& a qbus post me regant amantissimos mihi relinquā. Despondeo igitē filiā tuā pherora maximo si-
licet Alexandri ut ei curator sis necessarius. Tu uero antipater filio; Aristobuli filiam; eris enim
hoc modo pater orbata. Sororem uero eius meus Herodes accipiet; & pontifice uo materno pro-
gnatus. Et de his qdem sic iudicium meum; neq; qquam dirimet quin me amabit. Precor autem de-
um etiam bono regni mei; meorumq; nepotū copulare nuptias; atq; hos pueros placidioribus quam
patres eorum oculis aspicere. Postquam hæc locutus esset; & pueros dexteras iunxit; benignis-
sime cōsaluatis singulis dimisit consilium; statim dirigit antipater quantumq; dolore affectus esset
neminē latuit pupillorū. Namq; honorē apud patrem quoq; sibi derogatum; æstimabat; iterumq;

de rebus

de rebus cunctis periculum fore si alexandri filius præter archelaum etiam Pheroram adiutorē ha-
beret; ad hoc reputabat odium suum & orbitatis miserationem qua tota gens flectebatur quanto ui-
uentū pueros studio; & quanta memoria mortuorū; scelere teneretur iudæi. Itaq; omnimodo di-
rimere sponsalia studuit; & callide quidem patri surripere timuit facienti; acriterq; uigilanti ad su-
spiciādū. Palam uero eū supplex adire ausus est coramq; deposcere; ne se honore priuari quo dignum
esset; iudicasset; nūdq; regis nomen habere uellet; regni autem substantiam penes alios esse; nec enī
posse rerū obtinere dominatū; si præter auum archelaum etiā pheroram alexandri filio perceret ad-
iunctus. Instantissime uero præcabatur; quia numerosa esset regia progenies nuptias permutari. No-
uem namq; regi uxores erant; sed harum septem unde filios susceperat ipsū antipatrum ex Doride
herodem autē ex Mariāne pōtissimā filia; itemq; antipā & archelaum; ex Malthece Samaritide filiaq;
Olympiadem; quam frater eius iosephus habuerat; ex hierosolymitide uero Cleopatra herodem &
philippum; necnon ex pallade phaselum. Habebat autem filias quoq; alias Rhaxoen & Salomen;
unam ex phædra; & alteram ex Elpide; duasq; uxores sine filiis cōsobrinā & sororem ac præter has
alexandri & aristobuli sorores duas ex Mariāne. Cum igitē tāta prolis copia superesset aliter nuptias
iungi postulabat antipater. Rex autē perspecto eius animo quid de pupillis cogitaret uehementer ira-
tus est; quippe filios; quos interfecerat casum reputans formidabat; ne etiā hi quandoq; criminatio-
num antipatri præmium fierent; sed tunc qdem seioribus dictis protelat. Postea uero blanditiis eius
abductus sponsalia reformauit ac primū ipsi antipatro aristobuli filiam collocat; filium uero eius iū-
gie filia pheroræ. Hinc licebit aduertere quantum antipatri ualuerit adulatione; q ipsi in simili causa im-
petrare Salomæ non potuit. Hanc enim quāuis soror esset; atq; hoc sæpe intecedente; Iulia uxore cæ-
saris postulasset arabū regi nubere nō passus est; sed inimicissimā sibi fore iurauit; nisi ab hoc studio
desistisset. Posteaq; inuitam alexandri; quidam ex amicis suis in matrimonium dedit; eiusq; filiarum unā
alexandri filio; alteram antipatri auūculo tradidit. Natarum autē mariānes una fororis filii habebat
antipatrū; altera fratris phaselum. Sic interrupta pupillorū se antipater & pro sua cōmoditate affini-
tatibus iunctis expectatione certa nitebatur adiectaq; malignitati fiducia nequaquā erant tolerabilis;
nam quia singulorū odium uitare nō potuit; securitatem sibi extorqueere quærebat; sola uero Salomæ ad-
uersabatur eorum concordia; quodq; non bono regis coiret apud ipsū infimulabat. Cognita uero
eius delatione mulieres quoq; herodes ægre tulisset aperto quidem conuenta & familiaritate abſti-
nerunt; cōtra uero etiā discordare inter se rege audiente simulabant. Cū his colluderet antipater; ut
palam pheroræ minimæ dubitaret offendere; occultos aut ceteros & nocturnas cōmestrationes habe-
bat; earūq; cōfessionē fecit obseruatio firmiorē; cū horum nihil ignoraret Salomæ; sed herodi cūcta
nunciaret. Ille autē ardens iracundia maximaq; contra pherorā; cōiugē q; eā præ cæteris accusaret sa-
lomæ conuocato cognatorū; amicorūq; cōsilio; & talia multa mulieris & filiarū cōrumelias criminis
dedit; quodq; phariseis mercedē contra p̄buisset; fratresq; sibi hostē reddidisset; expugnātū uenenis.
Postremo conuersus ad pherorā; utrū ait; se fratrem an uxorē uellet optare. Cūq; ille se citius uita dixisset;
quā coniugē caritū incertus quid ageret ad antipatrū sermonem contulit; ac ne cū pherora uel
eius coniugē; aut quouis alio qui ad eum pertinere; unquā colloqueret edixit. Verū ille palā scepta
culto diēs in occulto cū his pernoctabat. Metuēq; obseruationē Salomes per amicos in italia degen-
tes ut Romā proficisceretur effecit; ipſorū; perlatis litteris ubi antipatrum aliquanto post tpe ad Cæ-
sarē mitti oportere p̄scriberet. Igitur Herodes nihil moratus eū misit cūctis quæ usui foret; magnaq;
pecunia liberaliter instructū. Testamentūq; una portandū ei dedit in quo. Rex ipse antipater inferi-
bus erat. Et antipatri successor herodes ex mariāne pontificis filia procreatus. Quin & Sillaus ara-
bas in idem Romā neglecto Cæsaris præcepto nauigauit. De his cū antipatro certaturus de qbus cū
nicolao causam ante dixerat. Nō leue autē cū areta rege suo certamen habebat; cuius & alios amicos
interfecerat; & Soenū in petra oppido potentissimū; redēptorq; Fabato dispensatore Cæsaris fauore
uebatur etiā in herodē. Sed maiore pecunia data herodes Fabatū a Sillao remouit; ac p̄ semetipsum
quæ Cæsar iusserat exigebat. Ille autē cū nihil dedisset; accusabat apud cæsare Fabatū dispētorē esse
dicēs; nō quæ ipsi; sed quæ herodi expeditet. Quibus cōmotus ad iracundiā Fabatus adhuc aut apud
herodem maximus habebatur; secretorū Sillæi proditor factus est; indicauit q; Sillaus Corin-
thum eius satellitem pecunia corrupisset; eumq; asseruari oporteret; neq; rex id facere dubitauit; quo-
niā Corinthus iste licet in aula regis esset educatus; ex arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non
illum solum corripit; sed etiam duos alios Arabas iussit cum apud reperos unū Sillæi amicū; alterū
Phylarchum. Qui subditi quæstione magna pecunia Corintho; ut herodē occideret p̄ sua sisse cōfessi

CC

sunt. Illi quidem etiā a Saturnino rectorē Syriae interrogati Romā transmissi sunt. Herodes autē Pherorae uehementius iminebat ut repudiaret uxorem. Aliquid enim quod mulierem plecteret excogitabat quin multas in eā odii causas haberet donec ipsum etiā fratrem cum ea supra modū indignantus eiecit. Pheroras autē a quo animo accepta iniuria in retrarchiam suam recessit iurās unum sui exilii sine sibi fore mortem herodis. Neq; se ad eam reuerfurū esse dum uixerit. Deniq; nec aegrotū quāuis saepe accitus fratrem uisere uoluit cū quibusdā mandatis eū quasi moriturus uellet instruere. Sed ille quidē praefer spem conuuluit. Postmodū autē pheroras in morbum incidit. tumq; herodes patientia demonstrata est. Nam & uenit ad eum & humanissime coratum uoluit. Sed morbum superare non quinit in diebus. n. paucis est mortuus. Quem licet ad ultimū uitae diem dilexisset Herodes tamenq; illum quoq; ueneno peremerit fama uulgata est. Verum eius corpore in hierosolymā portato laetum maximū cunctae genti denunciauit/clarissimamq; funus sepultura dignatus est. Vnus quidē inter fectores alexandri & aristobuli hunc exitum uitae sortitus est. Transiit autē in antipatru auctorē poena sceleris ex interitu pherorae nacta principium. Quidam enim ex eius liberis cū regem tristes adiuissent fratrem ipsius pherorae ueneno interceptū esse dicebant. Nā quendā ei cibū obtulisse coniugem suam non eo quo soletur modo conditum/etq; sumpto illum morbo protinus esse corruptum uenif se aut ante biduum matris ac fororis eius accitu quandā ueneficā mulierculā ex arabia / ut uenenum pherorae conficeret amatorū & pro amatorio dedisse mortiferum Sillae consilio. Nāq; illi uenenum fuisse/percussus igitur plurimis suspicionibus rex/ancillas & nonnullas libertinas quaestioni subiicit. Ibiq; tum exclamatur aliqua doloris impatiens. Deus caeli terraeq; rector in matrem antipatri quae horum nobis malorū causa est iudicet. Hoc rex iudiciū nactus persequebatur ulterius indagine ueritatis. Mulier uero & matris antipatri familiaritatem cum pherora eiusq; uxoribus & oculis eorū conuentus aperuit quodq; Pheroras & antipater redeuntes a rege. tota cū illis nocte potare soliti essent seruis omnibus exclusis & ancillis. Vna quidem libertinarū hoc indicauit. Cum autē ancillae se paratim singulae torquerentur. patuit oium dicta congruere/qua de causa Romā quidem antipater ex composito pheroras aut trans flumen recedere curauisset. Nā saepe illos in sermone dixisse q; post alexandri & aristobulū ad ipsos eorūq; coniuges transiturus esset herodes. Nec alicui posse parere qui Marianne eiusq; filiis minime pepercisset/ideoq; melius esse ab hac bestia/quam longissime fugere. Saepe autem dixisse matri antipatrum conquerentem q; cum ipse iam canus esset pater in dies singulos iuuenesceret/seq; fortasse antequā regnare incipiat moriturū/aut nunquā ille decederet quādo aut istud fiet/noluptatem sibi successione omnino fore breuissimam. Pullulare praetera hydrae capita hoc est alexandri & aristobuli filios. sibi autem filiorum quoq; spem ademptam esse patris iniuria qui non eorū quēquam post mortem suā regni successorem/ sed Mariannes filium scripsisset herodē. Qua quidē in re proorsus uel senectute delirare/ si testamentū suum standum arbitraretur. Sed nāq; ut ex eius progenie nemo superesset/ curaturū. quinetiam cum omnes patres quibus inuisi unquam filii fuerunt nomen odio uincat. Plus tamen eum etiā fratres odisse. Deniq; nuper sibi ne eū Pherora colloqueretur. c. talenta donasse atq; cum pheroras diceret/ quid enim per nos ledebatur/ respondisse antipatrum utinam cunctis ablatis nudos se dummodo uiuos relinqueret. uerū hoc nequaquā fieri potest ut tā pestiferam bestiam quisquā effugiat/ sub qua nec amici esse palam liceret. Deniq; nunc oculate inquit conuenimus/ licebit autē apertē si uiuorum spiritum manusq; habeamus. Haec in tormentis ancillae prodiderunt/ & q; pheroras cum illis petram fugere cogitasset/ ut omnibus autē dictis herodes crederet. c. talentis effectū est. De his enim soli antipatro dixerat. Igitur ante alios in Doridem antipatri matrem furor eius erumpit/ eamq; omni ornatu quem illi donauerat spoliatam multis coparato talentis expellit. Deinde ita deposita pherorae mulieres a tormētis recreabat. Timore autē pauidus erat & ad omnes suspiciones excitabatur multisq; innocentes metu ne quē nocentium praetermitteret in tormenta ducebat. Hinc ad samaritā se conuertit antipatrum qui procurator erat antipatri/ & ex illius commentis comperit necandi sui causa ex aegypto antipatrum uenenu malū petiisse per quendā antiphili collegā idq; ab eo antipatri auunculū accepisse Theudonē ac Pherorae tradidisse. cui mandasset antipater/ ut Herodē occideret/ dū ipse Romae abesset/ ac suspitio careret/ pheroram uero uenenum uxorī suae dedisse seruandum. Itaq; hanc euocant statim rex quod acceperat afferre iubet. Illa uero quasi allatura egressa de tecto se praecipitem dedit/ ut eo modo exprobratiōis & regis uerba praeniret/ sed dei providentia sicut apparet quae ab antipatro poenas repeteret nō in caput/ sed in alteram delata partem periculum mortis euasit. Portataq; ad regem ubi respiscere potuit. Nam casus eā perturbauerat/ & quamobrem se praecipitasset interrogata iurante rege. q; uera dicēti remitteret omne suppliciu/ sin falsa promere maluisset/ corpus eius tormētis absumeret. Neq; sepulturae quicquā relinqueret/ paulisper tacuit. Deinde quid iquit secreta custodia cum pheroras obierit antipatru q; nos omnes perdidit seruatura? Audi rex & tecum deus testis ueritatis q; falli non pot. Cū pherorae mortuū lacrymas affluderet/ tunc ille me ad se uocauit/ & multū inquit mulier de

fratris

fratris erga me animo sum deceptus. Nam qui sic me diligeret inuisum habui/ & necatē cogitauit/ q; tanto nunc mei licet nec dum mortui dolore confunditur. Sed ego qdem ob impletate praeciū ferorū uero quod in eū seruas relicū nobis ab antipatro uenenum huc affer prope/ meq; uidentē cōsum/ me/ ne ad inferos quoq; ultricem huius sceleris conscientia deferam. Ita ut iussu attoli & magnā quidē ueneni partem sub obtutibus eius in ignem effudit/ modicū uero mihi per dubios casus & quae metuere referuauit. His dictis illa quidem oīno paululum quiddam ueneni habenti pyxidem profert. Rex quidem in matre fratremq; antiphili contulit quaestione. Verū hic quoq; antiphilum ex aegypto attulisse pyxidem fatebatur/ illumq; uenenum a fratre apud alexandriam exercere medici nam accepisse dicebant. Torum autē regnū circueuntes alexandri & aristobuli manes ipsi erant/ certarum rerū exploratores atq; iudices/ & a suspicionibus remocissimas approbationes trahebant. Deniq; etiam pontificis filiam Mariānem conscientiam esse maleficorum patuit. Hoc enim tortis eius fratres demonstratū est. Rex autem matris audaciam filii quoq; penuria coeruit. Nam quem illa pepererat herodē antipatri successorem scriptum ex testamento deleuit. Post haec etiam Bathyllus nouissima consilio antipatri/ fides documentis accessit. Nāq; is erat qdam libertus eius/ aliud autē uenenu ferens/ hoc est/ aspidum uirus aduenerat/ aliorumq; serpentum fucos/ ut si prius fuisset inualidum/ hoc se pheroras cum coniuge in regem armaret. Idem uero praeter susceptam contra salutē patris audaciā uelut operā subequisā habebat epistolas aduersum fratres cōpositas ab antipatro. Erant autē Romae in studis archelauis & philippus iam adolescentuli magniq; animi regis filii/ quos antipater uelut imminētes spei suae remouere festinans/ quāsdā in eos litteras ipse finxit amicorum nomine Romae degentium. Nonnullis autē corruptis scribere persuasit q; multis patrem maledictis carperet. Ac de alexandri & aristobuli nec manifeste quaerentur/ seq; accitose esse grauit/ iam enim patres eos redire praeeperat/ idq; maxime sollicitabat antipatru. Quin etiā priusquā proficeretur in iudaeā constitutus antipater/ eiusdē modi contra eos romae litteras mercabatur. patrē adeundo uiridāe suspicionis causa fratres simulabat/ quaedam falsa scripta/ quaedā uero adolescentiae peccata esse cōmemorans. Quo quidē repore scriptoribus epistolarū quas in fratrum perniciē simulabat/ plurimis pecuniis datis sumptuū confundere tentabat idicia. ueste praeciosam uariāq; stragula/ poculaq; argentea/ necnō & aurea cōparando/ aliāq; plurima istrumenta/ ut praeciorū magnitudine mercedes salariis erogatas elaret. Deniq; c. talenta retulit expesa & maxima fuit occasio causa filiae. Vniuerfus autē malis eius tunc minoribus matore conceptis/ cum omnia quidē tormēta de partidicio epistolae uero de iteratis fratricidiis conclamarent. Nemo tamen ex iudaea uenientū/ quo in loco fortunae donus essent nunciauerat/ quāuis inter scelus probatū & eius reditū seprē mensū interualla fluxissent. Ita erat inuisus omnibus. Fortasse autē etiā quibus indicandi uoluptas fuit/ per interfectioū fratrum manes obmutescēbat. Deniq; Romā litteras misit continuo se conuenturu esse/ quodq; honorifice dimissus esset a Caesare nunciatus. Rex autē insidiatorum manus tenere desiderans/ timensq; ne si qd praeficiēnt forte cauerent ipse quoq; litteris beniuolentiam simulans/ & alia familiarissime scripsit/ & ut reuerfione suam maturaret orauit. Nam si properasset matris suae quoq; offensionē posset comperire/ quā expulsum esse non ignorauit antipater. Primā quidē de morte pherorae accepit epistola apud tarantum eumq; uehementer luxerat/ id autē nonnullis de patru laudabile uidebatur/ sed quantum intelligi datur causa doloris erat q; insidiae pro uoto non cesserant. Neq; tamen pherorā flebat quā maleficiorum ministrum. Praetera metus eum quidam ob ea quae confecerat occupabat/ ne quando forte deprehenderetur uenenum. Tum autem in Cilicia patris epistola sibi reddita quam supra memorauī statim quidē festinabat/ sed postquam in Celenderim delatus est/ subit eum quaedam materni casus cogitatio anima iam per semetipsam diuinante. Et amicorum quidē prudentiores ei suadebant/ ne prius patrem cōueniret/ q; pro certo cognosceret/ quibus ex causis matrem suā repudiasset. Nāq; timere ne forte criminationis eius auctae fuissent. Minus autē prudētes & uisenda patriae cupidī magis quam q; antipatro esse utile considerantes/ ut properaret monebāt/ ne ex ipsa mora & patri causam prauae suspicionis & calumniam praebet calumniatibus. Nunc enim si quid morum est in absente esse factum/ nec enim praesente illo quinquam id ausurum fuisse. Absurdum enim uideri propter suspensiones incertas certis bonis carere. Neq; enim matre se patri reddere ab eoq; regnum accipere quo solo ipse niteretur. Paruit his antipater impellentem fortuna transmissusq; in debeatum Caesare portum defertur. Occurrit autē illi praeter opinionem maxima solitudo/ cum omnes eum deuitarent/ nullusque auderet accedere. Nam & si semper aequē inuisus erat odio/ tamen ut proderetur/ tunc data libertas est. Multos autem auertebat ex rege formido/ quoniam cunctas iam ciuitates de antipatro fama repluerat/ solusq; de se quid ageretur antipater ignorabat. Nec enim uel clarius eos ille quomā deductus est/ cum Romam nauigaret/ uel ignobilis inde susceptus est. Enim uero clades ille domesticas intelligens/ calliditate celabat/ metuque poena mortuus uoluit/ confidentiam simulabat. Et neque fugae spes ulla erat/ neq; ex circumstantibus malis emergere poterat. certumq; ni-

hil ei de domo ne sibi quidē nunciabatur, id enim regis intermīnatio prohiberet. Vnde interdū etiā spes eū pertendebat hilarior, aut nihil esse deprehensum, aut si quid esset, hoc sese impudentia sua diluitorum ac dolis quae sola instrumenta salutis haberet. Itaq; his armatus sine amicis in regni venit q; a prima ianua cum iniuria sunt repulsi. Forte autem Varus Syriae rector intus aderat. Ingressus idē ad patrem confirmatusq; audacia uelut eius salutadi causa proprius accēdebat. Cū ille obiecit manu & capite declinato exclamabat. Et hoc patricidā ē ut me amplexari uelis, q; tot maleficis uoluntis corruptum habes impium caput, neq; me attingas priusquam criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudicium & iudicem qui opportuna praesto est uarum. Vbi & quemadmodum te purges in diem crastinum meditare. Nam & tēpus indulgeo calliditatibus tuis. Ad haec metu obstupescens antipater gaespondere nihil potuit, reuersus est. Cum autem ad eum uenisset mater & uxor cunctas enim probationes exposuerunt. Tamq; recepta mente quo pacto sese defenderet cogitabat. Postero autē die rex exhibitio propinquoꝝ atq; amicorum cōsilio antipatri quoq; amicos uocat. Ipse autē cum Varo resistens, cunctos iudices iussit adducere in quibus erant serui matris antipatri quidam pridem comprāhēsi qui ab ea litteras ad eum portauerūt huiuscemodi. Quoniam illa omnia patri tuo cognita sunt, caue ne ad eum uenias, nisi aliquod auxilium a Caesare impetieris. Itaq; is una cum aliis introductis ingreditur antipater. Cūq; pronus ante pedes patris cecidisset oro inquit pater ne quid de me praecaudices, sed integras aures satisfationi meae praebes. Demonstrabo enim me innoxium si tu uelis. Ille autem magna ei uoce imperato silentio ad Varum locutus est q; & tu uare & quilibet iustus iudex antipatru morte dignū iudicauerit certe scio. Vereor autē ne mea quoq; tibi sit inuisa fortuna, omniq; calamitate dignum deputes qui tales filios genuerim. An qui magis hoc tibi miserādus uideri debeo q; erga tam scelestos indulgentissimus pater fui. Nam illis prioribus adhuc adolescentulis regnū detuleram eosq; Romae educatos amicos Caesaris feceram. Sed q; aliis inuidendos Regibus amulandofq; constituti meae salutis hostes inueni quorum tamen interitus Antipatro magis profuit. Isti enī q; adolefens & successor meus futurus esset maxime securitas quaerebatur. At uero hic adolefentulus belua patientia mea plusquam necesse expletus in me facietatem suam profudit, eiq; diu uiuere sum uisus, meaq; senectute graniter tulit rexq; fieri non nisi parricidio passus est, quae quidem non profecto iniqua ratione cogitauit, q; ex agro abiectum reduxerim, & exclusis quos mihi regina perpererat filiis regni mei uicarium declarauerim. Equidē tibi Vare confiteor meae mentis errorem. Ego illos contra me filios irritauī q; antipatri gratia spes eorum iustas abrupi. Quid enim tantū de illis quantum de isto bene sum meritus, cui uiuus etiā potestatem meā pene concessi aperte autē regni successione testamento reliqui, & praeter destinatos ei separatim quinquaginta redditus talentorū sumptū passim mea pecunia subministraui ac nuper Romā quoq; nauigaturo dedi. ccc. talē nra quoq; solū ex omni familiaria mea tanquam patris seruatorē Caesari commendauī. Aut quid illi tantū sceleris quantum antipater admiserunt, quod ne de his habui tale iudiciū quales demonstrauī huius insidias, at etiam probo qui ausus est aliquid patricida rursusq; ueritate dolis quaerit obtegere, quod tibi Vare cauendū sit. Nam ego isti beluā nosui, & quā sit uerisimilia dicturus, iam non prospicio stertusq; simulatos. Hic est q; me quondā monebat ut uiuum alexandrū cauerē, neq; meū corpus omnibus crederem. Hic est qui usq; ad cubile meum solebat ingredi & circūspicere ne quis mihi pararet insidias. Hic somni mei custos erat, & securitatis dator qui consolaretur somniū peremptorum & uiuentiū fratrum beniuolentiam diiudicaret. Hic propugnator & satelles meus. Cum eius calliditas Vare in mentē uenerit, & quēdam modū singula simulasset uix me credo uiuere tanquam grauem insidiatorem quo pacto effugerim miror. Veritatem quia fortuna quaedam exierat contra me domū meam mihiq; amicissimū semper insensū sunt, ego quidem fatorem iniquitatem flebo, & mecum ipse solitudinem gemam. Nemo autē qui meum sanguinē sinitur ebiberit, etiā si per omnes filios meos indicia uentura sint. Haec dicens ipse quidē interrupto sermone tacuit dolore confusus. Nicolao autē uni ex amicis probationes iussit exponere. Inter haec autem antipater sub lato capite, cum prostratus ante patris pedes maneret exclamauit. Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego patricida quem tu semper feruatore te habuisti commemoras? Aut si ficta ut dicis simulataq; mea pietas fuit. Cur in aliis tam callidus in hoc adeo demens fui, ut non intelligerem q; si homines lateret tanti sceleris cogitatio caelestem latere iudicē omnino non posset, qui ubiq; praesto esset, & cuncta conspiceret. An fratru exitum ignorabam, quos ob ea deus ultus est, quae de te male tractauerunt? Quid autē fuit cur me tua salus offenderit? Spes regni? Sed regnabā. Odi suspicio? Sed diligebat. An ex te metus aliquis? An qui tui seruās aliis timēdis eram? Sed egestas causa fuit, multo minus. Quis enim magis expensarum habuit potestatem? Si autem omnium hominum perditissimus essem, immanisque bestiae animum gererem, certe mansuēt fueri patris beneficiis uinceret, quem sicut tu dixisti, reduxeris, totque filiis anteposueris uniusq; Regem declaraueris, aliorumque bonorum magnitudine reddideris inuidendum. Omne miserum acerbissimamq; peregrinationem meam, quam longum laboris tempus, magnumque insidiantibus

spatium praebui. Sed tantum tibi pater tuisq; rebus aberam, ne Sillaus tuā contemneret senectutem. Roma mihi testis est pietatis, & princeps orbis terrae Caesar, qui me patris amatorē saepe uocitabat. Accipe pater has eius litteras fictis in me criminatioibus ueriores, hisq; me defendo. Haec affertus erga te mei argumenta certissima recordare, quā igrate hinc nauigantē scis, latentes in regno contra me inimicitias non ignorantē. Tu pater innitus me perdidisti, uosq; uelut darem accusandi tēpus inuidiae. Verum ad indicia ueniam. Ecce adsum terra marique nihil usquam patricida perpeffus. Sed nō dum me hoc argumento diligas. Nam & apud deum & apud te pater condemnatum me esse scio. Cōdēnatus depræcor ne aliorum tormentis fidē habeas in me feratur ignis, per uiscera mea pergant instrumenta posnarum, ne parcas scelesto corpori. Nam si patricida sunt tormentorum experts mori nō debeo. Talia cum lachrymis atq; ululatu uociferans & omnes alios & Varum ad misericordiā prolocauit, solū autē Herodē quo minus fletet iracundia continebat documentis ueris intentū. Ibi autē nō colatur iustus rex multa de antipatri calliditate praefatus & misericordiā spem sustulit, & accuratissimam accusationē instituit, cuncta qdem regni maleficia illi ascribens, maxime uero fratru interitū, quos ipsius calumniis interfectos esse demonstrans etiam superstitibus eum insidiari quasi successuonis captatoribus affirmabat. Nam qui patri uenēnū parasset multo minus a fratribus abstineret. Cū autē ad ueneni probationes uenisset, per ordinē proferebat indicia, etiā de pheroa crimen exagerans ueluti illū quoq; antipater fratricidā fecisset, corruptisq; regis amicissimis scelere oēm domū repleuisset. Atq; ita multis dictis exprobratis perorauit. Varus autē eū respondere iussit antipatru, & ille nihil aliud elocutus, quā deus testis est innocētia meae, si uens iaceret, uenēnū petit, idq; alicui dānatorū capitis rex multa de uenēnū dedit, eoq; statim mortuo quaedā in secreto cū Herode sermocinatus gesta in cōsilio Caesaris scripsit. Posteroq; die inde discessit, nihilq; minus Rex antipatro uinculis tradito cladis suae nuntios ad Caesare misit. Post haec etiā Salomē appetisse insidias arguebatur antipater. Quidā enim de seruis antiphili Romā uenerat epistolas ferens alicuius acmes nomine an cilla iuliae, quibus ad regem scipris indicauerat Salomes epistolas inter litteras iuliae repertas, clācā beniuolentiae causa misse. Ipsius autē Salomes epistolis & maledicta in regē acerbissima, & accusatio maxima continebatur. Sed omnes antipater erant fictae. Itq; adueni pecunia corruptā ad Herodem, eas mittere peruaserat. Epistola enim eisdem mulierculae ad ipsum scripta id prodidit, cuius uerba haec sunt. Sicut uoluisti patri tuo scripsi, & illas epistolas misi, certo sciens regem forori suae minime posse parcere, si eas recitauerit. Bene autē facies si cōsumatis omnibus sollicitationum tuarū memor fueris. Haec epistola & quae in Salomen sunt composita depræhensis regem subit cogitatio, ne forte etiam Alexander falsis epistolis fuisset oppressus, quodq; pene foretorem propter Antipatru occidisset, anxius erat, itaque non est ultra cunctatus, quo minus ab eo sumeret omniū causa suppliciu, sed ne ppositis satisfaceret graui morbo impeditus est. De Acme tamē ancilla & in Salomē factioe confusa & dedit litteras ad Caesare, at propterea testamento mutato exemit nomen antipatri regi scripsit antipater archelaum Philippūq; negligens natu maiores. Nā & hos antipater insimularat. Caesari autē post alia pecuniaria munera mille talenta, & uxori eius ac filiis itemq; amicis ex libertis prope l. ceteris omnibus agrorum & pecuniae non parum distribuit, ac fororē Salomen clarissimū donis honorauit. In testamento quidem ista correxit. Morbus autē igravefcebatur, cum senectus pariter ac moeror urgebat, & ānos iam. lxx. natus, & filiorū cladiibus animū adeo habebat afflictū, ut nec in bona ualitudine quicquā insūdītatis admitteret aciorē aut faciebat aegritudinē, q; antipater uiuere. Hunc enim non opere superuacuo, sed cum ipse conualuisset cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidit etiam populi quidā tumultus. Erant in ciuitate Sophista duo qui summe scire leges patrias uidebantur. Et propterea p omnem gentē maxima gloriā praedicabatur, iudas filius Sephoꝝ, & alter Margali Mathias. Hos non pauci adolescentium sectabantur, cum leges exponerent, & in dies singulos puberum exercitus congregabant. Qui cum regem audissent moerore ac morbo tabescere, apud notos loquebantur oportuū iam tempus esse, ut deus uindicaretur fabricataq; aduersus leges patrias opera destruerentur. Siquidem in templo nefas sit, imagines aut uultus aut cuiuslibet animalis cognominē simulachrum haberi. Hoc propterea dicebatur, q; supra maximam portam templi rex aequilam collocauerat auream. Eamq; tunc monebant sophista, ut tollerent pulchrum esse dicentes, etiam si quod idē periculum imineret, pro legibus patriis mori non recufare. Sic enim decedēbus & animam immortalem & bonarum rerum sensum manere perpetuo, minus autem fortes & sapientiae suae nefcius amare animam, imperitiā magisq; morbo cupere quam uirtute defungi. Dum hoc illi differerent rumor subito peruagatur regem fere iam mori. Vnde etiam confidentius adolescentens conanem adorti sunt, iplosq; meridie cū plurima multitudo uersaretur in templo, crassis dimisi funibus aequilam ex tecto auream securibus abscindebant. Qua re statim regis duci nunciata, non parua ille manu comitatus ad templum cucurrit, & prope ad quadraginta iuuenes comprāhensos regi exhibuit. Qui primum interrogati an aequilam ipsi auream concidere ausi essent, fecisse confessi sunt.

Deinde quo iubente lege patriæ responderunt. Cum uero quid exultarent tantum quibus mors imminere ab his quæretur quia post mortem bonis plurimus frui sperarent asseruerunt. His itaque rex commotus magnitudine morbum superat atque in contionem procedit. Deinde multum in eos quasi sacris legos inuectus & quod occasione legis patriæ quædam maiora tēstasset ueluti impios supplicio dignos esse iudicauit. Populus autem moerens per multos quæstio inter præcabatur ut primum facinoris suoribus deinde in eo comprehensis pene subditis cæteris indignatione remitteret. Tandem igitur exoratus & ipsos rex qui funibus demiserant eum Sophistis uiuos incendit. Et reliquos qui una comprehensi sunt obtruncandos carnificibus tradidit. Hinc totum corpus morbo occupatum in quatuor doloribus afflicta. Nam febris quidem non mediocriter erat prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporibus superficciem. Assiduis enim uexabatur colli tormentis pedesque tanquam ex intercutis uitio timuerant. Quin & inflatio uentriculi putredoque testiculorum uermiculos generans ac præterea creber anhelitus & irrupta cum suspiria membrorum omnium contractio fatigabat ut qui hæc ad diuinitatem referrent poenas eas esse dicerent Sophistarum. Ille autem quamuis cum tot uiriorum cruciatibus luctaretur uitæ tantum cupidus erat & remedii excogitatis salutem sperabat. Denique iordanem transgressus apud Callithon aquis calidis urebatur quæ in lacu feracem bituminis quæ Asphaltidis uocatur affluentibus dulcedine potui sunt. Vbi autem corpus eius quod medicis oleo calidiori foueri placuerat in arcum pleinam demersum ita dissolutum est ut etiam lumina quasi mortuus resoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant ad clamorem quidem illorum respicere iussus est. Desperata uero salute mihibus quinqueagenas dragmas multaque pecunia rectoribus atque amicis diuidi iussit. Cum autem rediens ad hierichum terra uenisset. atra iam bili correptus & poene ipsi morti minitabatur factum nefarium excogitauit. Collectos enim cuiusque uici ex omni iudæa nobiliores in locum cui nomen est Hypodromo concludi præcepit. Deinde Salomæ sorore & alexandro marito eius ad se uocatis scio inquit mortem meam festis gaudeis celebraturos esse iudæos. Verum per alios laquei potero & præclarissimos honores sepulturae consequi quæ præcipio feceritis. Hos uiros qui habentur in custodia cum animam efflauero statim militibus ercidatos occidite ut etiam in uita omnis inhi iudæa omnisque domus illachrymet. Et simul his mandatis legatorum quos romam miserat epistolæ sunt allatae quibus acmen ancillam iussu Cæsaris intererant & antipatrum morte damnatum esse iudicabatur. Qui & si pater eum in exilium dare mallet id quoque permisit Cæsarem scriptum erat. Herodes autem paululum hoc nuncio recreatus doloribusque rursum uictus. Nam in media tussis pariter uolentia distendebatur fatum præuenire conatus est. sumptoque malo etiam cutellum poposcit. secum enim comedere consueuerat. Deinde circumspexit ne quis arbi ter impediter tanquam se percussurum dexteram sustulit. Cum uero Achiabus consobrinus eius adcurrisset manumque contulisset ululatus maximus in regia statim quasi rex mortuus esset excitatus est. Eoque prope auditu antipater fiduciam repetit. Latensque iam custodes promissa etiam pecunia rogabat ut se solueret atque dimitterent quod coram principe non solum ne fieret obstitit. sed etiam regi uelociter nunciavit. Ille autem fortius exclamans quod uires ægroantis ualebant continuo satellitibus missis occidit antipatrum mortuumque sepeliri præcepit in Hyrcania. Deinde rursum corrigi testamentum & successorem quidem archelaum natum maximum antipatri fratrem scripsit tetrarcham uero antipatrum. Post interitum autem filii quinque diebus exactis moritur annos quidem triginta quattuor ex quo interfectum antigonum regno potitus triginta & septem postquam rex a Romanis declaratus est. Et in aliis quidem omnibus secunda fortuna usus est ac si quis alius. Regnum enim quod priuatus sibi quaesierat tanto conseruato tempore filiis suis reliquit. In rebus autem domesticis infelicissimus fuit. Salomæ autem antequam recitaret mortem regis exercitus cum marito progressa uictos absoluit quos occidi mandauerat ipsum dicens mutasse consilium & unumquemque iussit de domum dimitti. Atque ita his abeuntibus militibus indicatur. Quibus in contionem cum alia turba in amphiteatrum apud hierichunta collectis. Ptolomæus annuli regis custos quo signare solitus erat & fortunatum illum esse cepit dicere & multitudinem consolari. Relictamque ab eo militibus epistolam recitauit in qua multum rogabat ut beniuolo animo successorem suum fouerent. Deinde post epistolam testamentum legebat in quo philippum quidem heredem Trachonitidis proximarumque regionum. Tetrarcham uero sicut supra diximus antipatrum. Regem autem archelaum scripserat eidemque anulum ad Cæsarem ferre mandauerat ob signatamque regni administrati noticiam. Omniumque namque dispositionum suarum dominum & confirmatorem Cæsarem esse uoluit cætera uero seruari iuxta superiorum testamentum. Quo perlecto confestim clamor secutus est omnium archelao gratulantium militesque per cunctos & populos aduantes suamque promittebant denique beniuolentiam præcabantur. Hinc autem de sepelienda regem operam contulerunt. Nihil autem magnificentiae prætermisit archelaus sed omnem ornatum exulit regium in funeris pompa ducendum. Lectus quidem totus erat gemmis aurisque distinctus thorax autem purpura uariatus corpusque super eum uelatum itidem purpura. Capiti autem diadema erat impositum. Corona uero de super aurea. Sceptrumque ad dexteram & circa lectum filii cum propinquis

cum propinquis. Præterea satellites agnens Thracium Germanumque & Galathas uelut ad bellum instructi omnes antecedeabant. Cætera uero militum manus armata duces suos ordinumque principes sequebantur. Quingenti autem serui ac liberi odores ferebant corpus autem per centum stadia portatum est in castellum uero dionibique secundam ipsius regis mandata sepultum est. Et herodis quidem hic finis fuit.

De bello Iudaico. Liber secundus incipit.

Archelaus propter turbationes nouas cogitur proficisci Romam multos occidit die festo qui Pascha appellatur. relinquit Philippum procuratorem regni & curatorem familiarium regis rationem administrationis reddit Cæsari archelaus accusatur archelaus apud Cæsarem quod nomine tantum Cæsarem ostendisset regem non re ipsa defenditur a Nicolao archelao & ad pedes Cæsaris se prosternit. Iudæi cum relictis ab archelao congregiuntur. Varus res componit petunt iudæi ut per iudices res adiminentur. Cæsar non annuens his Archelaum tetrarcham fecit in media parte pollicens regia dignitate donaturum aliam medietatem regni aliis duobus filiis Herodis dimisit donauit Cæsar aliis munitibus cæteros filios & filias Herodis.

Cap. I.



Urbarum autem nouarum principium fuit Archelao Romam proficiscendi necessitas. Diebus enim septem in ludendo patrem consumptis epulis se ralis prolixo populo exhibitis. Hic autem mos apud iudæos nequissimos multos ad inopiam redegit. Nam qui eum neglexerit impius aestimabitur candida uelle indutus procedit ad templum. Ibiq; uariis fauoribus exceptus a plebe ipse quoque in excelso tribuali solio aureo resedis humanissime uisus admittit eis; & quod sepulturam patris sedulo curauissent gratias egit & quod si bi quasi certo iam regi magnos honores adhibuissent. Verum se tamen ait non potestate solum interim sed etiam ipso regis nomine temperare donec a Cæsare sibi fuerit confirmata successio qui etiam testamento rerum esset omnium dominus constitutus. Idcirco enim se apud hierichunta uoluntati exercitus restitisse cum sibi diadema uoluisset imponere. Cæterum alacritate ac beniuolentia æque militibus etiam populo plenam se uicissitudinem relaturum si ab his quorum etiam imperium certus rex declaratus esset studium sibi esse ut erga illos rebus omnibus parte melior appareret. His uariis multitudinem statim eius mentem magnis tentare petitionibus cepit. Namque alii tributa leuari alii uectigalia tolli quidam solum custodias acclamabant. Cunctis autem postulatis in gratiam populi facile annuebat archelaus. Deinde celebratis hostiis cum amicis erat in epulis. Ecce autem subito post meridiem congregati non pauci nouarum rerum studiosi ubi communis luctus de rege cessauit propria lamenta suscipiunt flentes eorum casum quos propter abscessum ex porta templa aquila aurea Herodes morte dānauerat. Dolor autem non occultus erat sed clarissimis quæstibus fletuque iusto & placentu ciuitas personabat uirorum causa uidelicet quos pro templo ac legibus patriis interisse dicebant. Eorum autem mortis poenas ab illis quos Herodes pecuniis donasset repetendas esse clamitabant ac primum quæ his constituerat pontificem reiciendum aliumque pietate præstantem magis purum coaptari debere. Quibus & si mouebatur archelaus ad ultionem tamen eum uelut per professionis merum continebat festinatio ne si multitudinem reddidisset inimicam motu eius impendiretur. Quobrem monendo magis quam ui experiebatur sedare turbatos missosque magistrum militum uel quiescerent rogabat. Sed illi seditionis auctores ubi ad templum uenit priusquam uerbum faceret lapidibus perturbantur & aliis post eum mulcendi sui gratia missis multos enim allegabat archelaus iracundie omnia respondebant. Neque si numero aucti fuissent occisi fore uidebantur. Itaque instante azymorum die festo qui apud iudæos Pascha uocatur plurima uictimarum copia plenus infinita quidem ad templum ex agris multum do religionis causa descendit eum illi quod sophistas lugebant in templo consisterent nutrimentum seditioni quærentes. Hoc autem moerens archelaus antequam omnem populum morbus iste corrumpere cohortem militum & chiliarchum qui etiam seditionis principes comprehenderent eo dirigere contra quos omne uelut excitarum multos lapidum ictibus interfici lautius uero Chiliarchus uix elabitur. Et illi quidem statim ueluti nihil mali actum esset ad celebranda sacra conuersi sunt. Sed archelao sine cæde iam multitudo comprimere non uidebatur. Quobrem totum illis immisit exercitum pedites per ciuitatem simul omnes equitesque per campum qui cum sacrificiis occupatos singulos inuasissent prope ad tria milia hominum occidit reliqua uero manum per muros proximos deiecerunt. Præcones autem sequebantur archelaum iussu eius uniuersumque ad domum redire admonendo. Itaque cuncti neglecta die festiuitate abiierunt. Ipse autem cum matre necnon & Popla & ptolemæo & Nicolao amicis ad mare descendit reli-

C Ciii

Sto philippo regni procuratore itemq; rerum familiarium curatore. Vna vero egressa est cum filiis suis Salomae fratris; regis filii genere specie quidem uelut archelao ad successionem firmandam adiuuatum futuri certa uero causa quae contra leges in templum dimissa fuerant delatori. Interca fuit illis Caesare obuia Sabinus Syriae procurator ad iudaeam ueniens ad pecunias custodiendas Herodis. Quae uel terius progredi uarus inhiuit multis accitis Archelai praecibus intercedente ptolemaeo. Et tunc qui dem Sabinus in gratia Vari neq; ad arces uenire properauit neq; thesauros paternae pecuniae clausit archelao sed usq; ad cognitionem caesaris se ociosum manere pollicitus apud Caesarem eam commorabatur. Postea uero qua sibi obstantium unus antiochia petit alter hoc est archelaus romam nauigauit mature profectus in Hierosolymam regiam tenet custodia; principibus idemq; dispensatoribus euo/catis/rationes pecuniarum discurre conabatur. & arces occupare tentabat. Non tamen immemor archelaei mandatorum custodes erat sed in obseruando singulae quaeq; perseverabant causam custodiae magis Caesari quam archelao tribuentes. Cum hoc autem antipatras quoq; de regno certabat postero superiore herodis testamentum firmius esse defendens in quo rex ipse antipatras fuerat scriptus eiq; tam Salomae quam multi alii cognati qui cum archelao nauigarent suffragio esse promiserat. Durcebant autem secum matrem fratremq; nicolai Ptolemaei in quo pro fide apud herodem probata non nihil uidebatur esse momenti. Namq; illi fuerat amicorum carissimus. Oratori autem Irenaeo propter dicendum acrimoniam plurimum confidebat unde etiam qui se monerent ut archelao pro aetatis merito & secundi testamenti uoluntati cederet audiendos esse non censuit. Romae uero migrauerunt ad eum eorum studia propinquo rum quibus inuisus erat archelaus quicq; praecipue liberi omnes suiq; iuris esse cupiebant & aut romano magistratu administrari aut si hoc non impetrent antipatras regem habere ad hoc etiam Sabino petebatur antipatras qui archelao per epistolam accusauerat apud Caesarem. Antipatras uero multum laudauerat itaq; digesta crimina Salomae & caeteri qui cum ea sentirent Caesari tradiderunt & post eos archelaus gestorum suorum per scripta capitula patrisq; anulum per ptolemaeum rationesq; administrationis intromisit ad Caesarem. Ille autem praemeditatis eis quae ab utraq; parte dicerentur ubi & regni magnitudinem multitudinemq; redditum animaduertit atq; insuper herodis familiam numerosam praelectis etiam Vari ac Sabini litteris optimates romanorum ad consiliu uocauit. In quo tunc primu ex agrippa quoq; ac filia sua natu Gaiu sedere iussit filiu adoptiuu atq; ita patris uero prosequendi copia dedit. Igitur Salomae filius antipatras. Naq; is erat orator acerrimus totu q; aduerbans archelao accusatone proposuit instimulas archelao quasi uerbis qdē nūc de regno uideret cōtēdere re aut uera iadudū rex esset effectus & apud aures modo Caesaris cauillaretur quē iudicē successione expectare noluisse. Na post Herodis mortē quibusdā ut diadema sibi imponerent subornatis regis eum morte in folio aureo residentem partim ordines militiae permittasse partim condonasse promotiones & insup his omnia annuisse populo quae uelut a rege imperanda petiisset / maximo rucq; reos criminum quos pater suus uinxerat absoluisse quicq; ista fecisset modo regni umbram a domino postulaturus uenisse cuius sibi corpus ipse rapuisset ut non rerum sed uocabulorum dominu esse Caesarem demonstraret. Ad haec ei q; etia luctu patris assimilasset obieciat / cu interdū quidem personam componeret in moerorem noctu uero ad comessationes usq; potaret. Deniq; seditionem vulgi ex hac indignatione constatam esse dicebat / totius autem orationis suae uires eorum multitudine qui circa templum caeli fuerant astruebat. Hos enim ad diem festum quidem uenisse / ad hostias uero quas ipsi maclauerant crudeliter esse iugulatos tantumq; in templo funerum esse congestum quantum nullum ab externis illatum bellum implicabile congestisset. Itaq; huius crudelitatis Herode praesto ne spe quidem regi nunquam eum dignum esse uisum nisi cum sanae mentis inops erat anima deterius agrorante q; corpore. & quem in secundo testamento scriberet ignorabat praesertim qui priore testamento scriptum inculcare nihil posset sed incolumi corpore omnique uirtu purgata mente fecisset. Ut tamen quis firmius esse ponat morbo laborantis arbitrium ipsum se archelao abdicasse regia dignitate multis in eam contra leges admisisse. Nam qualem fore si acciperet a Caesare principatum qui anteq; acciperet tantu populu peremisset / Occulta in hunc modu perfectus antipatras multis ex numero circumstantium propinquo rum in singula crimina testibus exhibitus perorauit. Surrexit autem Nicolaus defensor archelaei & ante omnia caedē in templo necessario facta esse perdocuit. Na quoru necis augetur no regni solu sed etia ipsius iudicis id est Caesaris hostes fuisse aliorum aut criminu suaforsis aduersarios demonstrauit. Secundū uero testamentū iecire ratū manere postulabat q; Herodes in eo successoris sui firmatorē Caesarem constituisset. Na qui tantu sciret in reru domino potestas succederet. Nec unq; in Herodis errasse iudicio sed sano corde quē constitueret elegisse qui per quem constitui deberet non ignorauit. Cum autem omnibus expositis etia nicolaus oraret in mediū pgressus archelaeus ad genua Caesaris accedit otiose. Quo benigne a Caesare erecto eo q; paternae qdē successione dignus esset ostendit certu uero nihil pronūciauit. Sed illo die dimisso consilio secum ipse de cognitis deliberabat utru ex his qui testamento cōtineretur aliquē regni oportet constitui

teret constitui

teret constitui successorem an toti familiae distribui principatum. Multitudo enim personarum egeret subsidio uidebatur. Sed antequa de his quicquid statueret a Caesare mater archelaei Malthace morbo corrupta moritur. Et Vari litterae de Syria prolatae sunt iudeos defecisse nuntiantes q; uarus ferre prospiciens Hierosolymam postqua archelaus nauigaret ascendit ut incensores seditionis cohiberet. Et quia multitudo caesitara non uidebatur ex tribus quas e Syria duxerat fecu cohortibus una in ciuitate reliq; atq; ita in antiochia ipse remeuit. At sabinus cu postea in hierosolyma uenisset causas nouaru reru iudaeis praebuit modo uim custodibus ut arces sibi traderent adhibendo nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem solis relictis a Varo militibus fretus erat fed etiam seruari suorum multitudinem quos etiam omnes armatos avaritiae ministros habebat. Festo autem quinq; m gelima die qua pantheocoe a iudaeis uocatur septies septē diebus ex actis rediens eis eorum numero uocabulu nacta non religionis solemnitas populum sed indignatio congregauit. Deniq; concursus infinitae multitudinis ex galilaea idemq; Idumaea & Hierichute trans iordanemq; positus regionibus factus est cum indigena eis ipsa ciuitate populus iudeoru ex numero simul & alacritate praestaret & tripartita manu terena castra collocauerunt una in septentrionali regione templi altera in meridionali Hippodromu uersus tertiamq; in occiduo prope regiam tractu circumsessosq; Romanos undiq; obsidebant. Sabinus autem multitudine pariter eorumq; spiritu perterritus crebris quidem Varum uicibus praecabatur ut qua mature ferret auxiliu quasi lamia da cohorte si qd morae interuenisset. Ipse uero in altissimum castelli turrim quae Phaelus uocabatur euadit fratris Herodis cognomine / que parthi ne cauerunt. Hinc militibus cohortis ut in hostes irruerent signum dabat. Nam praetimore quibus ipse praerant descendere nullus audebat. Eius autem praecipis milites obediens in templum uolunt uehementiq; cum iudaeis pugna confligit in qua dum nemo desuper adiuuaret impericos belli peritua superabant. Postea uero qua multi iudaei porticibus occupatis a uertice sagittis eos appetebant plurimi conterebantur & neq; ex alto iaculantes ulcisci facile poterant neq; communius dimicantes ferebant. Ab utrisq; tamen afflictis succendit porticus opere magnitudine atq; ornatu mirabiles. Ibiq; cum multi flamma subito comprehensi aut ea consumebantur aut in hostes desilientes ab ipsis occidebantur alii intorquum cedentes praecipitantur ex muro. Nonnulli desperata salute incendii periculum suis gladiis praueiebant. Qui tamen ex moenibus obrependo in Romanos fecissent impetum moerore attoniti nullo negotio subigebantur donec omnibus aut interemptis aut timore deiectis thesauro dei defensoribus desitit manu milites attulerunt & quadringenta ex eo talenta diripiunt. Quorum quae furto sublata non sunt congregauit Sabinus. At iudeos multo plures magisq; pugnantes tam uiuorum quam opum interitus in Romanos contraxit. Obsequiaq; regia minitabantur exitium nisi quamprimum inde secederet Sabino si uellet una cum cohorte militu abeundi copia pollicentes. Quibus opitabantur regalium plurimi qui ad eos sponte transfugerant. Pars tamen bellicosior. Erat Sebastenorum tria milia. Hisq; Rufus & gratas praepositi unus peditum rector / at uero equitum Rufus. Quoru uterq; ut corporis atq; prudentia etiam si nullam manum obediens haberent magnum tantum momentum belli Romanis addidissent. Itaq; iudaei quidem instare obidioni simul & castelli moenia tentantes & ad Sabinum clamantes ut nullo impediēte discederet habituros tanto post tempore patriam libertate. Sabinus autem quamquam optaret euadere fidem tamen pollicitationibus non habebat sed eorum lenitatem insidiarum esse illecebram suspicabatur simulq; auxilium Vari sperans obidionis periculum perferebat. Eodem tempore per iudaeam plurimis locis tumultus erat multosq; ad regni cupidinem tempus impulerat. Nam in idumaea quidem duo milia ueteranorum qui sub Herode militauerunt congregati armis instructi cum regalibus decertabant. Quibus achiabae regis confobrinus ex uicis munitissimis repugnabat campestre praesertim declinando. Inferioris autem Galilaeae iuda filius Ezechiae latronum principis ab Herode quondam rege capti qui tunc illas regiones uastauerat non parua multitudine collecta raptisq; regis armentariis & omnibus quos circa se habebat armatis contra potentia cupidos manus mouebat. Trans flumen quoq; Simon quidam ex regalibus seruis pulchritudine simul & uastitate corporis fretus imposito sibi diademate cu latronibus quos congregauerat ipse circumiens & apud Hierichunta regiam & multa alia magnifica diuersoria igni corripit faciem sibi praedam ex incendio comparans. Omnesque habitationes in quibus aliquid decoris erat concremasset nisi Gratus regiorum peditum rector ex Trachone sagittarius itemq; Sebastenorum pugnatissimos dicens properasset occurrere. Vbi peditum quidem in pugna multi consumpti sunt / ipse autem Simonem compendio praueinit ardua ualle fugientem & ex transuerso percussum in uertice deiecit. Incensa sunt autem & quae cumque iordani proxima fuerunt sedes regiae apud Betharamathem quorundam aliorum manu conflata ex locis ulterioribus / tunc etiam pastor quidam cui nomen erat Gaius regnum affectare ausus est / quod ut speraret ut corporis animaeque fiducia mortem contemnentis impulsus est. Ac praeterea factum sibi similitum robore quorum singulis tanquam ducibus & Satrapis attributa

attributa manu armatorum ad incursum utebatur. Ipse autem veluti rex maiora negocia procurabat. Et tunc quidem sibi etiam coronam imposuit non paruo autem post tempore cum fratribus suis nascendo teritoria & occidentem praecipue Romanos itemque regios persequerantur cum nec iudaorum quicquam effugeret qui lucrum aliquod ferens uenisset in manus. Ausi sunt autem apud Amathunta compertum Romanorum agmen obsidere qui frumenta cohorti atque arma portabant. Vbi arrium quidem centurionem & xl. fortissimos iaculis confecerat. Cateri uero in periculo constituti similia sustinentes auxilio Grati qui cum Sebastienis aduenit elapsi sunt. Multis in hunc modum contra indignas itaque alienigenas per omne bellum gestis post aliquod tempus tres ex his comprehensi sunt natu quidem maximus ab archelao. Duo uero qui erate sequebantur in manus Grati ac Ptolemaei delati. Nam quartus archelao pactione concessit. Sed hic finis eos postea secutus est. Tunc autem latrocinali bello cunctam inflammabant iudeam. Varus autem accepit Sabinus & principum litteris toti cohorti metuens opem his ferre praeparabat. Itaque cum duabus reliquis cohortibus & quattuor aliis equitum in ptolemaida profectus eodem de regum atque optimatum auxilia conuenire iussit. Ad haec a Berythiis etiam cum per eorum transiret oppidum mille & quingentos accepit armatos. Vbi uero in ptolemaidem tam cetera manus auxiliorum quam propter herodis inimicitias aretas rex arabum non cum exiguo numero equitum perditumque peruenit. statim exercitus partem in Galilaea quae ptolemaidi propinquior erat dirigit amicum suo Caio his rectore praeposito. Qui mox & aduersus quos ierat omnes in fugam uertit & Sephorim ciuitatem captam ipsam quidem incendit incolas uero eius seruiti subiuugauit. Varus autem ipse cum omni Samaria positus ciuitate quidem abstinoit quae inter aliorum turbas nihil eam mouisse deprehendit. castis autem ad nicum postis qui appellatur aaron ptolemaei possessionem propterea direpta a barbaris & ab amicis Herodis qui ptolemaeo insensu erant. In de Sapho progreditur alterum di cum tutissimum quem similiter omnesque redditus ibi reperitos fuerant depopulati. Caedis autem insignis plena erant omnia nec praeda Barbarorum quicquam obstabat. Exusta est autem Emaus iussu Vari ne cessari caeterorumque indigne ferentis habitatoribus eius fuga disperisset. Hinc progressus ad hierosolimam cum exercitu solo uisus. Iudaeorum castra disiecit & alii quidem per agros abire fugientes. Qui uero intra ciuitatem degebant suscepto eo seditionis causas in alios conferebant nihil quidem se pernitius nouisse dicentes sed propter diem festum receptam necessario multitudinem in ciuitate obfessos esse potius cum Romanis quam cum seditionis conspirasse. Ante uero obuia ei uenerant iosephus archelaei consobrinius & cum Grato Rufus agentes exercitum & Sebastienos & ex Romana cohorte milites ornatos ornatum consueto. Sabinus enim nec in eos Vari uenire passus iam dudum ex ciuitate ad mare discesserat. Varus autem dispartitum aduersus auctores tumultus per agros dimisit exercitum multumque sibi exhibitum quos minus turbulentos inuenisset custodiam tradidit maxime uero nocentium prope ad duo milia crucifixit. Adhuc autem super Idumeam superesse decem armatorum milia nunciatio. Confestim arabas domum redire iubet quia eos non auxiliantium more uti militia sed pro sua libidine & ultra quam ipse uellet agros uastare perpexit. suis autem conuocatis agminibus in aduersarios praeparabat. Verum illi se uero antequam in manus uenirent achiabi consilio tradiderunt. Varus autem multitudine uenia data duces eos interrogandos misit ad Caesarem. At ille cum ignouisset caeteris non nullos regis cognatos erant enim quidam inter eos Herodis propinqui supplicio subiuugari praecipit quia omnino contra regem suum arma coepissent. Varus autem hoc modo rebus apud hierosolimam compositis eademque cohorte quae dudum in praesidio ciuitatis fuerat ibi relicta antiochia abiit. Romanus autem archelao alia rursus cum iudeis causa conflata est qui ante seditionem permissu Vari legati exierant ius genti suae liberum peturi. Erant autem numero quinquaginta qui uenerant astantibus una cum populo qui Romae degerent octo milibus iudaeorum. Itaque conuocato a Caesare optimatum romanorum amicorum concilio in palatini apollinis templo quod priuatum ipsius erat aedificium admirandis opibus exornatum multitudo quidem iudaeorum constitit cum legatis contra archelaeum cum amicis. Cognatorum autem amici ab utraque parte secreti aderant. Nam & cum archelao litare propter odium atque inuidiam recusabat. & cum accusatoribus consueci pudore Caesaris prohibebantur. Inter quos erat etiam philippus archelaei frater beniuolo animo diuicibus ex causis praemissus a Varo ut & archelao subueniret & si regnum herodis nepotibus distribuere placuisset partem aliquam mereretur. Iussit autem accusatores exponere quae nam contra leges fecisset herodes primum non se regem sed omnium qui usquam fuissent tyrannum crudelissimum tolerasse dicebant. Deinde multis ab eo truncatis ea perulisse suspentes ut beatiore mortui putarentur. Non enim tormentis solum eum lacerasse corpora subiectorum sed etiam gentis suae ciuitatibus deformatis exterius ornauisse populisque alienis iudaeae sanguine condonasse. Pro antiqua uero foelicitate ac patriis legibus nationem suam tanta egestate simul ab eo atque iniquitate repleta prorsus ut plures ex herode clades paucis annis sustinerent quam omni auro maiore sui postquam ex Babylone discescere perpessi sunt. Xerxes uero regnante ad discordiam concitati. Verum se tamen ad hanc mediocritatem & aduersa fortunae consuetudinem processisse

processisse ut etiam successione uoluntaria acerbissime feritatis subirent qui & Archelaeum tanti tyranni filium patre mortuo regem appellassent nihil morati & una cum eo luxissent morte herodis ac pro eius successore uota celebrassent. Illum autem quasi metueret ne non certus eius filius uideret ex cade truum milium centium regni lapsus se primordia & quia principatum meruit tot immolante deo hominum uicti matros festo die templi ead uerbis impleuisse. Recte igitur eos qui de tantis malis superessent aliquando respexisse calamitates suas & belli lege cupere uulneribus excipiendis ora praebere atque a Romanis praecari ut iudaeae reliquias misericordia dignas existimarent ne uo quod ex ea natione restaret his obicerent a quibus crudelissime lacerabatur sed patriam suam coniungit Syria finibus ac praedictes Romanos administrari decernerent. Hoc enim modo probatum iri iudaos qui nunc ueluti rumbulenti ac belli cupidi reprehenduntur moderatis rectoribus obedire. Iudaorum quidem accusatio eiusmodi petitione conclusa est. Cum autem surrexisset contra Nicolaus primus criminibus quae in reges erant proposita dissolutis natione coepit arguere quia neque gubernari facili esset natura quae regibus uix pareret. Vna uero etiam propinquos Archelaei qui se accosatores conulerant insimulabat. Sed tunc quidem partibus Caesar auditis conuentum diremit. Paucis autem diebus post media regni parte sub Terrachae nomine dedit Archelaeo etiam regem si se dignum praebuisset facturum esse pollicitus. Reliquam uero dimidia in duas tetrarchias diuisit duobusque aliis Herodis filiis attribuit unam Philippo alteram illi quae cum Archelao de regno certauerat. Huius autem parti cesserat trans flumem regio quarum ducera talenta redditus erant. Barhanea uero & Tracon & Auranitis & quaedam pars domus Zenonis circa Iamnia nunc Philippo destinata sunt quae talentorum c. redditus ministrabant. Archelaei uero Echnarchia Idumeam omneque Iudaea & Samaria habebat quarta tributorum parte leuata pro munere quia non rebellasset cum caeteris. Ac ciuitates quibus imperaret & ei traditae sunt Stratonis Turris & Sebaste & Ioppe & Hierosolyma. Graecas uero Gazam & Gadarā & Hippio regno auulsa Syriae Caesar adiecit. Erant autem redditus archelaei. cccc. talenta. quin & Salomae praeter illa quae testamentum regis ei relicta erant Iamnia domina & Azori & Phaselidis idem Caesar constituit regiamque apud Achaionam largitus est ex quibus oibus talentorum lx. redditus colligebant. Domum uero eius Echnarchiae subiugauit archelaei. Cum autem caeteris Herodis praesens testamentum relicto soluisset duas eius filias uirgines extrinsecus quinque milibus pecuniae donauit easque naptum Pherozae filius collocauit. Diuiso autem Herodis patri monio etiam sibi relictas ab eo facultatem ad mille talentum huiusdem distribuit exceptis suo nomine quibusdam rebus uiliis propter honorem defuncti.

Iudeus quidam interim simulat se esse alexandrum ob similitudinem cum illo Romam uenit cognoscitur a Caesare patreque ipse Caesari dolus & fraudis his ridens Caesar remigum numero inseruit suasore illius fraudis interfecit ponuntur quaedam sectae philosophorum & eorum uita.

Cap. II.



Interea quidam iuuenis natione Iudaeus apud quaedam libertinum Romanorum in Sidoniorum oppidulo educatus illi se format similitudine quem Herodes necauerat. Alexandrum esse meritus falsi mediis spe Romam uenit. Huius autem facinoris habebat socii quaedam gentilem suum oes regni actus optime scientem a quo instructus affirmabat eorum se misericordia quae sui atque aristobuli occidendi causa missi fuerat similibus corporibus subditis morti esse subreptos. Denique his multos iam iudaeos fefellerat in creta degentes ac liberaliter illic acceptus. Melius inde transmissus ibique ampliore quae situ cum lacus et hospites suos magna utriusque similitudine Romam secum nauigare pellexerat. Postremo de latu Dictarchia multisque muneribus a iudeis eius loci donatus quasi rex a paternis amicis deducebatur. A hoc enim fidei pesserat formae similitudo ut qui alexandrum illum uiderant planaque nonerit huc esse iuraret igitur oes etiam Romae uisendi eius studio circufusi pperabant & infinita multitudo per uicorum angustias quocumque referebat conueniebant. Tara namque demeria multos coeperat ut illum sella portaret ac regale obsequium propriis eius sumptibus exhiberent. Sed Caesar alexandri uultu optime sciens ac cunctatus non fuerat ad eum ab herode & si priusquam uideret hominem fallacia similitudinis aia duceret hila riori tamen animi spe non nihil indulgentiam putauit & Celadum quaedam alexandrum bene cognosceret misit ut ad eum adolescentem adduceret. Quo ille conspecto statim personae differetia coniectura deprehendit. Maxime autem ubi corporis eius duriat & feruile formam considerauit intellexit oem comitum. Satis autem commotus est dictorum eius audacia aristobulum pcontatibus saluū quod illum esse memorabat consulo uero non adesse quae apud Cyprum degeret cauendo insidias minus enim se circueuniri posse disunctos. Itaque Celadus ei ab aliis seperato nitā dixit a Caesare primum fore tate fraudis si prodidisset auctorem. Id autem se facturum pollicitus ad Caesarem sequi & iudaeum indicat quae formae suae similitudine abusus esset ad quaestum. Tanta enim dona ex ciuitatibus eum singulis abstulisse docuit quanta uiuus alexander accepisset. Risit his Caesar & saluum quod alexandrum propter habitudinem corporis remigum numero inseruit suasore uero eius interfecit iussit. Melius autem sumptum detrimentum per amantem pruo satis esse indicauit. Echnarchia uero suscepta memor discordiae superioris archelaeus non solum iudeis sed et samaris crude liter abusus est. Nonque principatus sui anno legatis contra se ab utroque ad Caesarem missis ipse qui-

dem in

dem in exiliū pellitur. Viānam gallicā ciuitatem/patrimoniu uero eius thesauris Cæsaris adiudicat. Quem quidem priusquam euocaretur ad Cæsare huiusmodi somniū uidisse cōmemorauit. Nouē aristas plenas & maximas a bobus comedi somniauit. Accitos deinde uates Chaldæorumq; nonnullos quid nam illo putarent iudicari somnio consuluerat. Alii aut aliter interpretantibus Simon quā Esæus genere dixerat. Aristas annos arbitrari bonosq; reg; mutationes: eo quia uagos arido uerticē ac mutaret. Ideoq; regnaturū esse tot annis quot significasset numerus aristarum uarias aut rerū mutationes/expertum esse moriturū. His auditis quinq; diebus post idem archelaus ad causam dicendā esse euocatus. Dignum autē dixi memoria etiā coniugis eius Glaphyæ somniū archelai filiz cappa/docuē regnis referre. Quā cū alexandrū primus habuisset uxore. frater huius de quo loquor Herodis filius a quo ille interfectus est sicut iam designauimus post illius mortem. lubæ regi Libyæ nuptiā/eoq; defuncto domū reuersam/domiciū apud patrē in uiduitate degentem. Ethnarches archelaus ubi conpexit ad hoc amoris accessus est/ut eā statim repudiata cōiuge sua Mariāne sibi copularet. Hæc igit in breui tēpore postquā in iudæā rediit uidere uisa est instante sibi alexandrū dicere. Satis fuerat tibi liby cum matrimonio/ sed tu illo non contenta rursus ad meos penates reuerteres audacissima uiri tertiū quodq; grauis est fratris mei iuncta matrimonio. Equidē non dissimulabo contumeliā te quæ licet finitū recuperabo. Atq; hoc expolito somnio uix biduū superuixit. Igitur archelai filiū in provin ciam circumscripitis procurator equitum apud romanos Coponius a Cæsare missus est ei sibi a Cæsare potestate mandata. Hoc disceptante Galilæus quidam Simon nomine defectionis arguebantur quia in dignas increparet. si tributū Romanis pendere paterentur/ dominosq; post deū ferre mortales. Erat autē proprie sectæ sophista/ nulla in re aliis simul. Erenim tria sunt apud iudæos genera philo sophiæ. Horū unum pharisæi profitentur/ alterum Saducei/ tertium autē quod probabilius habet. Essæi colunt gente qdem iudæi. Verum inter se mutuo amore coniunctissimi & qui pter ceteros uoluptatē qdē quasi maleficia uitare cōtinentiā uero seruare neq; cupiditati succubere. uirtutē maximā ducere. Itaq; nuptias quidē fastidiunt. alienos uero filios dū adhuc molles sunt erudiunt/ traditos pro cognatis habentes suis moribus diligenter instituūt. Non quia cōiugia uel humani generis successio nē conseant p̄rimendā. sed qd cauendā putent intēperantiā feminā. nullā eaz; uni uirō fidē seruare credentes. Quin & diuitiaz cōtēptores sunt/ rerūq; apud eoz; cōmunicatio admirationi habet. neq; inuenias alteri alteri opulentiā stare legē; sibi dixerūt/ ut qui disciplina suā sectari uellent/ bona cōtubernio publicaret. Ita enim fore ne uel paupertatis humilitas/ uel diuitiaz dignitas appareret/ sed p̄mixtis facultatibus ueluti iter fratres unū esse omniū patrimonium. Probō autē ducunt oleū/ & si qs uel iuitus unctus fuerit/ mūditiū corpus abstergere/ quoniā squalorē decori putant/ dūmodo semper in ueste sint candida. Designatos autē cōmuniū rerum procuratores habent/ & ad usus omniū idē uisos. Nō est autē il is una ciuitas certa/ sed in singulas multi domicilia transferunt/ & aliunde adueniētib; sectæ suæ professoribus quid habeant promptū exhibent quasi propriū. Deniq; tanquā cōsue/ tissimi ad eos ingrediuntur quos nūquā ante uiderunt. Hic est quia cū peregrinant/ ppter latrocinia tātū armantur/ neq; præterea quicq; ferūt. In singulis autē ciuitatibus ex eodē collegio specialis curator hospitū constituitur qui eorum uestimenta ceteraq; usui necessaria tueatur. Amictus autem cultusq; corporis omnibus pueris in metu & sub cura magistrū agentibus par est. Nec uero uestitum siue calceos mutant/ nisi ut omnino concisis prioribus aut longi temporis/ usu consumptis. Nihil autē iter se mercantur aut uēdunt/ sed egētī qsq; quod habeant præbēs refert ab eo quod ipse nō habeat. Quam uis etiā sine permutatione cunctis libera sit facultas a quibus liberit accipiendi quod opus sit. Præcipue circa deū religiosi sunt. Nāq; ante solis ortum nihil profani loquūt/ sed ei patria quadam uota celebrant/ quasi ut orientur p̄cantes. Deinde ad quas uenerunt singuli artes a curatonibus dimituntur. Cūq; ad horā quintā studiose fuerit operati rursus in unū congregantur/ liteisq; prædictis uelaminibus ita corpus aq; frigidis abluunt. Atq; hac lustratione i eadē secreta cocunt. Quo neminē aliterius sectæ hoiem aspirare concessum est ipsiq; purificati uelut in sanctū quoddā tēplum in cenacu lū cōueniunt/ quibus cum silentio sedentibus pistor quidē panes ordine unum autem uasculum ex uno pulmento singulis cocus apponit. Deinde uoce cibū sacerdos anteuenit/ neq; gustare. quēquam fas est/ nisi prius deo celebratur oratio. Post sinē quoq; prandii uota repetunt. Nam & cū incipiunt & desinunt quasi datorem uictus deū laudibus canunt. Tunc ueluti sacris illis depositis uestimentis usq; post meridiem ad opera se conferunt. Reuersiq; inde similiter cenant/ confedētib; etiā hospitibus si quos fortasse interuenisse reppererint. Neq; uero clamor unquā tectū illud/ neq; tumultus inqetat/ cū etiā loquēdi ordine aliis alii cedat/ eoz;q; silentiū extra tectū constitutis arcanū quoddā uideat/ ruribile. Cuius quō rei perpetua sobrietatis causa/ est/ quodq; apud eos edendi aut potandi modus futuritate diffinit. Sed quāuis aliquarū rerū nihil sine præcepto faciunt/ curatoris/ tamē in his duobus hoc est in iouando & miserendo sui iuris sunt. Nā & subuenire dignis cum opus est suo arbitrio/ cuiq; licet atq; indigentibus alimenta porrigere. Sane cognatis dare/ aliquid sine curatoribus interdicit. Idē

fracundiaz moderatores iusti sunt indignationē cohibent/ fidem tēnentur/ patri obsecundant/ & omne quod dixerunt iureiurando fortius habent. Ipsum autem iusurandum quasi periuorio deterius uicāt. Iam enim mendacio cōdēnatum arbitrantur/ cui sine deo non creditur. Summū autē studium ueterū scriptis adhibent ea maxime indeq; quæ animæ & corpori expediant eligentes. Hinc illis morborū remedia strpes medicas quāq; uim propriā singuli lapides habentur rimantibus conquiruntur. Sectæ uero suæ studiosi nō statim cū eis una collectio. sed per annū integrū extrinsecus cōmoranti cuiq; uendē uictus ordinē tribuunt. Dolabra quoq; & quod prædictū est perizoma & alba ueste tradetes. Cū uero processu tēporis experimentū cōtinentiæ dedit/ accedit etiā ad commuem cibum/ & purioribus ob castificationem. si quis participat/ neq; tamē in conuictū assumitur. Post ostentionē quippe cōtinentiæ duobus annis alius mores eius probantur. Cūq; dignus apparuerit tunc demū in confortium assumitur. Prius uero quā incipiat cōmunē habere cibū magnos execrationibus abiorat/ se primū quidem colere deum/ deinceps quoq; erga homines seruare iustitiā/ & neq; ppria sponte nocere cuiquam neq; ex s̄cepto obesse/ quinimmo iniquos omnes odisse/ & cū labore semper uicariæ sectatoribus fidem omnibus seruare/ maxime uero principibus. Neq; enim absq; uoluntate uel cuiquam con/ sentire posse ad principatus potentia accedere. Si uero ipse ceteris præsit nunquā abuti nunquam se abuturum uiribus potestatis ad contumeliā subiectoz; sed neq; ueste aut ambitioso aliquo ornato reliquis eminare/ ueritate semper diligere/ & habere propositū conuincere mētentes. Manus uero a furto & animā purā seruare ab iniustis cōpēdit/ & neq; aliqd de mysteriis consecrantes celere. Neq; profanis eoz; quippiam publicare/ etiā si intentata quispiam morte cōpellat. Sup hæc aut addit nihil de dogmatibus aliquid quam ipsi susceperint tradere. Fugere aut latrocinia/ & cōseruati iri si/ militer dogmatos sui libros/ angeloz;q; noia/ his qdē execrationibus explorat/ & q̄ si p̄muniūt accedere. Depræhensos uero in peccatis a sua congregatione depellit/ & q; taliter fuerit condēnatus miserabili plerūq; morte consumitur/ illis quidē sacramentis sacratis obligatus/ neq; capere ab aliis oblatum cibū potest. Herbas uero pecudum more decerpens/ & famæ exarsa mēbra corrumpunt. Ob quā etiā plurimos plerūq; miserati/ & extremum spiritū agentes receperunt sufficientē pro peccatis eoz; q; usq; ad mortē adduxerat poenam fuisse censentes/ in iudiciis uero sunt diligentissimi atq; iustissimi. Disceptant autē non minus quā centū in unū coacti/ quod aut ab his decretū fuerit immobile manet. Veneratio quoq; apud eos post deū magna legiferi est/ ita ut si quis blasphemauerit morte damnetur. Senibus uero obedire/ & plurimum quoz;q; deprobabile arbitratū officium. cum simul deniq; sederint. x. nullus unus nouē loquitur inuitis. Expuere quoq; in mediū eorum uel in dexterā/ sui partē quisq; deuitat. Sabbatis quoq; operationē aliquam contigisse omnibus iudæis diligentius cauēt neq; cibū sibi solū pridie præparāt/ ne uidelicet illo die ignē accēdat/ sed neq; uas aliquod trāspōnere/ præsumant immo nec alium purgant. Aliis autē diebus fodientes foueam/ uos uerbi gratia pede altam dolabra illa quam tradidit nuper accedentibus diximus demissa ueste sese diligentissime contēgentes/ ne scilicet splendori diuino iniuriam faciant/ in eadem fouea ab onere uentris leuantur/ ac deinceps terram quā esse darent redacunt/ idq; ipsum faciunt in locis secretissimis/ & nempe cum naturalis sit ista purgatio/ nihilominus tamen solēnem habēt ut quasi ab immunditia diluantur/ decernunt autē in terra secundum susceptæ abstinētiæ tēpora in ordines. iiii. tatumq; hi q; minores sunt inferiores præcedentibus assignantur/ ut si aliquos eoz; contigerit quasi a contactu alienigenæ diluati/ uiuunt autē quā longissime/ ita ut plurimi eoz; usq; ad centenariā p̄ferant ætatē. ppter simplicitatē sicutis/ quod eis nimirum accedere puto propter institutionē bene in omnibus ordinatā. Sūt autē aduersorum cruciatus siquidē uincūt firmitate cōsiliū. Mortē uero si cū decore obeunda sit iudicat ēt immortalitate meliorē/ prodit autē eoz; in omnibus negociis animos bellū gestum cū Romanis. Tūc siquidē p̄ artuum contractiones & ignes ac per tormenta omnigena transeunt/ ut uidelicet in legulatores aliquid loquerentur iniuriam/ uel ciboz; quippiā quos nō solent edere/ ad uicē horū potuerūt impelli/ sed neq; depræcari suos tortores/ aut in ipsis flere supplicis quinimmo in mediis cruciatibus subridetes/ & eis qui tormenta admodum illudentes constantes animos cum quadam hilaritate reddebant. si quasi qui eos essent denno recepturi. Opinio quippe apud illos firmata cōstitit/ corruptibilia qdem esse corpora/ materiāq; eorum nō esse perpetuam/ animas autem immortales semper manere/ & de æthere subtilissimo cōmeantes quasi carceribus ita corporibus implicari/ uelut quas illecebra carnalis attraaxerat. Cum uero fuerint a carnalibus releuata uinculis quasi de seruitute longissima libera/ eas ita illico letari eas sublimisq; ferri. Et quidem bonis continentes in hoc græcorum sententiis promouit ultra Oceanum degere ubi eis sit imposta p̄seruitio illic quippe esse regionem/ quæ neq; imbribus/ neq; niuib; neq; æstibus aggrauetur/ sed quam Oceano oriens Zephyus & leuiter aspirans amānet. Malis autem animabus p̄cellosa loca & hiberna delegant plena gemitibus exercēdarū sine sine pena/ uidētur autem mihi secundum hanc ipsi itelligētiā græci quoq; fortibus suis quos

M Aiore at plaga iudæos afflixit aegyptius qdã pseudo propheta / adueniens quippe in puincia magus cum esset propheta; opinionẽ sibi arrogans. xxx. ferme milia hominũ congregauit quos uana seductione deceperat / & circũducens eos de solitudine in montẽ qui uocatur oliuaz / inde Hierosolymã nitēbatur ascendere / depulsoq; Romanorũ præsidio in populares exercere dominationẽ / utebatur sane stipatoriibus qui ad facinus cõuenerant / præuidit autẽ eius impetum foelix / & occurrẽs cũ ipsis romanis armatis quos etiã iudæorũ reliqua multitudo iuuabat inuit cõsiliũ. Et aegyptius quidẽ cũ paucis fugit. Plurimi autẽ qui ipso fuerant cõp̄hẽssi atq; uinctis traditi sunt. Reliqua uero multitudo in regiones proprias dispersa est. Cõpressis porro his etiã sicut in ægro corpore / rursus pars altera tumescēbat. Magi enim qdam & latrones collecti multis afflictionẽ inducebant / & quasi ad libertatẽ uocabant / morte ap̄tissimã cõminãtes his q̄ Romanorũ principatũ obedire uolũssent / uel reluctantes auerterent eos qui sponteancẽ ferent / ueritẽ. Dispersi ergo bipartitã regionem diripiebant quorũq; potentũ domos / eosq; insuper trucidabant / inflãmabant etiã agros / ita de desperatione eorũ tora iudæa protinus impleteret. Et hæc quidẽ pugna in dies grauius augebat. Alter aut tumultus ortus circa Cæsariã iter iudæos scilicet q̄ ibi p̄mixti habitabant / & Syriõs cõmõtionẽ factã. Hi sigdẽ p̄ficebant ut eorũ iudæi ciuitas iudæũ eius fuisse conditorẽ dicentes / erat aut rex Herodes. Aemuli uero conditorẽ quidẽ cõsistentur iudæum / ipsam uero ciuitatẽ fuisse gentiliũ uindicabant. Neq; enim illic statuas & fana potuisse constitui si ad iudæos eã conditor p̄tinere uolũssent. Ob has ergo causas iter se populus ueritẽ iurgabat. Procedebat autẽ usq; ad arma cõtentiõ / & quotidiẽ ad confligendũ audaces quiq; partis alterutraq; proficiebat. Neq; enim iudæorũ seniores cohibere tumultus gentis suæ poterant / & Græcis turpissimũ uidebatur iudæis inferiores uideri. Præstantant autẽ hi quidẽ ditiũ & corporũ uiribus. Græci uero auxilio militũ magna siquidẽ pars romanã manus de Syria illo fuerat congregata. Et quasi cognati ad auxiliandũ parati erant Syriõs. Præfecti autẽ militũ curabant cõprimere tumultũ / & pugnaces quosq; cõp̄hẽssentes tauris uelisciebãtur / ac uinctis. Neq; tunc supplicia cõp̄hẽssorũ impedimentũ aut timorẽ reliquis inferrebat / imo magis hoc ipso seditionis irritabat argumentũ / tunc demũ foelix minacẽ dictõ / præcepit contumaces quosq; urbe discedere / non parentũ autem immixtis militibus inter / eic non paucos quorũ etiã substantiã direp̄tã sunt. Post hæc quoq; cũ uideret seditionẽ manere nobiles utriusq; partis elegit / & suscepta legatione misit ad neronẽ pro his quæ sibi competere arbitratẽ tur acturos. Succesit autẽ ei Festus / & hos qui maxime infestabant puincia; sollicitẽ persecutus / latronum plurimos cõp̄hẽssit atq; interfecit.

Albinus sit successor Festo qui sauit latronibus & postea Cestius Florus qui ita se gessit ut multi coacti sint relinquere patriã ob publica latrocinia & rapinas suas. Cap. XII.

M Erũ successor huius albinus nõ eodẽ more negotiũ sũbit. Neq; enim fuit aliqua malignitatis sp̄s quã ille p̄terierit / Deniq; nõ solũ ciuibus furabatur / & diripiebat substantiã singulor; / neq; solũ tributor; additamentis in cõẽ gentẽ grauabat / sed etiã quos ob latrocinia uel decuriones ciuitatũ cõp̄hẽsserũt / uel quã prioribus iudiciis in custodia erãt / resti accepta a cognatis eorũ pecuniã liberauit. Et his solũ q̄ nõ dedisset in carceribus q̄st̄ nocētissimum remanebat. Per idẽ tẽpus eorũ quoq; q̄ res nouare cupiebãt / i Hierosolymis crescebat audacia. Ex qbus sane q̄ erãt opulẽti albinũ largitionẽ redimebat / ut eis tumultũ moueribus nõ dignatẽt. Pars aut popularis q̄ nõ satis gaudebat / q̄te albinũ p̄ncipibus iugebat. Vnũq; ipor; cohorte / p̄pria circũdatus ipse qdẽ quasi princeps latronũ / & tyrãnus eminebat. Stipatoriibus uero suis ad direptionẽ me diocriũ abutebatur. Ita sicbat / ut hi qdẽ quor; uastabãtur domus tacerent. Illi autẽ qui extra incõmõdum steterunt / mox in similia paterentur quærelis deterrebãtur imo & officiis ambiebãt eos quos cõstabat dignos esse suppliciu. In cõmune aut oĩum fait intercepta fiducia. Et erat tũc multiplex dominatio / & femina captiuitatis futurã iam ab illo tẽpore spa;gebanũt. Cum sane eiusmodi morum fuisset Albinus tamen succedẽs ei Cestius Florus optimũ cum per comparationẽ sui fecit uideri. Ille sigdem plura occulte & cum fraude nocuerat. Cestius uero inigates suas in uniuersã gentem,

tam palam quā si gloriaretur exercuit. ac velut non ad regendam provinciam sed ad damnatorum poenarum carnifex missus neque rapinarum ullum morem nec afflictionum praetermisit. in miseris autem crudelissimus erat in turpibus vero impudensissimus. neque enim quis illo amplius offendit fallacia veritate neque comentus est callidioris incedit vias. Hinc siquidem iurim illarum dispersis lucra quaerere exiguum visum est sed totas simul dispolauit urbes & labes populis inferat. solum non uoce per totam regionem edicens liberum esse omnibus latrocinari dum ipse praedarum acciperet portionem. Denique ob illius auaritiā contigit totam poenae deserti regione ita ut plurimi sedes patrias relinquentes ad exteras provincias commigrarent donec autem in Syria Cestius Gallus pauciat regerbat neque ausus quidquam iudaeorum est aduersum Florum ad eum mittere legatos. Cui uero instante azyrnorum solennitate ipse Hierosolymam uenisset occurrens multitudo quae facile tricenis centum milium fuit praecabatur ut gemitus suae calamitatis subueniret & pestem illam provinciae Florum ut eiiceret calamitabat. Qui tantum cum sub populi ore esset & Gallo assisteret non solum nihil mouebatur sed uoces illas etiam deridebat. Cestius tamen comescens imperium populi & edicere quod deinceps placatur esse Florum redderet regressus est antiochia. Deduxit autem eum usque ad Caesarem Florus illud edacis & iudaeorum genti bellum sedulo commiscens quo scilicet solo iniquitates suas occultum iri posse credebat. Pace siquidem permanente habitu tunc se apud Caesarem accusator. Iudaeis uero defectione negotiatus fuisset maiore ut quae malo abducentia se esse inuidia peccatorum minorum. Igitur ut gens a Romano abrupteretur in periculo sedulo in diem agebat calamitates.

Fit quaestio in Caesarea inter iudaeos & Caesarienses de Synagoga Iudaeorum quia impediēbatur ad illum accessum locūdus q̄ erat p̄fectus equi p̄gebat sedare tumultū recedūt iudaei in Nabata cum libris legis primates iudaeorum ad Florum accedunt cōquerentes quos inbet uinciri p̄pter ablationem librorū legis ex hoc oriuntur iurgia maxima apud Hierosolymas accusatur florū & eius timore populus effugit florū indignatus sedes p̄ tribunali militibus p̄cepit ut Forū uenaliū diriperet / unde multi interfecti & spoliati & domus omnium dirutae sunt.

Cap. XIII.

Er idem tempus apud Neronem Caesarienses uictores exitere. Decretumque istud contra litteras attulerunt per quae hoc bello iudaico dabatur exordium. Duodecimo scilicet anno regni neronis / septimodecimo autem regni agrippae mense maio. Ad magnitudinem autem excitatorum de eo malo nequaquam idoneas causas habuisse deprahēditur. In Caesaria siquidem habitantes iudaei habebant Synagogam prope agrum cuius erat dominus gentilis quidem Caesariensis & frequenter quidam egerant ut ad illorum ius illa possessio iungeretur multis partibus maius praecium quam res meruerat offerentes. Dominus autem loci non solum praecis eorum desepisse cōrētus. Sed ad maiorem dolorem edificauit in loco tabernas ita ut angustiis eis transitum relinqueret. Primū igitur feruentiores aliqui iuuenum prosilientes adificationem uetabant. cum uero florū hos a prohibendo cohiberet non habentes iudaeorum nobiles quid agerent inter quos erat Ioannes Telones inflectunt florū oblatione octo talentorum ut adificationem uetaret. Ille autem ob capiendam tantummodo rem promittens se cuncta facturum accepta pecunia statim de Caesaria egressus est abiitque in Sebasten / seditioni tribuens facultatem quasi qui pugnae spaciū iudaeorum primatibus uendi disset. Sequenti autem die quae apud iudaeos Sabbathum est cum plebs ad Synagogam conuisset seditiosus quidam Caesariensis uas sanium ante ingressum eorum ponens alites immolabat. Hoc factum iudaeos incoercibiliter accendit & legem suam quippe contumeliam pertulisse locum ipsum dicebant fuisse pollutum. Pars autem iudaeorum quae erat constantior atque moderatior denuo iudicibus esse conuenerunt rebatur. Seditiosi autem & iuēute turgent iudaei effundebantur in litrem. Stabat autem ad configendum parati etiam Caesariensium tumultuosiores. Ex consilio quippe directus fuerat qui pro Synagoga foribus immolaret. Sicque cōtinuo ex pugna commissa. Interueniens autem iocūdus qui ad prohibendum erat relictus praefectus equitum. uas illud quidem quod postū fuerat insulsi auferri & tumultum sedare pergebat. cum uero superatus esset praefectus Caesariensium uolentia iudaei statim libros legis rapientes secesserunt in nabata (regio quaedam eorum hoc nomine appellatur di rempta caesaria stadiis sexaginta). Primates autem eorum duodecim cum iohanne in Sebasten ad florū uenerunt de his quae acciderant conuenerunt & ut auxilio esset rogabant quamuis reuerentem tunc eum de octo talentis ad monentes. Ille uero illico comprehensos eos uinciri iussit arguens cur leges de Caesaria auferre ausi fuissent. Pro hoc igitur apud Hierosolymas grauissima iurgia nascebantur. Verum tamen adhuc indignationem suam frenabant. Florus uero quasi ad hoc operam suam locasset ut bellum in flām ret misit ad sacra thesaurū ut i decē & septē talenta auferrentur quasi ea pecuniam ipse Caesariensis flagitare. Tunc uero statim inuasi populum multa confusio concurrentes ad templum maximis uocibus nomē Caesaris appellabant. ut a tyrānide flori liberarentur orantes. Quidā autem seditionis in flāge maledicta iacebant ultima & canistrū circūferentes stipē eius nomine postulabāt / quasi inops & miserimus talibus idigeret auxiliis. His autem omnibus nihil est a cupiditate deerritus / sed multo magis

magis ad depradandū irritatus est. Denique cum debuerat Caesaria ueniens ignē belli illic nascentis extingueret / causamque tumultū submoueret / pro quo et pecunia acceperat pactus / tantum cum exercitu equitum atque pedum Hierusalē contendit ut Romanis ad quae uolebat ueretur / ac timore & minis urbē nudaret. Tunc populus lenire eius imperium uolens obuiam militibus processit / cum solitis utique fauoribus & Florum honorare officii paratus. Ille uero praemittens cum equitibus. L. Centurionē nomine Capitonē discedere eos iussit. Neque eum in quae tam graua maledicta iecissent / falso denuo honore deluderent. Oportere quippe eos si uiri sunt fortes animique constantes etiam in praesentē effundere contumelias. nec solum eos in uerbis / sed et in armis amorē libertatis ostendere. His dictis multitudo simul etiam equitibus / quae cum Capitone uenerant. in mediū uulgus irruentibus diffugerunt / antequam Florum saluarent / aut militibus officia consueta redderent. Discedentes igitur in domos cum motu atque humilitate paupere duxerunt. Florus autem tunc quidem deguit in regia. Postridie autem aduersum eos extracto tribunali sublimis refedit / conuenientesque sacerdotum principes & ciuitatis uniuersa nobilitas astiterunt tribunali. His praecipit Florus. ut oēs quae maledicta in eum succlamassent protinus dederent edicens in ipsos esse nisi eos produxerint uindicandū. Ad haec respondēt iudaei populū quidem pacifica quaeque sentire illis uero qui errauissent in uerbis ueniā conferendā postulabant. In tanta siquidem multitudine nihil esse mirandum offendit aliquos temerarios / & per atarē insipientes / esse autem impossibile eorum qui deliquerit discri men agitari / cum & singulos nimirum poeniteat / & per timorē ad negandū sint parati. Debere tantum illi si cōsuleret gentis quieti / & uellet Romano imperio seruare urbē. Magis pro multis innoxios dare ueniā et paucis delinquentibus quapropter paucos delinquentes improbos perturbare multitudinē tantū honorū. Ad haec uero ille magna indignatione inflammatus militibus exclamauit ut forū uenaliū quod erat in superiori parte diriperent / ac passim obuios trucidarēt. Illi uero ad lucra sui cupiditate addita auctoritate rectoris non solum illi diriperunt locū in quē fuerat immissus / sed in uniuersas insilentis domos interfecibāt habitatores. Fuga autem erat per angiporta oia & caedes eorum qui cōprehēdebantur deiectionis quoque nulla species spermittebat. Multos autem etiam nobiles cōprehēdentes adduxerunt ad florū / quos ille uerberibus sanatos in cruce sustulit. Denique ois numerus illo interfecto die cum par uultis & mulieribus neque. n. lactantibus pepererat fuit duceri & .xxx. grauiore autem faciebat calamitate uideri nouitas Romae calamitatis / quae nemo unquam prius tunc Florus ausus est ut uiros. sequitur ordis pro tribunali flagellis caederet ac patibulis affigeret. Quoque & si origo iudaei tamen romana dignitas erat.

Rex quidam Agrippa alexandriam proficiscens inuenit germanam suam Beronicem / uidens iniquitatem militum misit ad Florū ut a sede desineret / qui uoluit immo peiora operatur uenit Hierosolymam & uota deo exoluit / regina uero Florum praecatur.

Cap. XIII.

Er idem tempus rex quidam agrippa alexandriam profectus ut alexandriam quae aegyptum percurabat missus a Nerone iure hospitis conueniret. Germana autem suam Beronicem hierosolymis inuenit & iniquitatem militum uidentem grauis pro hac angustia inuaserat / & frequenter quae uent praefectus equitum suorum / custodes corporis mittens ad florū praecabatur / ut a caede desineret. Ille uero neque in multitudinē interfectos / neque in nobilitate p̄caricis / sed tantum in lucra sua quae de rapinis congregarentur aspiciens contempsit annuere. impetus autem militum in reginā efferatus est. Non solum quippe sub oculis eius obuios quoque multabant / sed etiam ipsam nisi confugisset in aula interfecissent. ibi autem peruigile nocte cum intentata custodia egit uerens utique irruptionē militum. Venerat autem Hierosolymam ut nota deo solueret. His enim quae morbo uel aliis necessitatibus iplicantur / mos est oratione per triginta dies antequam insolentem hostias abstinere quoque uino & capillis radere. Quae morē Beronice Regina exercuit diebus / Nudipes et ante tribunal stetit depracans florū / & praeter quod nullo honori habita est & etiam de uita sua periculata est.

Multitudo clamor contra Florum / primates sedant multitudinem / florū uidens multitudinem se datam nouam querit in surgere discordiam / multi occiduntur per Romanos sed desperatione datus populū irruit in Romanos / quos expulit ex urbe / uidens florū nihil posse agere ab urbe digre ditur Caesariam uenit.

Cap. XV.

Aec autem facta sunt sextodecimo die mensis Maii. Postridie autem conueniens multitudo in forum quod erat in superiori parte ciuitatis conflens magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant querebantur. Potissimum autem inuidiose in Florum uoces erant quae ueriti primates quoque & pontifices disruptis uestibus & uiritim singulos comprehēdentes postulabant / ut ab his uerbis quorum causa mala tanta pertolerant desinerent / neque in maiorem indignationem Florum mouerent. Sicque sedata est multitudo / tam reuerentia praecantium quam spe quae nequaquam Florus ultra in eos fauere. Ille autem uidens multitudinem esse sedatam augebatur / & denuo eam inflammare cupiens pontifex cum nobilibus aduocauit. itaque unum aut argumentū fore quod nihil ulterius denouandis rebus populū cogitaret. si obuiam procederet militibus de Caesaria

ria neniensibus/ueniebat autem duae cohortes/qui cum uocasset populum ad occurrendum mandata centurionibus ut nulla salutatione redderet obuiantibus iudeis. Ad quod si offensi petularet proposita essent locuti statim in eos uteretur armis. Pontifices ergo collecta multitudine in templo praecabantur ut occurrerent romanis & ante graue inuicendum cohortes solenniter salutabant. His hortationibus seditiosique annuebant/ & ob interfectione dolorem reliqua multitudo iungebatur audacibus. Tunc uero & ois sacerdos omneseque leuizae sacra uasa proferentes/ornatusque templi/citharistae etiam & cantores cum musicis organis procedebant ante multitudinem/ & obnixissime praecabantur ut illi templi honore custoditum esse uellent/ neque ad direptionem uasorum sacrorum Romanos contumeliosius incitarent. Erat autem uidere ipsos sacerdotum principes sparsis cinere capitibus & pectora diruptis uestibus nuda monstrantes nominatim singulos quosque nobiliu compellere/ ac denuo in comune multitudine praecari / ne ob modicum peccatum patriam suam proderet his qui direptioni eius inhierent. Quam uero utilitatem uel militibus esse de iudeorum saluatione tribuenda/ uel illis quae acciderant correptione si in praesenti prodire cessassent. Ac contra si officiose susceperint solenniterque uenientes auferri Floro occasione pugnae / ipsos uero saluare patriam suam & providere. Ne quid ultra quam pertulerat experirent. His addunt quoniam paucis seditiosis si tanta multitudo iungatur quo magis ad pacificum consilium sua debuerint auctoritate transferre. Tali hortatu multitudinem inflectentes/ etiam ipsos seditionis auctores/ quosdam quidem minis/ quosdam autem sui reuerentia mitigauerunt/ ac deinceps praecedentes cum quiete omni populo sequente militibus obuiam prodierunt. Iamque comminus factos salutauerunt. Illis autem nihil respondentibus seditiosius iudeorum aduersum florum cuius haec fierent consiliis succlamauerunt. Contestantes milites contra/ hendentibus eos cadere sustibus adhortati sunt/ atque in fugam uentos plequeutes equites proculcabant. Corrucebant autem multi quidem cum a Romanis caderentur/ plures autem cum se mutuo propellerent. In ipsis autem portis grauis facta est contra praesidio & unoquoque alterum praeuenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat. Collabentiu uero erat durus interitus. Suffocati enim atque constati miseri disperibant/ & neque ad sepulchra quicquam proximis suis cognoscendus remanebant. Frustrabant autem pariter milites immoderate eos quos comprehendissent/ cadentes/ & per ingressum quae Bethetham uocatur detrudebatur multitudinem transire cupientes/ ut antonia & templum obtinerent. Quos etiam florus confectus eduxit de regia eos qui secum erant/ & in arcem transire nitentibus. Frustratus tunc est eius impetus. Conuersus quippe aduersum eos populus repugnauit/ & per recta euadentes obruebant faxis Romanis. Qui cum superne sagittis uincerentur uenientibus/ nec possent defendere multitudinem quae per angustos ardebat/ tunc ingressus ad reliquum se exercitum qui erat in regia receperunt. Seditiosius autem uerentes ne superent/ niens denuo florus templum occuparet per antonia ex templo ascendentes porticus ad templum per Antoniam continentibus intercederunt/ quatenus auaritia flori desperatione coperescerent. Nam cum diuinis inhierent thesauris progre hinc in antonia transgredi niteretur/ ubi interitibus porticus uidit/ ab impetu conuenit. Et conuocans sacerdotum principes/ atque curiam se quidem ante urbem digredi/ praesidium tunc apud eos relinquere quantum ipsi uoluissent/ ad haec illis respondentibus nihil nouandum fore si una tantum relinquere apud eos cohortem. Dum tantum non illa quae cum ciuibus pauloante conflixerat/ ea siquidem quae pertulere populum illis militibus infensum/ cohorte sicut praecabantur mutata cum reliqua manu Caesariam regressus est.

Florus non cessans iudeos apud Caestium accusat de defectione dirigitur tribunus Neapolitanus ad haec inuestiganda suscipitur a iudeis benignissime/ & conquaruntur de floro cognita inhumanitate flori/ uulgius uult legatos fieri ad Nerone de crudelitate flori.

Cap. XVI.

Aliud autem denuo pugnae consilium comminiscens retulit ad Caestium/ & iudeos defectionis criminatus impudenti mendacio illos perpetrasse dicens quatenus eos pertulisse constabat. Nec sane principes Hierosolymorum tacerunt/ sed & ipsi & Beronice ad Caestium de his quae in urbe egerat retulerunt. Ille autem susceperit litteris partis utriusque quod facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem uidebatur cum exercitu in iudaeam Caestium ire debere/ & ut uindicare defectionem si fuisset admissa / aut magis fidos reddere iudeos/ eorumque accolas. Ipsi tamen magis placuit aliquem de suis ire/ qui & negocia & consilia iudeorum possit ei fideliter nunciare. Direxit eo tribunum Neapolitanum qui ab alexandria reuertenti agrippae circa lamniam occurrens/ uel a quo fuisset directus/ uel ob quas causas indicat. Quo loci iudeorum autem pontifices reliqui nobiles eorum/ curia adesse curauerant/ ut regem circa/ officia nouaret. Postea uero quae congrua humanitate coluerunt/ coqueasti sunt quam pauerit flexibiliter de calamitatibus propriis/ & inhumanitate flori explicauerunt. Quam licet argueret agrippas tamen ut ducis auctoritati competebat inuentione suam in iudeos transtulit/ quorum maxime miserebat/ uolens si frenare eorum motus/ ut per hoc ipsum quod uiderent nihil passi iniuriae ab ultionis desineret appetitu. Ad haec ergo quicquam neque egregii erant/ & pro sua parte desiderabant quietem/ intelligebant regis redargutionem esse plenam

esse plenam benignitatis. Populus autem Hierosolymorum/ sexaginta stadiis obuiam progreffus officiose agrippam & Neapolitanum susceperit. Lametabantur tamen interfectos coniuges mulieres/ quarum plangoribus reliquos quoque populus ad lamenta conuersus praecabatur. Agrippa ut genti consulere. Succlamabat etiam Neapolitano/ ut ingrederetur urbem uideretque quae essent a floro gesta/ & ita ostendebant forum quod dem desertum domosque uastatas. Deinceps uero per agrippam suadere Neapolitano/ ut is cum uno tantum famulo usque ad Siloam toram circumiret ciuitate/ quatenus ipsis cognosceret eos crudelis iudeos quidem omnibus aliis parere romanis/ soli autem flori aduersari pro magnitudine in eos crudelitate. Ille igitur cum circumisset urbem/ & mansuetudinis populi sufficiens documentum teneret/ ascendit in templum quo etiam multitudinem conuocauit/ & plurimis uerbis fide eorum cum circa Romanos collaudasset multa et ad conseruationem pacis hortatus adorauit eum eiusque sancta in eo tamen consistens loco in quo licebat per religionem/ sicque regressus ad Caestium est. Vulgus autem iudeorum ad regem proficiscens/ conuersus praecabatur ut legari aduersum florum ad neronem mitterentur/ neque de tanta caede tacentes suspicionem suae defectionis praebere/ uisum quippe eos principes capiendorum armorum/ fuisse nisi praenientes ostendissent illi esse qui dedisset exordium constabat autem multitudinem non esse quieturam si legatione aliquis impedisset. Ad haec agrippa ordinari quidem legatos qui florum accusaret inuidiosum putabat/ despiciere autem iudeos in bella commotos neque sibi expedire cernebat.

Aduocat contione iudeorum & constituit in suggestu Beronice germanam rex agrippa qui omnes hortatur iudeos ad quietem & patientiam dicens haec non placere Caesari/ neque eos posse romanis obistere/ qui toti orbem iam dominantur tandem acqiescit populus/ uolensque persuadere ut floro obediant/ quousque successor ueniat/ accensa multitudo ex urbe pepulerunt/ ipse in regnum discessit.

Cap. XVII.

Aduocata igitur contione in xystum/ & in suggestu constituens germanam suam Beronice in Afamonaeorum domo ea siquidem xysto imminet contra superioris partem urbis. Nam xysto templum erat ponte coniunctum eiusmodi oratione habuit. Siquidem non uiderem uos omnes ad pugnam cum Romanis esse concitatos. Neque populi puriore sincerissimamque pacem uelle seruare. Neque processissem ad uos/ neque consulere confusus essem/ superuacua quippe de uultibus oratio/ quando omnium habitatorum conspirat ad deteriora consensu. Quomodo uero aliquos quidem aetas/ malorum belli nescios facit/ quosdam uero inconsiderata spes libertatis/ non nullos uero auaritia succedit/ & in confusione rerum capiendum de minoribus lucrare quae admodum ipsi ab hoc errore corriganur/ & non per paucorum improba consilia et boni disparem existimauerint oportere ut omnibus uobis in unum coactis ea exponerem quae arbitror expedire. Perstrepere autem nemo si non ea audierit quae ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defectionem irreuocabiliter incitati/ licebit etiam post meos monitus manere in pristina uoluntate. Mea uero etiam ad illos quae audire cupiunt intercipiunt orationem/ nisi ab omnibus uobis silentium praebatur. Noui quidem quam multi & iniurias procurantiu prouincias & praeconia libertatis quasi tragice prosequantur. Ego autem antequam discutiam qui sitis & contra quos pugnam suscipere tenetis/ primum separabo causas quas connexas putatis. Si enim uiolatores uestros cupitis ulcisci/ cur libertatem magna laude sustollitis? Si uero istud ipsum seruire intolerabile ducitis/ superflua est aduersum rectores querela. Et illis siquidem uel moderatissime agentibus/ nihilominus turpe erit seruire. Considerate autem singillatim & uidete quam exigua sit materia bellorum. Et primum quidem ipsa rectorum consideranda sunt crimina. Colere siquidem officis non exasperare oportet iurgis potestatem. Cum uero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis aduersum uos profecto eos quibus insertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quae ante Claudio/ & cum quadam uerecundia nocebant/ palam uos confidenterque populantur. Nihil autem ista plagas cohereret/ ut patientia & uiolatorum quies quae uigilantibus indicit pudorem. Fac autem eos qui a romanis in prouinciis dirigantur esse grauius molestos. Non tamen etiam romani omnes uiolant uos/ neque ipse Caesar aduersum quem pugnam uultis. Neque enim ex praeccepto illorum improbus ad uos quisquam uenit/ neque possunt illi quae in oriente geruntur positi in occidentem conspiciere. Sed neque facile ea quae hic sunt illis audiuntur. Est autem importunissimum & propter exiguas causas fatum/ & ea de quibus quarimus nescitis uelle consilire. Et quidem nostrorum criminum cito erit uirtus correptione. Neque enim unus idem prouinciae semper curam tenebit/ & successores eius credibile est modestiores futuros. Motum autem semel bellum neque deponere facile est absque magnis calamitatibus neque sustinere. Libertatis uero dona sitientibus prouidendum atque certandum est/ ut principio non ea careant. Molesti enim est nouitas seruitutis quam ne utique subeas iustum suscipi certamen uideatur. Qui uero semel subiectus est/ & deinceps deficit contumax magis seruus quam amator libertatis ostendit. Tunc igitur oportuit oia agere ne susciperetur Romani cum in prouincia Pompeius intraret. Maiores uero uestri eorum/ reges pecunia corporibus abs multo uobis meliores exiguae priuirtutis Romanorum obistere neque uerunt. Vos autem quae hereditaria obedientia suscepistis rebus tam oibus ab illis qui primi paruerunt longum

DD iiii

sine inferiores estis/ contra omne Romanū regnū obfistere arbitramini. Et Athenienses quidē q ob
græcorū libertate patriā suam quondā igitur tradidere/ qui superbissimū illū Xerxem per terrā na
vigantē per mare uero ambulante & cuius classem non caperet amplitudo pelagi latiore aut Eu
ropa duceret exercitū/ hunc inquit cū una naue fugientē gloriosissime persecuti sunt. Circa parū autē
Salamina qui tantas opes Asiæ confregere/ nunc tamen seruiunt Romanis/ & illam regiā Græciæ ci
uitatem administrant Italiæ iustiones. Lacedæmonii quoq; post Thermophylas & plateas & Agesi
laum asiam persecutatū eosdem dominos uenerantur. Macedones uero qui adhuc pœne libertatem
imaginantur Philippum uidere cum alexandro promittentē sibi orbis imperiū/ tamen rerum
mutationem & adorant eos ad quos fortuna migravit. Aliæ quoq; multæ gentes ad libertatē fiducia
subnixæ/ & multo maiores cesserunt tamē & obediunt. Vos autē soli seruire dedignamini his quibus
uideatis uniuersa esse subiecta/ Cui militiæ/ quibus confiditis armis/ Vbi classis uestra quæ peruage
Romanog; maria/ Vbi autē qui expensis possunt sufficere thesauri/ Contra Aegyptios fore aut ara
bas existimatis uos bellū mouere? Non circūspicitis Romanorū imperiū/ Non metimini uestram
imbecillitatē/ Nonne scitis uestrā ciuitatē a cōterminis gentibus frequēter esse superatā/ illosq; autē
uirtus per totū orbem inuicta percurrit/ imo etiā hoc orbe plus aliquid quaesierūt. Neq; enim sufficit
eis ad orientē quidē totus Euphrates/ ad septentrionē uero Ister/ neq; meridiētenus solitudo. Lybia
persecrata/ neq; in occidentē Gades/ sed ultra Oceanū aliū quaesierūt orbē. Vtq; ad Britanias iacece
sas prius arma & exercitū transfulerūt. Quid ergo/ Vos ne ditiores Gallis fortiores Germanis/ pru
dentiores Græcis. Postremo plures estis omnibus in toto orbe degentibus/ Quæ uos fiducia aduersū
romanos erigit/ Sed dicite aliquis seruire molestissimum est. Ac quantum magis id Græcis/ qui uniuersis
sub sole habitantibus uidebantur præstare nobilitate/ & tam latam quondam prouinciā possidētes/
tunc bis ternis saeculis romanorum obediunt. Paribus autē macedones obsequuntur/ qui certe multo
uobis iustius deberent libertate tueri. Quid autē quingentæ Asia ciuitates? Nunquid non absq; ullo
praesidio uni tantūmodo rectori parent/ & saeculis consulis obsequunt. Quid autē pergā enūmerare
Heniochos/ & Colchos/ & taurorū gentē/ Bosphoranos quoq; & habitantes circa ponti litora natio
nes Mæoticasq; gentes/ Apud quas nimirum olim neque domesticus aliquis dominus noscebatur.
Nunc uero militū subiciuntur tantum tribus milibus/ & quadraginta naues longe in nauigabile pri
us mare in pace custodiunt. Quanta Bithynia & Cappadocia/ & Pamphiliorum gens Lydi quoq; &
Cilices pro libertate dicere ualerent. Tamē nunc sine armis tributa pendūt. Quid autē Traches quoq;
quidem diebus in latum septē aut in longū cōmeabilem prouinciā possidentes asperioremq; multo
quam uestra est/ ac multis patribus fortiore altissimog; gelu eos qui irruerint retardantem duobus
milibus Romanorum in praesidio manētibus obsequuntur. Post hos Illyrii usq; ad dalmatiā & istro
tenus incolentes duabus tantum legionibus obediunt/ cum quibus & ipsi impetus compescunt. Da
corū. Ipsi quoq; Dalmatæ qui tam multa de libertate conati sunt/ saepiusq; capti/ rursus cū maioribus
opibus rebellarunt. Nunc sub una Romanog; legione agunt quietem. Verūtamen si aliquos magnæ
causæ ad defectionem incitare deberēt/ Gallos potissimum oporteret assurgere/ quos uidelicet tantis
munimentis natura cinxisset. Ab orientali quippe plaga alpiū montibus/ a septentrionali Rhenio flu
mine/ a meridie Pyrenis montibus ab occidente uero Oceano. Sed tali munitione gaudentes tre
centis & uiginti quinq; gentibus numerosi fontes aut/ ut ita dixerim/ felicitatis domesticæ habentes
omnibusq; bonis totum pœne orbem irrigantes fuerūt/ nihilominus uectigales esse Romanorum/
ac felicitatem suam in eorum felicitate reponere. Idq; sane ipsam/ non per animorum mollietiem/
nec propter ignobilitatē parentū quippe octoginta annos pro libertate pugnauerūt/ sed Romanog;
admirati sunt horrueruntq; cum uirtute fortunam/ qua illi plura saep/ obtinuerunt quam bellis. Deniq;
sub mille & cc. militibus seruiunt/ quibus pœne plures habuerant ciuitates. Neq; Iberis nascens in
agris aurum ad gerenda pro libertate bella sufficit. Neq; tantum terrarum marisq; spacia. Romanis
diremptæ gentes Lusitani/ scilicet & cantabrorū arimania/ nec uicinus Oceanus/ etiam accolis suis
fragore terribilis satis fuit uincentibus Romanis/ sed ultra columnas Hercules protulerunt arma/ &
ipsas nubes Pyreneorum montium egressi uertices ditioni suæ subdiderunt. Romani atq; ita pugna
cibus gentibus tantog; ut prædixi spacio diremptis legio in praesidio una satis est. Quis uestrum nō
audiuit multitudinem Germanorum uirtutes quoq; & magnitudines corporum/ ut arbitror saepe
uidistis. Siquidem ubiq; Romanorum gentium capriuos habent. Sed illi quidem ita ingentē spa
cii regionem incolentes spiritus autem maiores corporibus gerentes & animam quidem conten
tricem mortis/ indignationes autem uehementiores feris/ nunc autē limitem Rhenum habēt/ & octo
Romanorum legionibus domantur/ & seruiunt quidem qui capti sunt/ reliqua autem eorum gens
uniuersa salutem in fuga non in armis reponit. Considerate etiam Britanorum muros qui Hieroso
lymorū confiditis muris. Illos siq; dem circūdatos Oceano & pœne nō minorē quā nosser orbis est
habitantis Romani nauigantes redegerunt/ inditionē suā/ quatuorq; legiones tantæ magnitudinis
insulam

insula tuentur/ & quid opus est plura dicere/ cum etiam Parthi bellicosissimum genus tantis prius po
pulis imperantes & tam magnis opibus circūdati obsides tamen mittunt Romanis/ estq; cernere
sub spem pacis seruantem in Italia præcipuum orientis libertatem. Vniuersis quippe qui sub sole in
colūt Romanorū arma ueneratibus uos soli bellū geretis/ Neq; Carthaginensū confideratis finē/
qui magno illo Hannibale gloriantes & ex nobilitate Phœnicū stirpe uenientes tamen sub Scipionis
dextera corruerunt. Sed neq; Cyrenæi Lacedæmoniorū/ neq; Marmaridarū genus usq; ad Da
rpsidem prorentū neq; terribiles etiā audiētibus Syrtis/ Nafamones quoq; & mari & innumerabilis
multitudo nomadū uirtutes impediētes uos uos Romanos. Sed tertiam partem orbis terrarum/ cuius neq; nu
merare quidem nationes facile est quæ/ sub Atlantico mari & columnis Herculis usq; ad rubrū ma
re infinitos numero & locis æthiopes continet/ totam tamen susceperunt armis & præter fruges an
nuas quibus Romanā multitudinem octo mensibus pascent/ alia quoq; uectigalia pendunt. Expen
sas quoq; deuotissimi imperio ministrant. Nihil de his quæ iubentur/ sicut uos contumeliosam putā
tes. Equidem una cū illis tantū legio commoratur. Sed quid opus est longe petitis ex æplis potentiam
explicare Romanā/ Quom eā possitis de uicina uobis ægypto diligētē inspicere. Hæc enim cū usq;
ad æthiopas porrigitur/ opulentiaq; arabiam/ contigua quoq; sit india quin quingenta & septingenta
ta centena milia incolarū habens/ præter alexandrinorū plebē tamen uectigalia quoq; magnitudinē
de censu singulorū capitū æstimari licet deuotissime penditans/ Romanū non dedignatur imperiū.
Et certe quā magnū stimulū defectionis habens/ alexandriā scilicet multitudinē & diuitis abundan
tē magnitudinē quoq; non imparē. Habet siquidē in longitudine stadia. xxx. in latitudine uero non
minus quā decem/ tributorū uero multo amplius per menses singulos infert/ quam uos toto anno pē
ditis/ & præter pecuniā iiii mensum Romanæ plebi annonā ministrat. Munitur autē undiq; aut in
cōmeabili solitudine/ aut importuoso mari/ aut fluminibus/ aut syluosis paludibus/ quorū tamen om
nium nihil Romana fortuna fortius fuit. Quæ etiam legionem ciuitati insidentes profundā ægyptum
cū illa macedonum nobilitate frenant. Quos igitur in bella de solitudinibus aliquibus socios assume
tis/ Siquidem omnes qui in orbe habitabili degūt Romani sunt/ nisi forte quis uestrū spes suas ultra
Euphratem porriget/ & Adiabenenorum regionem gentiles suos æstimet adiutores. Porro nec illi pro
pter irrationabilem causam tanto se bello implicabunt/ nec si tam profuso operi assensum dabunt
Partus tamen sineret. Est siquidem ei cura tuēdæ cū Romanis amicitia & arbitratu foedus esse
temeratum si quis de his qui subiecti sunt eius imperio aduersum romanos in bello procedat. Super
est ad diuinum confugiantur auxilium. Verum & hoc apud Romanos. Sine deo quippe impossibi
le est imperium tale cōfistere. Considerate autem quemadmodum hæc ipsa erga ipsam religionē
immoderatio/ etiam si cū longe inferioribus bellū gratis/ tamē ad dispensandū sit uobis difficilima
atq; eadē transgrediendo offendatis deum/ per quæ eum auxiliaturū putatis. Si enim seruetis Sabba/
torum consuetudinē/ & ad nullū actum moeaminū facitē pfecto capiimini. Sic quippe etiā maio
res uestri experti sunt hos dies Pompeo ad bellum destinate in quibus scilicet hi qui oppugnabatur
otia gerebant. Transgrediētes autem in bello legem patriæ nescio propter quid in reliquū dimicetis.
Vna si quē nunc uobis iterio est/ ne qd de patriæ institutiōe soluat. Quemadmodū autē aduocabitis
ad adiutoriū deū si cultū idebitū spore uioleris/ Assumunt autē singuli quoq; bellum uel diuinæ uirtutē
uel humanis opibus confidentes. Cum uero utraq; hæc quantum ad ipsam pertinet consequentiā dese
rantur/ in manifesta utiq; captiuitate uolentes pugnare profiliunt. Quid autē phibet propriis manibus
filios uestris cōiugēsq; laniare/ & pulcherrimā inflamare patriā. Erupentes siquidem in furorē lucrabi
mini uel ignominia luperatorū/ bonū est o amice bonū est uobis adhuc stat nauis in portu præcauere tē
pestatem futurā/ & nō eo tempore quo i medias irrueris procellas ne nequam trepidare. His siquidem q
in ipronia mala ciderint superest ut non indigni uel miseratione uideantur/ q uero se in apertum di
scrimen iniecerint etiam exprobrationibus onerentur/ nisi forte aliquis uestrum æstimet secundū pec
cata cōfictū ire. Romanos autē postquā uicerint mediocriter uobiscum acturos/ & non in exemplo
aliarum gentium sacram hanc urbem inflammaturos/ interfecturos autem uniuersum uestrū. Neq; enī
q superaueritis armis usquam locum fugæ habebitis/ uniuersis/ scilicet gentibus/ uel iam habentibus
Romanos dominos uel habere metuētibus. Periculum autē non solum in uos manebit/ sed etiam in
reliq; ciuitatibus habitantes iudeos. Neq; enī est in toto orbe populus in quo non uestra portio sit/
quos certe omnes uobis rebellantibus eadē crudelissima diuersi q; conficient/ & propter paucorū
uiciorū praua consilia/ uniuersæ urbes iudaico sanguine redinhabunt. Manet autē uenia eos qui talia
patrauerunt/ q; sint nimirū uestro uitio congregati. Si uero eadē exereq; insperderint cōsiderate quom
ipsū sit aduersum tā benignos arma nō iisse. Subeat autē uos miserationē/ & si nō filioꝝ uestroꝝ atq; cō
iugū/ saltē istius ciuitatis/ q; in uere urbiū uestræ regionis uocat. Parcite moenibus sacris/ pœne uene
rabilibus adyis/ tēplūꝝ uobis & sacra sanctoꝝ seruare. Neq; ueltra uictores romani his abstinebūt
quibus

quibus primo parentes nullā receperunt gratiā. Protesfor autē ego quidē sancta uestra sacrosq; angelos dei patriāq; communē quando nihil eorū cōsiliōrū quae uobis uiderim expedire subtraxerim uos autē decernētes quae oportet meū in pace degetis. Si uero protuleritis iras absq; me periculis subde mini. His dictis affante etiam forore lachrymauit & multā partē de eog impetu lachrymis infregit. Succlamabant autē nō se aduersum Romanos sed aduersum Florum ob ea quae perculissent pugna gerere. Ad quos rex agrippa. Sed opera uestra inquit talia sunt qualia aduersum Romanos pugnatū. Neq; enim Caesari uectigal dedistis. & Antonianis porticus incendistis. Sopiētis autē causam de sectionis. Si & porticus denuo construat & tributa reddere maturetis. Neq; enim Flori hoc praesidiū est aut pecuniā Floro dabit. His consultis populus acquieuit & cum rege ac Beronice ascendentes in templū porticus aedificare adorti sunt. Per uicos & regiones principes decurionesq; dispersi uectigal colligebant celeriterq; quadraginta talenta tantū enim erat reliquum redacta sunt. Et belli q; dem imminentes minas eo tunc tempore agrippas compescuit. Deinceps uero persuadere populo tētabat ut parerent Floro donec successor ei a Caesare mitteretur. Ad quā orationē multitudo accensa nec a uerborū in rege cōumeliis temperauit sed protinus eū urbe pepulerunt auisq; sunt nonnulli se ditiosorum etiā saxa in eum iacere. Rex autē uidens tumultuantū irruocabile imperū & conuocāt eū cōumeliis esse affectus. Princeps quidē eorū una cū aliis potēribus misit ad Florū Caesariā ut ipse ex eis eligeret qui de tota regione uectigal exigerent. Ipse uero discessit in regnū.

Quidam eo tpe insurgunt & romanos oēs interficiunt Eleazarus dux militū prohibet Romanos hostias immolare. Nobiles quidā hortant ne id fiat ad Florū destinant legati & ad agrippam ut cū exercitu ascenderent in ciuitatē diuiditur ciuitas in duas partes quidā nobiliū & pontificū confugerunt quidam in cloacis latuerunt.

Cap. XVIII.

P Er idem tempus quidā eorū qui bellū maximē mouebant congregati iruebant in quodā praesidiū quod uocabatur Masada & occulte eo peruafo. Romanos omnes interfecerunt. Alios autē de suis posuerunt custodes. In templo quoq; Hierosolymos. Eleazarus quidam filius Ananiae pontificis iuuenis audacissimus dux illo tempore militū p̄suasit his q; sacrificiis ministrabat ut nullius munus aut hostia qui non esset de Iudaeorū gente susciperetur. Id autē erat Romani belli semen atq; materia. Reiecit siquidē hostias Caesaris quae pro Romano populo offerri solitae erant. Plurimū autē sup hoc pontificibus aliisq; nobilibus depræcatis ut nō praeiret eū morē quo supplicabatur pro regibus. Nihil tamē acquieuerunt nō parū quidē & suae multitudini cōfidentes robur siquidem omnes res nouare cupientiū eorū uoluntates iuuabat maxime autē aspiciēbant ad Eleazarū qui per idē tempus ut dixi princeps erat. Conuenientes igitē potētes quinq; cū pontificibus & pharisaeorū nobilissimis & uidentes q; grauib; malis pergerent subicere ciuitatē de creuerunt seditionis animos expediti & ante portā quae aerea uocātē contione aduocantes erat autem in interiori parte templi posita quae respicit ad solis exortū ac primo quidē multa de temeraria eorū defectione conuulsi & q; tam breuiter bellū patriae cōmouerent. Deinceps irrationabilitatem causae ipsius arguebant dicentes maiores quidē eorū ornasse tempū ex magna parte de muneribus gentiū semperq; eorū qui fors essent populorū munera suscepisse & non solū prohibuisse aliquorum hostias id siquidē esse impiissimū sed etiā eas quae uiscerentur permanerēt quae ad praesens usq; tempus oblationes eorū in templi cultibus collocasse. At nunc eos q; Romana arma irritarent & despōderēt eorū bella nouū statuere morē religionis atq; tunc in periculis etiā reā facere ciuitatē impietatis uideri siquidē ea sit in qua praeter solos Iudaeos nullus alter immolet externus. Neq; ad orandū sinat accedere. Et siquidē circa unius alicuius priuati personā lex ferret eiusmodi possit nimirum iure nos inhumanitatis arguere. Nunc autem despiciuntur Romani & iudicat Caesar prophanus. Vnde uerū dum est ne qui immolandas pro illis hostias repellunt ipsi in reliquum etiam pro se sacrificia prohibeant offerre. Fiatq; uere extra principatū ciuitas nisi celerius respiciant reddiderint hostias ac priusquam ad eos in quorum contumelia idē tentatum est huius ausus fama pueniat simul autē ista dicentes producebant in medio scientissimos morū paternorū sacerdotes quosq; narratos quomodo omnes eorum maiores exterarum gentium semper sacrificia suscepissent. Attendebat autem nemo res nouare cupientium his quae dicebantur sed neq; procedebant in medio altaris ministri ut belli materiam prepararent. Videntes igitur nobiles quiq; seditionem eo iam processisse ut eorum non possit auctoritate compesci & Romanorum armorum periculum se primos esse miseros inquam tum poterant consulentes amoliri causas parabant & legatos quidem ad Florum miserunt quorum erat princeps filius Ananiae Symō alios autē ad Agrippā inter quos nobilissimi Saulus & antipas & Costobarus erāt qui etiā regē p̄pinq; uitate tangebāt. Praecabant autē utrūq; ut cū exercitu a se dēret in ciuitatē & seditionē opprimeret priusq; ea inolerabilis fieret. Et Floro qdem malū istud quasi bonus nuncios

nuncios fuit uolensq; inflammare bellū nihil respondit legatis. Agrippas autē pariter utriq; parcēs. deficientibus uel is aduersum quos bellū mouebatur uolensq; & Romanis conseruare iudaeos & iudaeis templū atq; patriā ad haec autē nec sibi conducere talē conturbationē sciēs misit in auxiliū populo equitū tria milia Auranitas Baranios Trachonitas. Cū his autē erat praefectus equitū Darius dux uero agminis Philippus iocaimi filius. His uero uenientibus optimatis quib; cū pontificibus & omni multitudine quae oprabat quietē superiorē occupabant ciuitatē inferiorē siquidē & templum seditiosorum manus tenebat. Missilibus igitē & fundis indefinentibus utebantur & continuam erat emissio sagittarum ex utraq; parte. Erat autē quando ex insidiis procurrentes cōminis dimicabant. Praesta bant autē audacia quidē seditiosū belli uero scientia regii pollebant. Et his quidē erat propositū maxime templū obtinere p̄phanatōresq; eius expellere. Seditiosis uero qui cū Eleazaro agebant ut praeter ea quae obtinebant etiā superiorē inuaderent urbē. Per septē igitur dies grantis utriusq; partis caedes fiebat & neutri de eo loco quod tenuerunt depellebantur. Deinceps uero adueniēte ea festiuitate quae Xylophoria dicitur in qua mos est omnibus grandē lignorū materia conuohere ad templū quatenus nunquā igni deficiat esca semper enim inextinguibilis p̄seuerat quosdam quidē cura religionis excludit. Inter infirmiorē autē uulgū multi irrupentes sicariorū sic enim uocāt latrones gladios in sinibus gerentes audacissime utebantur opere quod adorti erant. Regii autē audacia & multitudine uincēbantur. Ita superiorē ciuitate cesserunt cū isti protinus irruentes Ananiae pontificis domū & Agrippae ac Beronices palaciū inflammauerunt. Postquā ignem archiuo intulerunt uolentes omnia creditōri documēta disperdere nec etiā unde ratio creditae pecuniae pateret atq; omnis ad eos debitorum se iungeret multitudo & aduersum locupletes quasi motu libertatis haberēt insurgendi liberā facultatē. Fugientibus ergo chartarū publicarū custodibus ignem aedibus iuicerunt atque ita succensis ciuitatis neruis hostibus irruēbant. Quo loco pontificū atq; nobiliū quidā in cloacis latuerunt quidam uero cum regis in superiorē regiā confugerunt portas celeriter obstruentes. Inter quos Ananias pontifex & Ezechias frater eius erant & illi quos apud Agrippā ufos legatione diximus. Tunc ergo uictoria quidem & inflammatione contenti cessauerunt.

Quintadecima die mensis Augusti fit impetus in Antoniam & omnes obseles in eo praesidio capiunt post regē accedūt exurūt turres p̄cantur Manaimū ut liceat aufugere quos concedit relicti sum Romanis intus q; confugiunt in turres regias illi uero qui cū Manaimo erant irruētes illa loca diripientes stratopedum incenderunt.

Cap. XIX.

P Ostriedie autē. xv. scilicet die augusti mensis fecerūt impetum in antoniā & oēs in eo praesidio agentes per biduum obseles coeperunt atq; interfecerunt praesidiūq; incenderunt. Postea uero transferunt in regiā ad quā confugere agrippae milites & in.iiii. partes agmē suū diuidentes muros moliebantur. Eorū uero qui intus erāt eripere nullus audebat propter multitudinem oppugnantium. Distributi autē p̄pugnacula & turres subeuntes interficiebant & frequenter quidē latrones sub muris cadebant. Nec die autē conflictus nec nocte cessabat seditiosis uidelicet aestimantibus in desperationē cogi eos qui in praesidio erant propter inopiam uictus regis uero creditibus oppugnatores suos cessuros labori. In his autē erat Manaimus unus de filiis iudae galilaei callidissimus rhetor qui etiā quondā sub Cyrino exprobrauerat iudaeis quoniam post deū subiecentur romanis. Is ergo assumptis quibusdā nobiliū perrexit in Masada ubi armamentarium herodis erat. Eoq; perrapto populares aliosq; latrones diligenter armauit. Hisq; utēs stipatoribus ueluti rex Hierosolymā reuertitur factosq; princeps seditionis oppugnationem disponebat. Machinationorū autē inopia erat & nec poterant palam suffodere muros. Superne hostibus tela iacentibus. Funiculum igitur longe coeptum sub una turrim agentes suspenderunt cū materia subiecta ac postea insulstentia signa ignem immittentes agressi sunt. Sicq; subicibus exultis turris quidem ex templo emota est. Alter autē murus intus aedificatus apparuit. Regii quippe molitionis eorum praesentientes fore etiam de concussione turris alium sibi murum celerius aedificauerunt. Inter hoc autem hi quidem qui oppugnabant & statim se uictores credebant cum uidissent alium murum stopore defecti sunt regii tamen ad Manaimum aliosq; seditionis principes mittebant praecantes ut eis descendere liceret eiusq; reliquis. Quod cum Manaimus annuisset protinus discesserunt. Romanos autem qui soli relicti erāt grandis animi occupauit defectus. Neq; enim ui contra tantam multitudinē pares erant & praecari ut exire liceret ignominiam iudicabant quāq; si tribueretur nequaquā tutum putabant. Dereliquentes igitur inferiorē locum qui Stratopedon uocabatur quippe quasi capi faciles in turres regias cōfugerūt quarum una appellabatur Hippicos alia Phaselus tertia Martiannes. Hi uero qui cū Manaimo erant protinus irruentes ea loca de quibus milites fugerant si quos eorum comprahenderunt trucidantes omnem reliquum apparatus diripientes Stratopedum incenderunt. Haec igitur acta sunt sexto die mensis Septembris.

Capitur

Capitur Ananias pontifex & cū fratre Ezechia occidit & insurgit qdam contra Manaimū/nolētes eū regē interficitur Sophista a populo/interficitur Manaimus per Romanos etiā multi ex iudaeis occiduntur ita ut Caesaria uacua iudaeis remaneat. Cap. XX.

bat quosque antecesserunt in carcerem collocarent. Donec omnem curiam quae sexcentos haberet uiros duosque milia popularium comprehensa in Taricheas scaphis abduxit. Relictis autem uociferantibus Clitum quendam esse maximae defectionis auctorem iramque ipsius poena illius praecantibus faciarum illi quem iosephus nolebat occidere suorum uero satellitum quendam Leuim egredi iussit qui Cliti manus abscederet. Cum uero is praetimore solum globo inimicorum commissurum negasset eaque causa indignari iosephum stantem in scapha clitus cerneret ipsumque uelle descendere ac de se supplicium sumere ut saltem unam manum sibi concederet orabat. Neque hoc abnuente iosepho dummodo altera sibi daret Clitus praescideret educto ille dextera gladio leuam sibi truncauit tantus enim timor iosephi inuaserat. Ita tunc iosephus uacuis scaphis et satellitibus septem populo capto rursus Tyberiadam sibi sociauit. Paucisque diebus post cum etiam Sephorim defecisse iter alias reperisset militibus eam depradari permisit omniaque inde lecta popularibus dedit ea Sephoritis. Nam et captus rapinarum damna corrigere uoluit redditione reuocari rursus eos ad beniuolentiam reuocare. Haec tamen apud Galilaeam motus iamque ab intestinis dissensionibus quiescentes aduersus Romanos instruebantur Hierosolymis autem Ananus pontifex et potentiores qui non cum Romanorum parte sentirent muros instaurabant multaque bellica instrumenta perque omne oppidum sagitta aliaque arma fabricabantur. Exercitationibus autem omnis manus iuuenum operam dabat. Erantque uniuersa plena tumultus magnaque tristitia mediocres occupauerat multique futuras clades prospicientes fletum cohibere non poterant infestaque pacem cupientibus omnia uidebantur. Belli autem incertioribus quae illis placerent ex templo refingebantur statusque iam tunc quasi peritura ciuitatis erat antequam Romani uenirent. Anano autem apparatum belli negligere cura fuit et studioforum quos aemulatores uocabant amentiam ad ulteriora conuerrere. Vi tamen uictus est et quis illius finis fuerit posterioribus explanabimus. In Acrabatena Toparchia Giorae filius Symon multis nouarum regum cupidus congregatis ad rapinas conuersus non solum domos locupletum perturbabat uerum et corpora uerberibus conficiebat. Iamque tunc certus erat incipiens Tyrannidem. Ab Anano autem missis aduersus eum militibus magistratum ad latrones qui erant Masada cum his quos habebat effugit ibique manens donec Ananus et alii eius inimici perempti sunt Idumaeam cum ceteris populabatur adeo ut magistratus eius gentis propter caedum multitudinem et praedarum afflictitatem collecto milite uicos praesidiis uerentur et Idumaeam quidem res ita se habebant.

De bello iudaico. Liber tertius incipit.

¶ Sentiens Nero res gestas non prospere indignatur mittit Vespasianum in Syriam ad regedos exercitus et ulciscendos iudeos rebellantes tandem ex iudeis x. milia perimuntur non cessant iudei uerum Acalonem petunt sed Antonius postitis insidiis qua erant transitori super octo milia in terficit ceteri aufugiant. Niger unus ex ducibus iudeorum in turrim se recipit quem Antonius succendit ille uero saltu demissus euadit uidentes iudei illum gaudere quod dei prouidentia dux eorum in posteram sit seruatus.

Cap. I.



Eronem autem ubi res apud iudeam non prospere gestas accepit. Latens quidem quod necesse fuit cum stupore timor inuadit aperte autem superbia si mulans ultro etiam indignabatur magisque ducis negligentia quam uirtute hostium quae contingerant esse dicebat. Dicere se putans propter pondus operis tristiora contemnere uideri quam malis omnibus superiori animo gerere. Verumtamen curis arguebat mentis eius perturbatio eum deliberaret cum natiōes simili morbo correptas ante caperet. Inuenit igitur solū Vespasianū his necessitatibus parem et qui tanti belli magnitudine sustinere posset uigilans ab adolescentia usque ad senectutē bellis exercitatus et qui populo Roma. iam pridē pacasse Hispaniam Germanosque tumultu concussam armisq. ante illud tempus icognitam Britanniam iudicasset. Vñ patri quoque ipsius claudio persistit ut sine proprio sudore triumpharet. Itaque his uelut oibus fretus Nero atque illius cum peritiam stabile cernens obsidesque fidei liberos eorumque filiorum uigorem manus esse paternae prudentiae iam tum fortasse de tota republica deo aliq. ordinatē mittit eum ad regendos exercitus in Syria constitutos multis pro tempore blandimentis atque obsequiis animatum qualia necessitas imperare coeuenit. Ille autem protinus ex Achaia ubi cum Nerone fuerat Titum quidem filium suum dirigit Alexandriam ut inde quintam item decimam legiones moueret. Ipse uero transfugit ad Hellepontum terreno itinere sic Syriam peruenit ibique Romanas uires multaque a uicinis regibus auxilia congregauit. At iudei post malam Caestii pugnam insperatae felicitate sublatis a minorum imperibus cohibere non poterant. Sed

tanquā fortuna eos exagitantē perciti bellum ulterius producebant. Deniq; omni quanta fuit manu pugnacissima congregata a scalonē petierunt. Ea ciuitas antiqua est septingentorum & xx. stadiorū spatib; ab hierosolyma distans & iudæis semper inuisa; quæ res fecit ut etiam tūc primis eorū incury sibus proprior uideretur. Tres aut uicis aggressiois duces habebant; & corporis uiribus & prædētia præstantissimos; Nigrum Peraitam; & Syriā Babyloniu; & Ioānem Essæus. Ascalon enim ualidissimo quidē muro cincta erat; sed uacua pœne præsidii. Vna enim cohors eam peditū & una equum ala tuebatur; quibus præfectus erat Antonius. Illi quidem ira multo uelocius irinere peracto; quoniā ex proprior uenirent præsto erant. Antonius uero nec eni eorum fore impetū ne sciebat equites iā de ciuitate duxerat & neq; multitudinem ueritus uel audaciā; primas hostiū coitiones fortiter sustinuit; murūq; properantes aggredi refrenauit. Itaq; iudæi q; cū peritioribus imperiti; & pedites cū equibus constipatis; aut inordinati leuiterq; armati cum instructis plursq; indignationi quā consilio tributus; eū motigeris & motu rectoris omnia faciētib; dimicaturū; faciliē erat aduersariis labor. Nā ut semel eorū primæ ab equitibus turbate sunt acies fugā petunt; & murū uersus se a tergo uerenti; bus incedentes suimet ipsi hostes erant; donec omnes incurfibus equitū uicti per totū campū dispersi sunt; qui fuit plurimus totusq; habilis equitantibus; quod quidem Romanos iuuit; ut magna quidē strage iudæos prostererent. Nā & fugientes præuertēdo torquebant; & quos occupasset curriculo transfigendo infinitos peremere. Alii uero alios quocūq; se uertissent circumdatos exagitantes facillē iaculis opprimebant. Et iudæis quidem propria multitudo per desperationē salutis solitudo uidebatur. Romani uero licet in bello pauci essent; rebus tamen secundis animati etiam superflui residerunt. Et illi quidem res aduersas superare certabant dum cito puderet fugere; maritūq; fortitudinē sperant. Romanis autē in his quæ prospere agerēt; minime laboratibus ad maiore usq; diei partē pugna protracta est; donec iudæorū quidē perempta sunt. x. milia; duosq; duces Ioānes & Sila. Cæteri uero & pleriq; sauti cum Nigro qui unus restabat ex ducibus; in ciuitate idumæe quæ Salinis dicitur confugerunt. Nonnulli tunc etiā Romanorū in illo prælio uulnerati sunt. Sed non iudæorū spiritus clade tanta sedatus est; multoq; magis eorū dolor incitauit audaciā; & conuictēs quantū ante pedes mortuorū iaceret; pristinis rebus feliciter gestis ad plagā alterā illicebantur. Deniq; paruo tempore intermissio q; ne curandis quidē uulneribus satis esset; cunctisq; aggregatis uiribus maiore cū indignatione; multoq; plures a scalonē recurrerunt; eadē se præter imperitiā; aliāq; belli uitia comitante fortuna. Etenim cū Antonius qua transituri fuerant posuisset insidias ex improuiso in eas dilapsi & ab equitibus circumdati; priusquā se ad pugnā componerent; iterū super octo milia; procuberunt; cæteri uero omnes aufugerunt. Cūq; his Nigri multis dum fugerēt; magni animi facinoribus demonstratis; & quoniā hostes instarent in turrim quandam tutissimā compelluntur cuiusdā uici; cui nomē est Bez; del. Antonius uero cū suis ne uel moras circum turrim quæ inexpugnabilis esset diu tenerēt; uel decē hostiū fortissimū uicū relinq;eret; ignē muro supponūt; turriq; insamata Romanis quē exultantes rececūt; q; si ē nigro cōsumpto. Ille autē in castelli specus intimū ex turri saltu demissus euadit; tri; duosq; post locis cū fletu eū ad sepulturā inuestigantibus; sese ostendit; gaudioq; insperato repleuit omnes iudæos; tanquā dei prouidentia dux eis in posterum reseruatus.

Vespasianus Antiochiam cum exercitu uenit; Agrippam offendit fert opem Sephoritis contra iudæos. Cap. II.

T Vespasianus antiochiā exercitū ducēs quæ Syriæ Metropolis est; magnitudine simul aliāq; felicitate sine dubio tertiu; inter omnes quæ in Romano orbe sunt; locū obtinet; ubi etiā aduētū suo regem agrippā cū omni manu propria offenderat; prætolari ad pto; lemaidā properabat. In hac autē ciuitate occurrerunt ei Sephoritæ ciues oppidū Galilæe colentes; sol mente pacata; qui tam suæ salutis prouidentia quā Romanorū uirū gnari etiā priusquā Vespasianus ueniret; Cæstio Gallo fidē dederant; dextrāq; iunxerāt; & præsidii militare susceperāt; Itaq; & benignissime a duce suscepti alacri animo etiā contra gentiles suos auxilia pmiserant. Quibus interim Vespasianus ultionis causa poscentibus equitū peditūq; tantū numerū tradidit; quantū ob stare posse arbitrabatur incurfibus; siquid iudæi commouere tentassent. Non enim minimū eū uidebatur futuri belli periculū; auferri ciuitatem Sephorim Galilæe maximam & in loco tutissimo cōditam; totiusq; gentis futurū præsidio.

Dux sunt galilæe opimæ abūdantes; homines pugnaces sunt; cōtinēt hæ puinciæ diuersas ciuitates quæ irrigantur diuersis fluminibus quibusq; sinibus terminantur. Cap. III.

Dux sūt aut galilæe quæ superior & inferior appellantur; eaq; Phœnicie & Syriæ cingunt. Discernit uero ab occidentē Ptolemais territorie sui sinibus quondam & Galilæorum. Nunc autem mons Tyriorum Carmelus cui coniuncta est Gamala ciuitas hippeon hoc est equitum quæ sic appellatur ex eo q; equites ab Herode rege dimissi coloni deducebantur a meridie aut Samaris & Scythopolis usq; ad flumen iordanē; ab oriente uero Hippene & Gadaris; sed

daris sed Golanitide diffinitur quæ etiā regi agrippæ fines sunt. Septentrionalis autem eius tractus Tyro itēq; Tyriorū uicibus terminatur. Inferiores quoq; Galilæe fines quæ longi sunt ex Tyberiadē ad chalon qui sinus est in locis marinis Ptolemaensium ciuitas propagatur. Latitudine autē partē ex uico Zaloch qui in magno cāpo situs est usq; ab Bersaben; unde etiā superioris Galilæe latitudo incipit usq; ad Bacā uicū qui terrā dirimit Tyriorū. Longitudo uero eius a Thella uico iordanis ximo usq; ad Meroth tenditur. Sed cū rāta sine uicū; magnitudine; tanq; gentibus alienigenis cinctæ; semp; tamē omnibus belli periculis restiterūt. Nā & pugnae sunt ab infantia Galilæe; & omni tempore plurimi neq; aut formido anq; uires aut cog; penuria regiones illas occupauit; quoniā toræ opimæ & fertiles sunt omniumq; generū arboribus consitæ; ut etiam minime agri colend; studiosos ubertate sui pronocent. Deniq; excoltae sunt ab incolis toræ; nec pars ulla est inuisa; quæ & ciuitates ibi crebræ sint ubiq; multitudo uicorū propter opulentia populosa; ut qui sit breuissimus supra. xv. milia colonorū habeat; proflus ut etiā si quis magnitudine minorē Galilæā direxit; quā trans flumiū regionem uiribus tamen eam præulerit; hæc enim omnis est in opere assiduæq; fructuum ferax; ut illa quæ trans flumen est licet multo maior sit; plerāq; tamen aspera atq; deserta est; & nutritiōis fructibus māuetis inhabilis. Galilæe uero mollicies & ingeniu; fructuosum cāpos cū uariis arboribus consitos; tū maxime oli; uicis ac uineis & palmetis excultos. Infrigatur autem abundē montanis torētibus a fontibus aquæ perennis quorū illis Syrio aestuante defecerint. Et longitudo quidē eius est a Machærunte in pella. Latitudo uero a Philadelphia usq; ad iordanem. Et Pella quidem quæ sup; prædianus septentrionalis eius est tractus Occidius uero iordanis meridiana autem Moabitica regio terminat. Ab oriente autem Arabia & Silbonitide necnō & Philadelphia; itemq; Geratis clauditur. Samaritensis autē regio inter iudæam quidem & Galilæam sita est; incipiens enim a uico in planicie posito; cui nomē Genæa in Acrabatena; definit Toparchiā; sed natura nihil ab iudæa discrepat. Nam utraq; montuosæ sunt & campestres atq; collendo molles atq; opimæ necnō & arboribus plenæ pomisq; tam siluestribus quam mansuetis abundant eo q; nūquā natura sint aridæ imbrimq; satis habent. Dulces autem per eas multi modis aquæ sunt; boniq; graminis copia; præter alias earū pecora lactis abūdant; quodq; maximum uirtutis atq; opulentia; speciem est utraq; uiris referra est. His autem finitimis Anath uicus qui etiam Borcei appellatur iudæe limes a septentrione. Meridia; na uero pars eius si in longitudine metiare a diacenti uico Arabū sinibus terminatur; cui nomen est iardan. At iudæa latitudo ex iordane flumine usq; ad iopen explicat; media uero ciuitas eius est Hierosolyma. Vnde quidam non sine ratione umbilicū eius terræ id oppidū uocauerunt. Sed nec marinis quidem delitiis caret a prolomaida usq; locis extenta maritimis. in. xi. autem sortes diuisa est; quarū prima est regnum quod optinet Hierosolymorum ciuitas; præ cæteris inter omnes accolæ eminentes uelut caput in corpore. Aliis uero post hæc toparchiæ sunt distributæ; Gophna est secunda; & post eam Acrabattæ est. Deinde Thamma & Lydda itemq; Ammaus & Pelle & Idumæa & Engaddæ & Herodiū & Hiericus post quas iamnia & iope finitimis præstant. & præter hæc Gamalitica & Golanitis & Bathania & Traconitis quæ etiam regni agrippæ partes sunt. Eadem uero terra incipiens ex monte Libano & fontibus iordanis; usq; ad Tyberiadis proximum lacum latitudine pandit. Ex uico autem qui appellatur Arphas qui ad Iulaida oppidum tendit latitudinem & habitatur ab incolis iudæis una Syriq; permixtus.

Exercitus quem dederat Sephoris Vespasianus; diuiditur in duo; assidue ciuitates & loca illa incurfante deprædando ioseph in Sephorim impetum facit sed nihil effecit totam Galilæam igne & sanguine repleuit. Cap. III.

De iudæa quidem & quibus essent cincta regionibus; quam maxime potui breuiter exposui. Quod autem Vespasianus miserat auxilium Sephoritis; hoc est equites mille; sexque milia peditum; Placido eos regēte Chiliarcho castris in magno campo positiss; bifariam diuiduntur. Et pedites quidem in ciuitate ipsius tuendæ; caula equitatus uero in castello debebant. Vtrinq; autem assidue procedendo & circum eas regiones loca omnia incurfando; magnis incommodis iosephum eiusq; socios quamuis quieto afflicebat. Et præterea ciuitates extrinsecos; deprædabant eorumq; conatus si quando excurrendi habuissent fiduciam repellabant. Sed iosephus quidem aduersus ciuitatem impetum fecit; sperans eam ita capere quam ipse antequam a Galilæis desisteret; ita maris cincerat; ut Romanis quoque eēt inuisa. Vnde etiam de spe decidit; cum & uic; & suauis infirmior Sephoritis fuisset inuentus; magnumq; in iudæa bellum accendit; Romanis indigne ferentibus insidias. Et propterea nec die nec nocte ab agrorum depopulatione cessantibus; sed passim diripientibus quicquid rerum in his reperissent. Qui tamen eam mortem pugnacibus semp; inferrent; imbelles ad feritium capiebant. Ignis uero & sanguis Galilæam totam repleuerat; nec qu; quam expertus eius acerbitate; aut cladis erat; unā salutis spem fugientes habebāt in ciuitatibus quas marorum ambitu iosephus communiarat.

Titus filius Vespasiani patrem suum reperit Ptolemaide qui multas legiones comparauerat multisq; cuiuscunq; generis ad militiam uiros congregauerat.

Cap. V.

Titus autem Alexandriam transmisit ex Achaia citius quam per hyemen sperabatur manum quidem militum cuius causa directus fuerat suscepit / compendiosoque usus itinere mature ad ptolemaidam peruenit. Cuiq; ibi patrem suum reperisset duobus quae illum secum habebat agminibus erant aut nobilissimae quinta & decima legiones / iunxit etiam quam ipse adduxit quintam decimam. Has autem sequebatur etiam decem & octo cohortes quibus accessere ex Caesaria quinq; cum una ala equitum / & alae quinq; Syriorum / idem equitum. Decem autem cohortium singulae mille pedites habebant. in caeteris uero tredecim sexcenti pedites / & centeni uiceni equites erant. Satis aut auxiliorum etiam a regibus congregatae est. Antiochus & Agrippa & Sosimus bina milia peditu & sagittarios equites mille praebuerunt. cum Arabia quoq; rex Malchus praeter quinq; milia peditu equites mille misisset / quorum pars maior erant sagittarii / ut tota manus coputata cum regis decem milia circiter peditem equitumq; colligeret praeter calones qui plurimi sequebantur / & meditationibus bellicae assueti nihil a pugnacissimis aberat / q; tempore quidem pacis do minorum exercitationibus interesset belli autem pericula cum ipsis experirentur / & neq; peritia neq; uiribus a quoquam nisi a dominis uincerentur.

Laudatur Romanorum prudentiam instruendum seruos in militiae disciplinae q; sunt edocti instruentibus castris / & quem ordinem seruati in bellicis rebus describitur.

Cap. VI.

Va quidem in re nimis admiranda q; existimauerit Romanorum pro uidentiam ita seruos in stituentiam / ut non solum uita ministerio / sed etiam necessitatibus utiles sint. Quod si quis eorum aliam quocq; respexerit militiae disciplinae profecto cognoscat tantum eos imperitium non fortunae munere / sed propria uirtute quae sit. Armis enim uti non ex bello coeperunt / neq; solum si necesse sit manus mouent / cum in pacis ocio cessauerint / sed armis ueluti natura coherentes nullas capiunt exercitationis inducias / nec tempora praestolantur. Meditationes eorum nihil a uera contentione discrepat / sed in dies singulos militum quiscq; omnibus animis tanquam in procienda positus exercetur / quo etiam facile praelia tolerant. Nec enim uel ordo neglectus eos a coeucta dispositione dispergit / neq; moeror ab assumptis dimouet aut lassitudo. Vnde sequitur ut semper superent quos non itidem confirmatos inuenierint. Nec errauerit si quis eorum meditationes coeuctas esse direxit sine sanguine / contraq; praedia meditationes esse cum sanguine. Nec enim cursu capi faciles sint hostibus. sed quocunq; in hostilem terram irruerint ante castrorum munitionem nunquam praedium sumunt. Quae quidem non leui opere neq; iniquo loco erigunt nec omnes inordinate describunt / sed siquidem inaequale solum fuerint complanatur. iiii. angulis eorum dimesso designatur. Nam & fabricorum multitudo & ferramentorum copia quae usus extractionis poscit / sequitur exercitum & interior quidem pars castrorum tabernaculis distribuitur / ambitus autem eorum extrinsecus muri faciem praefert / ordinatis etiam turribus pari spatio dispositis / quarum interualla taels atq; ballistis aliisque machinis saxa iacentibus omnibus instrumentis missilium complent / ut cuncta scilicet iaculorum genera in promptu sint. Ex omni autem muri parte. iiii. portas aedificant tam iumentis aditu faciles quam ipsis si quid urgeat intro currentibus lateras. intus autem castra uici spacia interspiciunt dirimunt mediaq; rectorum tabernacula collocant / & inter haec ducis maximi medium templo / si millimum profus ut quasi repentina quaedam ciuitas existat forumq; & opificum stationes & sedes militum primatibus ordinumq; principibus / ubi si quae sint inter alios ambiguitates iudicent. Ipse uero ambitus & omnia quae in eo sunt multitudine simul & scientia fabricantium opinione citius communiunt. Quasi res urgeat fossa extrinsecus cingitur depraela cubitis. iiii. partiq; spacio lata. Armis autem septi per contubernia cum decore atq; ocio in retoriis agunt / omniaq; ab his ordinate etiam alia caute quae per contubernia expediunt / ueluti si ligno aquaue opus sit aut frumeto. Nec. n. comna uel praedium cum uoluerit in potestate cuiusq; est. Simul aut oibus somnus & excubiae & uigilandi tpa buccina significant. Neq; eni est oino q; sine edicto gerat. Mane aut milites qd ad ceturiages / illi uero ad chiliarchos conueniunt salutaru / cu qbus ad summu oium ducem uenerit ordinu pncipes. Ille aut his signu aliaq; dat ex more pcepta pfereda subiectis / q; qd et in acie sunt agetes citius parat / ut si res exigat incursibus eius iteq; reuocationibus uiderit pariter obsecudet. Cu aut castris egredie du est tuba indicium facit / nemocq; ociosus est. Sed uel solo nutu moniti tabernacula colligunt / oiaq; ad pfectione instruit. Deinde iteq; tuba ut sint parati significat. Illi aut cu multos & iumeta sarcinis onerauerit ueluti curuli certamine signu expectat. Castra uero icedunt & q; sibi alia mure facile sit & ne qn hostibus eade usui sint. Et tn tertio quoq; tuba signo idicat / ut exeat / urgedo aliq; ex causa morates ne q; ordine deserat. Dextraq; duci pncio astans ter si ad bellu parati sunt uoce patria pcontat. Illiq; tortiens alacri & magna uoce paratos esse se respondet interrogantemq; praenuntiat & martio qd spiritu repleti cu clamore dexterat erigunt. Deinde ociose & cu omni decore progredientes ambulant suum

tant suum quiscq; ordinem uelut in bello custodiens. pedites quidem thoracibus & galeis septi. & ex utroque latere fereles. Leuis autem gladius multo est longior cu dexter melura palma non excedat. Qui uero ducit stipra lecti pedes cura & lanceas portant / caetera manus hastas & clypeos longos seramq; & corbe & sarculu & securim & habenam & falcem & catenam triduiq; uaticu ut paru inter sit inter homula animalia & pedes. Equitibus autem ad dextera gladius est longior / & corpus in manu transluerit / & aquilatera / clypeus ternaq; super pharetra uel amplius dependent lata cuspidate iacula nihil ab hastis magnitudine differentia. Cassides uero & thoracis pedibus habet similes. nulloq; armoru genere discrepant / & in his equitu lecti qui circū ducē morant. Agmina autem semper cui forte id obrigerit antecedit. Talia quidem sunt Romanoru itinera & mansiones itemq; armoru uarietas. Nihil uero nec in plius inconsultu aut subitu agunt sed oia semper sequuntur facta sententia opusq; adhibetur ante decretum. Vnde aut minime peccant / aut si peccauerint facilis est errati correctio. Fortuna autem successibus meliores consilioru etiam si aliter cesserit arbitrantur euentus / quasi bonu qdē fortuiter illiciat / ut diuina prudentia nō esse credatur / quae uero ante cogitata fuerint etiam si aduersus calus exeperit bene ita meditato exhibeat ad cauendū ne idē rursus eueniat & bonoru qdē ueruitu rū nō is auctor sit cui cōgerint / totū uero quae innoxii acciderint / salte quot rectū consiliū coeperit uideatur esse solatio. Amorum quidē exercitatione cōparant / ut non modo corpora / sed animi quoq; militū fortiores sint. Maior tñ illis est ex timore diligentia. Naq; leges apud eos non desertionis solum uerumetiam minimae negligentiae sunt capitales / ducesq; magis quā ipse leges terribiles. Naq; bonos honorado redimunt. ne in cohercendis noxiis sint crudeles. Tanto aut obsequio rectoribus parent / ut & in pace oramento sint / & in acie corpus unum totius conspiciant exercitus. Sic eorum copulati sunt ordines / ita circūdūci sunt mobiles / & acutis auribus ad praecpta oculisq; ad signa & ad opera manibus un de facere quidem semper strenui sunt / patiti uero tardissimi. Nec est ubi praedantes aut multitudinē hostiū ut consilia sensere dūcū / aut difficultatē regionū / sed ne fortunae qdē succubere. Nā & ea certiorē putant esse uictoria. Quoru igitur actus ex consiliis incipiunt deliberantibus / adeo strenuus parer exercitus / quid mirū si Euphrates ab oriente & oceanus ab occidente / itemq; a meridiano tractu Libya fertilissima regio / & septentrione Rheus atq; Ister sunt imperii limites / cū minorem esse possidentibus possessionem recte quis dixerit / haec ego profecutus sum non tam proposito laudādi Romanos / quam solatio deuictorum / & ut nouarū rerum cupidus deterrerem / fortasse autem ad experientiam proderit bonarum artium studiosis Romanae instituta militiae / nescientibus redeo tamen unde digressus sum.

Vespasianus cu filio suo ordinat exercitū in Ptolemaide placidus interimit maximā multitudinē in galilaea / peruenit iotapatē qui receptus cum suis / a iudaeis illico sunt interfecti / ex iudaeis uero tres ceciderunt Placidus aufugit.

Cap. VII.

Vespasianus quidē una cu Tito filio suo in ptolemaide iterim degens ordinabat exercitū. At uero qui Galilaeā persuaserat placidus ubi maximam eorum quos comprehendisset multitudinem interimit / haec aut fuit Galilaeorum imbecillior turba animisq; deficientis pugnacissimos aut uidit semp in ciuitates confugere / quas iosephs comunierat / in iotapata quae omniu utilissima erat ipetu uertit / e existimans ea repentina aggressa facillime captū iri magnaq; & sibi ex ea re alios apud rectoros gloria cōparandā / & illis comodū ad reliqua maturius explicanda quasi moeror cessuris aliis ciuitatibus / si quae ualidissima esset occupata uidissent. Multū tunc opinione deceperunt iotapatēni enim cum eius impetum praesensissent prope ciuitatem aduenientē excipiunt / egressiq; cu Romanis ex improuiso plurimi & ad pugna parati / necnon & alacres quippe ut pro salute patriae / item confugum liberorumq; dimicantes / in fuga eos uertunt multosq; sauciat / septē sola interfectis / quia neq; solum inordinata pugna discessere / septisq; undiq; corporibus leniter fuerant uulnerati / cum iudaei magis quoq; minus iaculari quam manus conferere inermes / cum armatis cōfiderent. Ex ipsis aut iudaeis tres ceciderunt / paucis praeterea sauciatis. Placidus quidem q; impetu suo languidior inuentus esset aufugit.

Vespasianus cum armatis suis in Galilaeam peruenit / timent omnes / iosephs conspiciens non potest repugnare in Tyberidae confugit.

Cap. VIII.

Vespasianus uero ipse Galilaeā cupiens iuadere / ex Ptolemaide proficiscit ordinato militū itinere / sicut Romani consueuerunt. Auxiliatores uero q; leuis armati eunt / iteq; sagittarios praetere iussit ad repetinos iercus hostiū cohibendos / & ut suspectas atq; oportunas siluas isidiis scrutaretur / cu qbus et erat Romanoru armata portio egres peditesq;. Bos aut sequebantur de singulis hecatontarchiis decē armaturā suā ferentes mensurasq; castrorum. Post hos retores uiarū ibant / q; aggeris maligna corrigerent / ac deuia complanarent. siluasq; obstates pcederent / ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Deinde suas itemq; subiectorum sibi rectorum sarcinas / & tuitiois causa multos cu his equites ordinauit. Post quos ipse ueniebat / lectos pedites egresq; necnon

neon & lancarios secum ducens. Equitumq; præterea suorum agmine comitatus. De singulis enī turmis proprios centū & viginti eqtes deputatos habebat. Hos sequebantur qui expugnandis ciuitatibus machinas & cætera tormēta portarent. Deinde rectores itēq; præfecti exhortibus. Chiliarum stipati lectis militibus. Et post hos circū aquilā signa alia quæ omnibus apud Romanos agminibus præest/ quod & uniuersarum auiū regnū habeat/ & sit ualidissima. Itaq; illā & principatus insigne putant omēq; uictoria quodcuq; bello petierint. Sacras uero signorum effigies iridē sequebantur cornu cines/ & post eas acies in latitudine lenis digesta militibus. Hisq; adhaerebat ex more quidā hecator/ tarchas disciplinæ atq; ordinis custos. Serui autē singulorū agminū cincti cum peditibus erant multis alijsq; iumentis aduectentes militū sarcinas. Omnium uero agminū postrema erat mercenaria multitudo/ itaq; armorū coactores sequebantur armati pedites equitesq; nō pauci. Itaq; præacto itinere Vespasianus cū omni exercitu ad fines Galilæe uenit/ ibiq; positus castris quāuis promptos ad bellū milites continebat/ una & offendendo exercitū quo hostes motu peccerent/ spatiūq; indulgēdo poenitentis siquis ante præliū uoluntate mutaret. Nihilominus autē murorum instruebat obsidū. Itaq; multos qdem rebellionis fugere uel solus fecit ducis aspectus motū uero uniuersis incussit. Iosephus enī eiusq; loci q non longe a Sephorim castra posuerunt ubi bellū appropinquare cognouerunt/ & iam iamq; Romanos prælio secū congressuros non modo ante pugna/ sed anteq; hostes omnino cōspicerēt fuga discedi sunt. Cū paucis autē relictis Iosephus ubi se animaduertit neq; ad excipiēdos hostes sufficientē manū habere/ iudeorūq; animos concidisse ac si fides his haberetur/ plerosq; libētē ad hostes defectū ire/ iam tum qdem bello omni quiescebat quā longissime autem periculis abesse deceret/ ut abductisq; qui secum remanserāt in Tyberiadā confugerent.

Vespasianus ciuitatē Gadarenis caput Iosephus mittit Hierosolymā litteras si cupiat sedus uel belū cū romanis/ si bellū mitat/ condignū exercitū ut possint repugnare Romanis. **Cap. IX.**

Vespasianus autē Gadarenis ciuitatē aggressus primo impetu caput q; ad pugnacū multitudinē uacua reperisset. Deinde hinc transgressus interius cūctos etiā pueros interfecit/ cum Romanos odio gētis & cladis memoria quā prulera/ Cestius nullius ætatis misericordia cōmoueret. Incēdit autē nō solū ciuitatē/ sed etiā oēs circū uicos & municipia quædā penitus desolata. Nōnulla uero quorū habitatores ipse cœpisset. Iosephus autē quā tuitionis causa optauerat ciuitatē ipse motu repleuit. Nā Tyberienſes nunquā eū nisi de eōi bello desperasset in fugā uersum iri credebat/ neq; iō hoc eos uoluntatis eius fallebat opinio. Videbat enī res iudeorū quorūm euaderēt/ unāq; illis uia salutis esse si propoſitū mutauissent. Ipse uero quāuis adhuc speraret a Romanis ueniā tribuendā mori potius uoluisset quā p̄dita patria cū dedecore administrationis sibi creditæ/ apud illos sceleriter agere cōtra quos fuerat missus. Deceuit igitur Hierosolymā primatibus quæadmodū se res haberent cū fide perferberet. ne uel nimis extollēdo uires hostiū timiditatis postmodū argueatur. Vel minus aliquid nunciando fortasse cœpti etiā poenitētes ad ferociā reuocaret/ atq; si sedus eis placeret cito rescriberēt/ aut si bellandū esset dignū ei cōtra Romanos exercitū mitterēt/ ille qdē hac epistola scripta mature dirigit qui in Hierosolymam litteras ferret.

Vespasianus agrediēs rescindere iotapata montē ubi iudæi plurimi cōfugerāt/ ciuitatē circūualat/ re iuber p̄ milites ipse p̄ficiscit/ ponit castra/ aggeres facit ad oppugnandū ciuitatē/ Iosephus curat ut muri ciuitatis altius. p. xx. cubitos eleuent/ quod Romanos multū p̄terruit. **Cap. X.**

Vespasianus autē iotapata excindere cupiens/ nā in eā plurimos hostiū refugisse cognouerat/ & præterea ualidissimū hoc eorū esse receptaculū præmittit pedites cū equitibus qui montanū iter coæquarēt/ saxa asperū ac peditibus quoq; difficile/ omnino uero equitibus inuiū. Et hoc qdem quadriduo fecere quod insum est/ itaq; aperuere exercitū uia. Quot autē die Iosephus qui mensis maii uigesimalis & primus erat/ prior in iotapata ex Tyberiadā uenit/ abiectisq; iudeorū spiritus erigit. Cū uero transitū eius Vespasianus quidā transuga nunciasset/ utq; mox ciuitatē peteret incitaret/ ueluti cū ea totū iudæa capere posset/ si Iosephū subingasset. Hoc ille nūcio p̄xima felicitate percepto dei providentia factū ratus/ ut qui hostiū prudentissimus uideretur/ ultro se etiā in custodiam traderet uoluntariā/ statim quidem cum equitibus mille Placidum præmittit/ unāq; decurionem Ebutium tam manu quam prudentia uirum insignem circūualat ciuitatē iussos/ ne clam inde Iosephus elaberetur. Postero autē die cuncta manu comitatus ipse consequitur/ & post meridiem usq; acto itinere ad iotapata peruenit. Abductoq; in septentrionalium eius partē exercitū in quodam tumulo castra ponit/ distante ab urbe stadiis. vii. cōsulto autē quā maxime conspicit ab hostibus aff. ctabat/ ut uisu attoniti mirarentur. Quod etiā factū est/ eoq; tantum continuo stupor inuadit/ ut muris egredi nullus auderet. At Romanos quotidie ambulando fatigatos ciuitatē statim aggredi piguit/ ob eandē cām duplici acie circūdato oppido/ tertiu extrinsecus agmen equitū posuerunt/ oēs iudæis exitus obstruentes/ sed ea res illis in salutis desperationē/ audaciorē effecit/ quippe in bello nihil est necessitate pugnatus. Itaq; postridie impetu in muros factū iudæi primo quidā locis suis manentes

suis manentes Romanis castra ante muros habentibus resistebant. Postea uero quam Vespasianus & sagittarios & fundibulatores/ omnemq; iaculorū multitudinē adhibita/ missilibus in eos permisit/ uti/ atq; ipse cum peditibus in aduersum collem unde muros inexpugnabilis erat niti cœpit/ tunc ciuitati intrens Iosephus & cum eo cuncta iudeorū profuſit multitudo/ omnesq; in Romanos pariter irruētes/ p̄ula a muris eos deterruere multa manu simul & audaciā patrando facinora/ neq; minora patiebantur tunc quā faciebant. Nam quantum ipsos salutaris desperatio tantum pudor incendebat Romanos. Et hos quidem peritica cum fortitudine illos autē duce iracundia ferocitas armabat. Denique cum toto die pugnatum fuisset/ præliū nox diremit/ in quo Romanorū plurimis fauciatis tres/ decim interfecti sunt. Iudeorū autē cū sexcenti essent uulnerati septē & decē ceciderunt. Nihil quoq; minus Romanis postridie iterū irruentibus occurrunt. multosq; fortius resistunt/ ex eo scilicet fiducia nacti/ q; eos pridie præter spem sustinuerunt. Sed eos quoq; pugnaciores experti sunt/ q; eorū iracundiā pudor incendat/ uinci credentū nisi cito uicissent. Itaq; per dies quinq; Romanis minime ab aggressionē cessantibus iotapatenorū excessus angebantur/ murisq; fortius oppugnabatur. Et neq; iudæi uires hostiū formidabant/ neq; Romanos difficultas oppidi capiendū lassabat. Et enī iora parte paulominus tota rupes est/ ex alijs quidem partibus undiq; uallibus immensis præceptis/ ut earū altitudinē oculis deprehendere cupientiū aspectus ante deficiat. Ab una uero tantū boreæ parte adiri potest/ ubi per transuersum latus desinentis montis edificata est. Quod quidē ipsū muro ciuitatis Iosephus fuerat amplexus/ quo inaccessa essent hostibus superiora cacumina. Alijs uero circū montibus tecta priusquā in eā perueniretur/ a nullo poterat conspicī. Iotapata qdem sic erat communita. Vespasianus autē & cum natura loci simul certandū putans/ & cū audaciā iudeorū incipere obsidionē acriter statuit/ aduocatisq; sibi subditis de aggressu deliberabat. Cūq; aggerē fieri placuisset/ qua parte murus facilis erat accessui/ totū ad cōparandā materiā misit exercitum/ oppidoq; propinquis montibus exicissis/ magnaq; uel lignorū & lapidū congregata/ scutisq; minoribus/ siue ancylibus ad eū tanta iacula desuper missa per ualles dispositis/ sub eorū defensione aggerē construebant. Nulla autē noxa uel minima talorū erat quæ de muro iacerentur. His autē alii terrā ex propinquis tumulis erue/ res sine intermissione suppeditabant/ cunctis trifariā distributis/ nullus erat ociosus. At iudæi super eorum tegmina saxa ingentia & omne talorum genus immittebant/ quæ licet minime penetrarent/ magnos quidē crepitus dabant/ & horribile impedimentū erat operantibus. Tūc igitur Vespasianus machinis missilibus circūpositis/ erant aut omnes. clx. in eos q; super murū assarent iussit/ tela contendī similitq; ex balistis lanceæ percurrerent/ saxaq; tormentis ingentia mittebantur/ ignisq; & sagittarū frequentissima multitudo/ quæ non solū murum/ sed etiam iuram/ inter iactum earū spaciū iudæis inaccessum fecere. Arabum uero sagittariorum manus & iaculatores/ itēq; fundibulatores & omnes machinæ telis operabatur. Neq; tamen his iudæi prohibiti ne desuper uilicererūt quieti erant/ sed excurrendo per cuneos more latronū tegmina operantiū dissipabant/ nudatosq; feriebant/ ut si quādo illi cessissent aggerem dissipabant/ uallorumq; munimenta cum ancylibus igni tradebant/ donec Vespasianus cognito huius incommodi causam ex distributione operum contigisse/ q; interiecta spaciā iudæis locum aggrediendi præberent/ adunauit tegmina coniunctisq; pariter uiribus obreptioes hostium præpedite sunt. Erecto autē prope aggerē/ pauloq; minus æquato propugnaculo/ indignum esse ratus Iosephus nihil cōtra moliri quod oppido saluti foret/ conuocat fabros murumq; altius iubet extolli. Cum illi iam multis obstantibus iaculis minime edificare posse firmarēt/ hanc eis defensio/ nē excogitauit. Sudibus fixis per eos bouum coria extendi præcepit/ quæ missos tormentis lapidibus lineata/ susciperent/ quibusq; repulsa tela cætera dilaberentur/ & ignis humore languerent. Hisque ante fabros oppositis illi murū die noctaq; operando/ ad uiginti cubitorum altitudinē erexerunt/ crebris etiā turribus in eo constructis/ pinnisq; ualidissimis apratis/ quæ quidem res Romanis iam intra ciuitatem se esse credentibus magnum somnium comparauit/ tam Iosephi molitiōe quā oppidanorū obstinatione perterritis.

Vespasianus certans pluribus diebus uidens non posse capere ciuitatem statuit obsidere eam ut eogerentur inopia rerum redere uidens nolle eos redere/ iteram ad certandum se conuertit/ Iosephus cogitat de fuga cum suis/ populus hortatur ne recedat/ ipse dicit melius/ qui parabit alium exercitū quo reuocabit Vespasianus ab eis/ statuit remanere/ se parat ad præliū/ egreditur multis iurationibus Romanos egrediens Vespasianus nollens cum desperatis congressi iubet ut armati declinent imperium. **Cap. XI.**

At Vespasianus & calliditate cōsiliū & hostium audacia magis irritabat/ quoniam recepta ex munitione fiducia Romanos ultra incurfabant/ qnq; dies singulos plia caternatim & cuiuscūq; modi latrocinale doli & eorū q; casus obtulisset rapinæ aliorūq; incēdia fiebant/ donec Vespasianus setentio milite a pugna statuit obsidere ciuitatem/ ut eam usui necessaria/ penuria caperet. Aut. n. coactos iopia sibi supplicaturos/ aut si ad finem usq; in eadē pertinacia darauissent

durauissent fame consumendos eius habitatores putabat multoq; faciliores pugnare fore/ si post in-
teruallū rursus anxius incubuisset. Itaq; oēs exitus eoz; asseruari cepit/ illi autē frumēti quidē aliarūq;
omniū rerum intus habebat copiam salem p̄ter aquā utro penuria quā neq; fons erat intra ciuitatem
& imbre cōtēntis eius habitatoribus rata est in illo tractu aestiuis mēsisbus pluuia. Quo tēpore obse-
si etiā iam uehementius affliciebantur/ quod arcendā sibi fuerat excogitatū quodq; fieri ac uelut oīs
aqua iam defecisset aegre ferebant. Iosephus enim & cum ciuitatē uideret abūdare aliis rebus fortēq;
aio uitos esse quo longiorē Romanis obsidionē faceret/ quā sperabant iam tunc potius mensuram
ciuibus ministrabat. Illis autē conseruari aquā penuria grauius esse uidebatur/ ampliorēq; cupiditatē
mouebat q; ius bibendi liberū nō haberēt/ ac uelut ad extremā sitim peruentū essent labori cedebāt.
Hoc autē modo affecti Romanos latere non poterant qui eos ex aduerso colle trans murum in unū
confluere locum/ & aquā mensuram accipere prospectabant. Quo etiam ballistarū puenientibus
telis plurimos occidebant. Vespasianus quidem nō multo post exhaustis puteis ipsa sibi necessitate
traditam iri ciuitatē sperabat. Iosephus autē ut hanc eius spem frangeret iussit quāplurimos per muro
rum pinnas dimersa andis atq; humida uestimenta suspendere. ut omnes repente aqua perfuerent.
Ex quo moeror simul Romanis ac timor erat/ cū tantum aqua uiderēt eos ludibrio coluere. quos
potius indigere credebant. Deniq; dux belli etiam cum ipse quia penuria ciuitatē posse cape despa-
set/ iterum consiliū ad uim atq; arma conuertit. Iudæis id quoq; maxime cupientibus. Nāq; nec se
nec ciuitatē saluā fore credebant priusquā fame uel siti perirent mortem bello optabant. Iosephus tñ
præter hoc aliud consiliū quo sibi copia pararetur per quandam uallē deuia/ p̄pterea quia minus
curiosē habitam a custodibus excogitauit. Mittendo enim per occiduas eius partes litteras ad quos
uellet iudæos extra ciuitatem degentes ab his omnia usui necessaria & quæ in ciuitate defecerāt acci-
piebat mandato committibus ut plerunq; ad excubias repararent terga uelleribus tecti/ qui si eos
noctæ uidissent canam similitudinem mentirentur. Idq; factitatum est donec eius fraudem uigiles p̄-
senferunt. uallemq; cinxerunt. Itaq; tunc iosephus non diū ciuitatē sustinere posse prospiciens/ suamq;
pariter salutem si uellet remanere desperans cum oprimatibus de fuga tractabat. Verum id populus
seclis/ & circumfusis ne sese negligeret præcabatur in quo solo recumberent. Ipsum enim saluti esse
ciuitatis manentem/ uelut omnes eius causa alacri essent animo certaturi. Quod si etiam capiuntur
eundem solatio esse. Decere autem illum nec inimicos fugere nec amicos deserere/ aut quasi ex nauī
tempelate oppressa desilire qui ad eā tranquillo mari uenisset. Ipsum enim magis desererum esse
ciuitatē cum iam nemo audebit hostibus repugnare si discessisset cui considerent. Iosephus autē quod
sibi caueret occultans illorum cōmodo se exitum parare dicebat. Nam intra ciuitatē manendo neq;
seruatis grande aliquid se esse profuturum/ & si caperentur una cum his esse frustra periturum. Obsi-
dione uero liberatus extrinsecus maximo eius emolumento fore. Mature. n. congregatis ex terro-
rio Galilæis alio bello Romanos ab eorū ciuitate reuocaturum/ tunc autē non uidere quod apud eos
residens utilitatis afferret/ nisi q; Romanos ad obsidionem magis incitaret. ut se caperent magnipē-
dentes. Quem si fugisse cognouissent multū esse de obsidionis imperu remissuros. Non flexit his po-
pulum iosephus/ sed hoc circumsistere se magis incendit. Deniq; pueri & senes itemq; mulierculæ cum
infantibus flentes ad pedes eius accedebant/ eumq; omnes complexi tenebant / & ut fortunæ socius
sibi remaneret cum ululatus supplicabant. Non inuidia salutis eius quantum ego arbitror. sed ppria
spe. Nihil enī se mali remanente iosepho existimabant esse passuros. Ille autē siquidem parauisset hæc
præces esse ratus. custodia uero si per uim cogeretur multū enim ex intentione discessus etiam quæ
relarum misericordia fregerat remanere statuit. Cōmunig; desperatione ciuitatis armatus / & nunc
tempus est dicens pugna incipere. cū spes nulla salutis est. pulchrūq; uitam pacifici pro laude ac forti
aliquo patrato facinore in memoria posteritatis occubere ad opera sese conuertit. Cum pugnacissi-
mis egressus disiectis custodiibus usq; ad Romanorū castra excurrerat/ & nunc pelles aggeribus im-
positas sub quibus tentabant discerpere nunc operibus ignem immittere. Postero nāq; die similiter
ac tertio per aliquod dies ac noctes bellando non laborabat. Sed Vespasianus Romanos his incur-
sus male affectatos aspiciebat. Nam & terga dare iudæis pudebat/ & fugientes insequi armorū pon-
dere tardabantur/ cum iudæi semper aliquid agentes priusquā paterentur in ciuitatem refugerent/ ar-
matis imperat ut eorū impetū declinarent/ ne uel cū hominibus mortis audis manū conferrent. Ni-
hil esse fortius desperatis. Restingui autem illorum impetus si proposito careant quasi flāma si ma-
teriam non inueniat. Ad hoc oportere Romanos cautius querere uictoria augendā possessionis cā/
non ex necessitate bellantes per sagittarios autem Arabum & Syriæ & fundibulatores / perq; saxa
tormentis emissa plerunq; repellebat iudæos. Nulla enim telorū machina quiescebat. Illi autem his
quidem male acceptis cedebant/ uerum eminus missa inter iactum subeuntes sæuius Romanis ista/
bant/ cum neq; corpori/ neq; animæ parcerent/ sed per uicem utriq; pugnarent/ suorumq; quisq; lae-
boribus subuenientes.

Admouet

Admouet Vespasianus arietē muris/ muri concutiantur machinis cogitat iosephus quō ictus arie-
tis refellat/ Romani e contra aliud genus machinant/ Iosephus cū sociis igne concremarūt Romano-
rū propugnacula & aggeres ita ut spatio unius horæ oīa sint concremata. CAP. XII.

Igitur Vespasianus ultro se extrinsecus longitudine temporis hostiumque incursum obsi-
deri/ cum prope iam muris aggeres æquarētur/ arietem admoueri præcepit/ est autem arie-
tis effigie fabricati/ unde etiam nomen accepit. Dependet autem funibus medius ex trabe
alia uelut ex tratina palis utriusq; bene fundatis. Retrorsum autem magna uiciorum multitu-
dine repulsus hisdēq; simul rursus impellētib; missus i frōre p̄minēte ferro moenia percutit/ nec est ul-
la tā ualida turris aut muroq; abitus adeo latus/ ut etsi pores ictus fortiter sustinerit/ assiduus uicat.
Ad huius periculū rei duci Romano trāfire placuit/ ut capere oppidū p̄perātū quoniā p̄ncipiosa uide-
batur obsidio Iudæis minime q̄scētibus. Itaq; Romano q̄dem balistis cæterisq; missilib; machinis ut
facilius ferirēt q; de muris obflare tērasset/ adhibitis utebatur/ neq; sagittari aut fōdibulatores lōgus
aberāt. Cū uero ea causa muros nemo auderet ascēdere ipsi arietē applicabāt gradibus desup/ itēq;
pellibus septū tā p̄ sui defēsiōe quā machinæ. Et p̄mo qdē impetu moenia cōcussa sūt clamorū oppi-
danorum uelut iam capti essent/ maxime factus est. Iosephus autem eūdem locum feriri/ neq; multo
post murū disturbatū iri prospiciēs/ quo cōmento uim machinæ paulatim falleret excogitauit. Sac-
cos enim paleis referens qua semper impetum arietis feriri uiderent demitti iussit ex muro. ut eo mo-
do secundi ictus erraret/ aut etiā excepta uulnera laxitas frustraretur. Quæ quidem res multū roma-
nis moræ attulit. Nā quocūq; hi machinā conuertissent/ contra illi q; super murū stabant palearū tra-
ducentes sacco ictibus supponebant/ nihilq; murus percussione lædebat/ donec etiā Romani ad-
uersus hoc aliud machinati sunt. Proceris enim contis exhibitis/ in his summis falces quibus sacco
inciderent alligauerunt. Cum autē hoc modo efficax esset opus arietis ac murus quia recens ædificatus
erat/ ictibus cedere/ quod reliquum erat iosephus/ eiusq; socii ad ignis auxiliū se cōtulerunt accēsūq;
totum quod aridæ fuit materiæ/ tribus ex locis pariter inflammare unaq; machinas & propugnacu-
la Romanorū & aggeres concremarūt. Illi uero nō sine malo subueniebant audacia simul eoz; terri-
ti & ne aduimēto essent flāmis p̄uentibus impediti/ quæ aridū noctæ formicæ & præterea bitumen
ac picem/ necnon etiam sulfur opinione citius uolabant operaq; Romanorū multo labore curata
unius horæ spatio possederant.

Quidā uir iudæus saxo subleuato & demisso caput arietis fregit/ hic fixas est quinq; sagittas/ uul-
neribus decidit/ tandē alii duo uiri Romanorū aciem p̄ruerunt/ iosephus uero & cætera multitudo in-
cendit machinas Romanis lugentibus. Cap. XIII.

Ic etiā uir quædā iudæus prædicatione ac memoria dignus inuentus est Samæi filius Elea-
zarus/ cui Saab Galilææ patria fuit. Is enī saxū ingens alte sublatū tanta uī super arietē ex
muro dimisit/ ut machinæ caput obramperet/ idq; ex mediis hostibus saltu ad eos delatus
auferreret/ nulloq; moeto reportaret ad murū. Postremo tanq; signo quo tela mitterēt hosti-
bus positus nudo corpore quinq; sagittas uulneribus fixus est earūq; nulla respectu ubi murū ascen-
dit/ unde uideri ab oibus poterat eius audacia ibi cōstitit/ cōpunctusq; dolore plagarū cū arietē deci-
dit. Post hunc fortissimi exiiterunt duo fratres Netiras & Philippus de uico Ruma Galilæi. Qui cū
sup milites decimæ legionis p̄silissent tanto ipetu uiq; trāgressi sunt ut & acie Romanorū perrū-
perēt quousq; aduersum iterant oēs in fugā uerterent. Præter hos iosephus quoq; & cætera multitudo
raptis ignibus machinas & refugia cū opibus quæ itēq; decimæ & eius quæ terga dederat legionis
incendit. Cæteri autē q; mox cōsecuti sunt & instrumēta & omne genus materiæ obruere.

Vespasianus in planta pedis uulneratur totus exercitus turbatur superato dolore uulneris sæuius
bellum in iudæos incitauit/ pugnatur fortiter utriusq; cædit murus ictibus machinarum ad matutinas
uigilias illi uero munere partem illam. Cap. XIII.

Vrsus autē Romani post meridiem erectū arietem ad eam muri partē quæ pridē quassa/
ta fuerat appulserunt/ ibiq; defensorem eius quidam Vespasiani plātam sagitta percussam
leuiter uulnerat/ quāuis tæli spacio defecisset. Maximā tunc id Romanis perturbationē
fecit. His. n. qui prope aderant uiso sanguine perterritis per omnem famā cucurrerunt exer-
citus relictaq; obsidione pleriq; cum stupore atq; formidine ad ducem belli concurrebant. & an-
te omnes. Titus aderat metuens patri. Vnde contigit ut & beniuolentia circa rectorem & filii trepi-
datio confunderet multitudinē. Facile tunc pater & timore filii & perturbatione liberauit exercitū.
Superato. n. dolore uulneris & ab oibus qui sui causa perterriti cōspici studens bellū in iudæos
sæuius incitauit. Nā uelut ultor ducis quisq; oē periculum adire cupiebat/ & clamore alius alium ad/
hortantes murū periebant. Iosephus autē cum suis sociis licet assiduis balistarū itemq; tormentorū icti-
bus caderent nequaquam tamen deterrebatur a muro/ sed flāmis & ferro & saxis eos asperse q; arietē
protechi

protecti palmis impellerent. Nihil aut aut parū proficiebant eum sine intermissione procumberent in conspectu hostium positi quos ipsi contra uidere non possent. Nāq; & suis ignibus collucentes tāquam si dies esset & certum erat hostibus signū quo caela dirigerent machinisq; procul non apparentibus missilia cauere non poterant. Ergo propterea non tam balistarum quam iaculorū uī simul turpiter transigebantur. missaq; machinis saxa & murorū pininas auferebant & frangebant angulos turrium. Virorū aut nulli tā fortiter conspati erant ut non usq; ad extremā aciem saxi magnitudine ac uolentia sternerent. Scierat aut aliq; huius machinā uis quantū ualeat ex his quae illa nocte contigere in muro cuidā ex circumstantibus. Ioseph caput auulsum est. eiusq; ad tertiuū stadiū ueluti funda excussa caluaria interdiū quoq; praegnantis foeminae secto utero ad dimidiū stadiū infans abactus est. tāta tormēta uis fuit. Ergo machinis terribilior erat impetus & missiliū strepitus. Crebri aut mortui cum ad mortuos deiicerentur sonabāt & acerbissimus quidem intus excitabat mulierū tumultus extrinsecus aut occubentiu gemitus concerebat. totusq; ambitus muri ad quē pugnabatur sanguine confluēbat. iāq; ascēdi poterat congestione cadauerum. Montibus aut resonantibus multo amplius horror his ex clamoribus accedebat. nec quicquam illi nocti defuit uel quod auribus uel oculis terrore possent incutere. Plurimi quidē pro iotapata decertantes fortiter ceciderūt plurimi etiā fauciatī & tamen uis circa matutinas uigilias multo assiduis machinarū ictibus cessit. Cūq; illi quidē corporibus atq; armis septi eā partem quae deiecta fuerat priusq; Romani pontes apponerent munire.

mento thoraci similis uidebatur. Duabus autē fibulis aureis aspidū specie uinciebat/q̄bus inclusi erāt
optimi maximiq; sardonyces scripta tribuū gentis iudæe noīa p̄ferentes. Ex altera uero pte. xii. pēde-
bat alii lapides in quatuor ptes terni diuisi/hoc est Sardiū/ Topacion/Smargodus/ Anthrax/ iaspis/
Sapphyrus/Acharis/A methystus. Ligurius/Onyx/Berillus/Chrysolithus/ quorum singulis singula
iterū cognomina erāt scripta. Caput autē byssinus tiaras tegebat hyacinthis coronatis & circa eā alia
corona erat aurea scripta ferens sacras litteras/que sunt quattuor elementa uocalia. Ea q̄dem ueste
post tēpus minus aut ambitiosa utebat/ si quādo adyta introibat. Solus aut atq; semel in anno intra-
bat quo die cunctos ieiunare deo mō erat.

Describitur adhuc magnificentia ciuitatis & templi eorum quæ cōtinebantur in eo/que a diuer-
sis fuerunt constituta.

Cap. IX.

DE ciuitate quidem ac templo iterum & moribus & legibus diligentius referemus. Non
enim pauca super his exponenda sunt. Sed antonia quidem in angulo duarum portu-
cum sita erat prioris templi quæ ad occidentem septentrionemq; spectarent. In saxo
autem fuerat extructa. l. cubitis alto & undique prærupto quod opus Herodis fuit / ubi
maxime

maxie genii sui magnificentia demonstrauit. Primū. n. a radicibus saxūq; ipsum leuatis crustis obter/
gebat/quo & decus aderat operi & facile dilaberent quæ ascendere uel descendere tērauisent. De-
inde ante priores turres ædificiū murus erat cubitis tribus. Intra hūc oē spaciū Antonia in. xl. cubitis
erigebat. Intus autē regia latitudinē ac descriptionē habebat diuisam in oēm usum habitationē & ge-
nera & species. i. atria & balnea & aulæ castris aprissimas ut quātū ad usum necessariā p̄tinet ciuitas
uideret magnificentia uero palatiū/istat uero turris toto habitu formata q̄tuor aliis p̄ angulos turri-
bus cingebat. Quarū cætere. l. cubitis erat altæ q̄ uero ad meridianū orientālēq; angulū sita erat. lxx.
cubitis eminebat/ut ex ea tantū tēplū uideri potuisset. Qua uero porticus iungebat in utraq; de-
scensus habebat unde custodes cōmeabant. Semp nāq; in ea Romani milites residebat/ & cū armis
circa custodes positus ne qd̄ populus festis diebus noui cōmitteret obseruabat. Castrū. n. erat ipsitū
oppido & oppidū qdē tēplo tēplū uero Antonia. In hac autē porticu/custodes erāt & superioris ciuita-
tis aliud castellū regia Herodis erat. Bezetha autē collis/ita ut dixi ab Antonia separabat/ q̄ cū oīum
esset altissimus et parti nouæ ciuitatis cōiungebat/ tēploq; septentrionali solus obstabat. De ciuitate q̄
dem ac muris eius iterum scribere plenius cupiens in præsentia satis dixi.

Quomodo Simon & iohannes dissidebant & eos diuisa ciuitas sequebat/ & quō unūq; p̄tē ciui-
tatis seorsum tenebat/ Titus querit qua p̄tē ciuitatē sit igressurus/ cōstituit aggerē tripartitū exerci-
tū circa ciuitatē/ cogitat iudæi cōcordari aduersus Titū & Romanos coeunt; in unū corpus exeūt
iudæi aduersus Romanos fugant; in ciuitatē qdā unus iudæoz capie/ sagitta demissa occidit in dō
iudæis luctus maximus oritur.

Cap. X.

PVgnacissima qdē maximeq; dissentiēs multitudo circa Simonē erat hominū decē milia
p̄ter idumæos. l. uero. x. miliū duces quibus ipse quasi dominus oīum ferat/ idumæi autē q̄
erāt eius partū cū essent numero q̄ng milia duces habebāt. Horū autē principes uidebant
Sosæ Iacobus & Cathlæ filius Simon. Iohannes autē q̄ tēplū occupauerat/ sexq; armatorū
milia habebat/ quos. xx. duces regebat. Tūc autē illi accesserāt et Zelotaz; deposuit discordiis duo mi-
lia trecēti q̄ Eleazaro quē ante habuerāt & Simone Iairi filio utebant ducibus. His autē/ ut diximus/
bellū iter se gerētibus populus erat simū & plebis pars q̄ nō eadē q̄ ille cōmitteret ab utriq; diripie-
bat. Tenebat autē Simon qdē superiorē ciuitatē murūq; maiorē usq; ad Cedron/ & antiquioris muri
q̄tū a Siloa flectit ad orientālē & usq; ad Monobazi aulā descēdit. Is autē rex est Adiabene gentis ul-
tra Euphraten habitāis. Tenebat autē et frontē Acræ/ q̄ inferior est ciuitas usq; ad Helenæ reginā/ que
Monobazi fuerat mater. Ioānes autē tēplo & circū tēplū aliquatenus incēsis oībus/ itēq; Olpha & ual-
le que Cedron appellat/ & aliis q̄ interiacebant mediū bello q̄ inter se gerebat spaciū aperuere. Nec
n. castris Romanoz; ppe murū positus intra ciuitatē seditio q̄secebat/ sed ad primū eoz; impetū pau-
lisper sanitate recepta mox ad morbū pristinū rediere. Rursusq; discreti p̄ sua quisq; parte pugna-
bat/ oīa faciendo quæ obidentes optarēt. Nihil. n. impius a Romanis passus sunt/ quā ipsi se tractarūt
neq; post illorū ciuitas aliqd̄ nouæ calamitatis experta est. Sed illa quidē grauiore casus prulit anteq̄
subuerteret. Qui uero eā debellarēt maius aliquid p̄fecere. Dico. n. q̄ seditio ciuitatē Romani uero
seditioē cōepere/ quia multo erat moenibus tutior/ & res quidē aduersus suis/ iusticiā uero recte quis
Romanis ascribit. Intelligit autē quod dies cuiq; suggererit. Verūtū his intra ciuitatē ita se habenti-
bus. Titus cū lectis equitibus foris circūiens quam muros aggrederetur explorabat. Hæsitanti autem
quia nec ab ea parte adiri poterat pedibus qua ualles erant & ab illo latere prior murus instrumen-
tis siue machinis firmior uidebat placuit ad ioannis pontificis monumentū. Hæc. n. tantummodo &
prius humilior erat nec secundo muro coniungebatur inuadere. Neglecta enim munio propterea
quia non satis noua ciuitas frequentabatur. Sic in tertiū murum facilis aditus illac erat/ p̄ quē supio-
rem ciuitatē & per antoniā templū capi posse cogitabat. Hoc eo collustrant quidam ex amicis eius
Nicanor nomine ad humerū læuum sagitta percussit/ cū propius uenit cū iosepo accessisset/ pacēq;
in muro stantibus/ dicendū enim peritus erat/ suadere tentaret. Vnde cognitus eorum conatibus Cæ-
sar ex eo q̄ nec ad salutē se hortantibus abstinere excitatur in obsidionem simulq; suburbana mili-
tibus uastare permittit. Collectaq; omni materia iubet aggerem cōstrui. Tripartitū autē exercitū ad
opera medios in aggeribus iaculatores & sagittarios constituebat & ante eos ballistas aliasq; machi-
nas atq; tormenta quibus & excursus hostiū in opera phiberet/ & qui ex muris obstare tētarēt. Cæ-
sar autē arboribus momento suburbana spoliata sunt. Collectis autē lignis in aggeres cum totus operi
intentus esset exercitus nec in dæi illorū gererāt/ populū quidē in rapinis & cædibus constitutum fidu-
cia tunc habebat q̄ respiraturus esset. Illorū aduersus hostes distractis existimantem penas se ab no-
xiis repetiturum si Romani superassent. Iohannes autem quamuis in externis socii sui re uera prope-
rassent/ moerit tamen Simonis manebat. Verum Simon quiescebat. Proximos enim erat obsidioni mis-
silibus per muros dispositis/ quæ pridem Romanis abstulerat/ cum prædium quod apud Antonia

HH iii

fatrat coepit. Sed horu possessio ppter imperitiã plerisq; non erat utilis. Pãnci aut a transfugis docti male utebant instrumentis. Sed cū lapidibus & sagittis aggerē iacētibus militibus imminēbat; perq; cuneos excurrentes manus et cōferebant. Operantes aut̄ minora scuta super uallū exposita protegebāt; oibalsq; agminibus excurfus cōtra erant machinã comparatã mirabiles. Præcipue uero decimæ legionis balistæ uehementiores & tormenta saxorū quibus non solū irruentes sed etiã super murum stantes enertebantur. Nã & singula saxa talenti pondus æquabant & ultra stadii modum torquebãtur. Ictus aut̄ non solū primis quos offendisset sed aliquando posterioribus quoq; intolerabilis erat. Iudæi primo qdem cauebant a lapidibus q; erant candidi nec tantū sono ac fremitu nocēbantur sed etiã claritudine prospiciebantur. Deniq; specularores in turribus præidentes prædicabant quando impelleretur machina saxūq; ferretur patria lingua clamantes filius uenit itaq; præciebant in quos ueniret atq; ante uitabant & hinc eueniebat ut illis declinantibus lapis irruens intercederet. Proinde Romani cogitabant atramento decolorare lapides. Tunc n. missi non simlister incertos ictus habebant multosq; simul unius ipetu corrūpebant. Sed ne male qdem affecti iudæi aggeris instruendi copiã dabant. Omni uero molitione atq; audacia die noctūq; prohibebant. Perfectis aut̄ operibus plūbo & ligno & aggeribus iacto fabri quod erat ad murū spaciū metiūt. Nec iam aliqd fieri poterat quoniã desuper talis petebantur. Cūq; pares intervallo arietes inuenissent eos applicat propulsq; dispositis machinis. Titus ne ex muro arietes prohiberentur ex tribus partibus murū pulsari iubet. Sonitu aut̄ circūstrepente ciuitatē clamor ingens ciuium sublatus est iteq; seditionos pauor inuasit. Et quia periculū cōmune utrisq; uidebat cōmuniter iam repugnare cogitabat. Vociferantibus inter se discordibus quia oia pro cōmoditate hostiū facerent cū non si ppetuã cōcordiã deus illis p̄beat in præsentia contra Romanos oporteat conspirare. Simon aut̄ p̄cone misso uolentibus ex tēplo ad murū aggrediēdi copiã fecit idēq; & iohannes ne minus crederet misit. Illi aut̄ obliiti odiorū ac discorciarū suarū in unū corpus coeunt murūq; amplexi faces inde quã plurimas iaciebant contra machinas Romanorū cōtraq; ipsulores arietū eosq; sine intermissione talis petebat. Audacissimi uero ceteruatim p̄silientes machinã tegmina dissipabāt. Hisq; appositis irruentes peritiã qd̄ pauca/plura uero audacia p̄ciebat. Semp̄ aut̄ erat ad iudicium laboratibus ipse Titus & iuxta eas machinas eq̄tibus ac sagittariis ordinatis ignē qd̄ ferentes prohibebat iaculantes uero a turribus reprimēbat nocēdi tēpus arietibus faciens & tñ murus ictibus nō cedebar nisi q; quinta legionis aries cōmouit angulū turris murus aut̄ stabat incolumis. Nec n. statim cū turri periculū sensit quã multo altius eminebat nullaq; partē muri secū trahere poterat in ruinã. Cū aut̄ ab excurfibz paulatim quiescent obseruato Romanos per opera & castra disperfos quia labore & formidine iudæos discessisse arbitrantur excurrūt oēs qua turris erat Hippicus porta latenter ignēq; operibus iniiciūt. Vsq; ad castrorum quoq; munimēta in Romanos animati p̄cedebant. Horū aut̄ periculo mature & q; erat p̄prie excitati sunt & q; procul aberant cōuenere. Romanorū aut̄ disciplina uincebat audaciã iudæorū & quos prius offenderat in fugã uersis alijs qui colligerent instabat. Grauis aut̄ circa machinas pugna cōmissa est illis incendere his incendiū phibere certatibus. Incertusq; clamor utriq; tollebat & multi q; in fronte steterat ceciderūt. Sed iudæi cōfidentia superiores erāt ignisq; opera tetigerat. Incentisq; oia cū istum mentis p̄cinitus essent nisi lecti de alexandria restitissent pleriq; præter opinionē sui uiriliter dimicantes. Nã gloriosissime in hoc bello pliatī sunt donec impator equitū potētissimis comitatus in hostes irruit & ipse qd̄. xii. repugnatores pemit. Mœtus aut̄ cladis eorū cætera multitudie in fugã uersa oēs cōpulsit in ciuitatē eorūq; modo aggeres liberant incēdio. In hac aut̄ pugna unū ex iudæis uiuum cap̄ cōtigit eūq; Titus crucifigi pro muro iussit. Si forte reliqui uel hoc spectaculo terrii cōsiderēt. Post eius uero discessum et̄ dux idumæorū iohannes dū ante muros cū noto milite loquitur a quodã arabe pectus sagitta percussus continuo periit magnūq; iudæis luctū & seditionis mœrorē reliquit. Nã & manu promptus erat & sapientia nobilis.

Concutitur timore exercitus Romanorū eo q; turris quædam lapsa sit nocte & propter maximū sonitum timuerunt Romani credentes hostes castra inuasisse pcutiūt muros illis machinis murūq; uicinorum frangant.

Cap. XI.

Nocte uero q̄ secuta est incredibilis tumultus Romanis incidit. Nã cū tres turres impator Titus quinquagenū cubitorū cōstrui p̄cepisset ut his p̄ aggeres singulos positis hic hostes in muro stātes facilius in fugã uerteret una earū sp̄ite sua nocte itēpeste lapsa est. Ingēti uero sonitu iacto mœtus occupauit exercitū. Conari aut̄ aliqd iudæos suspicati ad arma currebāt eaq; re turba in legiōibus ac tumultus erat. Cūq; nēo qd̄ accēditet referre posset diu q̄ruli alius aliud opinabant nullisq; iteruenitibus hostibus semetip̄os timebat signūq; diligeret singula a p̄ximis req̄rebāt tanq̄ idumæi castra iã possiderēt larualiq; terrore capti uidebantur donec Titus cōgnitis quæ res erant uerum cunctis indicari iussit tandemque tumultus eo nuncio conquieuit. Iudæi quidem

q̄d̄ cætera fortiter sustinētes male turribz affecti sunt. Machinis enī leuioribus & iaculatoribus ac sagittariis saxorūq; tormētis inde feriebant. Sed neq; harū æquare ipsi poterant celsitudinē & turres excidendi spes nō erat. Cūq; euerit ppter grauitatē neq; incēdi p̄pterea quod ferro tegebant facile possent ultra iactū tali fugientes arietū imperū nō uitabat q; sine intermissione ferientes paulatim aliqd̄ p̄ciebant. Itaq; muro iã cedente magno arietū Romanorū quē iudæi Niconā uocabāt q; oia uioceret quāuis & antea defessū erant pugna & uigiliis cū longe ab oppido p̄noctarēt tamen et̄ negligētia uel quod male cōsulenter murū sibi superuacū esse credentes quibus alia duo munimēta superessent lassatiq; plurimi recessere.

Ingrediuntur Romani ea porta qua murus fractus erat dimicatur postea unde iudæi audacia restebant Romani uero belli peritiã uincebant.

Cap. XIII.

Vm aut̄ Romani qua primū murū Nicon perruperat ascendissent ad secundū oēs iudæi relicti custodiibus refugerūt. Portis aut̄ Romani q; trāsierūt p̄fectis exercitū receperunt Et hi qd̄ hoc castris modo porti muro die. xv. mēsis maii & p̄tē eius maximã diruūt ad septentrionalē ciuitatis regione quã ante Cestius uastauerat. Titus aut̄ notato qua Assyriorū castrū ē militē trāsferat occupato. n. quod iter Cedrona fuerat spacio & ultra sagittã iactū a secūdo muro sepatis expugnationē statim ingressus est. Tūc igiē partiti murū iudæi fortiter restiterūt. Et iohannes qd̄ eiusq; focii ex antonia & septentrionali portu tēpli ab alexandri monumētū pugnabat. Simonis aut̄ manus iuxta monumētū iohannis aditū clauerat usq; ad portā qua in Hippicu turrim aqua inducebatur. Sæpe aut̄ p̄silientes e portis cōminis dimicabāt fugatiq; a muris in cōflictu qd̄ romana di disciplina p̄ impitiã uincebant in murali aut̄ certamine supabant. Eos aut̄ fortuna atq; scia iudæos uero etiã in audacia quam timor aleret sustentabat q; natura erant in calamitatibus duri.

Iudæi sperant salutē Romani uictoriã unde ex iudæis quis fuisset p̄p̄rior ad periculū is primus erat ex romanis uero q; fortem se præferbat quia Titus semper aderat.

Cap. XIII.

Ad hæc aut̄ & istis suberat spes salutis & romanis citã uictoriã. Neutros aut̄ lassitudo fatigabat sed aggressiones murorūq; oppugnationes & excurfus crebri p cuneos diebus totis agebant nullaq; filiorū spēs aberat cū a prima luce incipientia utrisq; in somnis & die grauior nox dirimeret. His qd̄ occupatū iri murū cōtinuo metuētibus illis uero ne iudæi castra p̄uaderēt itaq; in armis p̄noctātes prima luce utriq; pugnæ parati erāt. Et iudæi qd̄ certabant q̄s esset p̄p̄rior ad periculū eorūq; modo gratia emineret a ducibus suis. Maxime uero Simonis eos mœtus ac reuerētia cōmonebat illū singuli subiectos colebat ut ad semet quoq; interficiēdos parati essent si hoc ille iussisset. Romanos aut̄ ad uirtutē hortabat cōsuetudo uincendi & q; uinci nō asuerant crebræq; militiæ exercitatioesq; perpetuæ & impii magnitudo. Ante oia uero Titus semp̄ ubiq; p̄sens. Nãq; & inertia spectante atq; opitulante Cæsare grauissimū facinus uidebat & ei qui bene decertasset tectis aderat q; rependeret præmiū. Præterea fructus erat uel cognosci solū principū uirū fortē iccirco multorum malorum rebus alacritas demonstrata est.

Quidam Longinus in medios hostes irruit duobusque interfectis ex mediis hostibus ad suos reuertitur.

Cap. XIII.

Deniq; istis ipsis diebus ualidissima iudæorū acie istructa p̄ mœnibus talisq; utriq; missis qd̄ Longinus de numero equitū ex acie Romana p̄gressus in mediã acie iudæorū irruit hisq; deiectis hoc ipetu duos fortissimos pimit unius obuia tēdentis ore p̄cussio alterius eodē tēlo quod priori extraxerat trāsfixo latere refugiētis & ex mediis hostibus ad suos primos occurrit. Ille qd̄ ob uirtutē insignis erat æmuli aut̄ eius fortitudinis multi exiterūt. Et iudæi qd̄ negligētē qd̄ parerent tantūmodo qualiter afficerēt cōsiderabat morsq; his leuissima ducebat si quo interfecto hoste cecidissent. Titus aut̄ nō minus saluti militū quã uictoriæ cōsulebat & temerarios ip̄tas desperationē dicens solā uero esse uirtutē sigs prudenter & caute sine proprio incōmodo fortiter faceret in ea re potius quæ periculum non haberet uiros esse præcipiebat.

Castor qd̄ ex iudæis simulat uelle inire foedus eū ut Tito aliquatū cōquiescat ut Simon iterim cōsulat de rebus occurrētibus singitq; quosdã socios uelle pacē quosdã nō accensus his Titus uehementius utebatur arietibus diruptoq; muro cum militibus ingreditur.

Cap. XV.

Taq; septentrionali p̄tē mediæ turri applicat arietem in qua iudæus quidam uersutus ac subdolos Castor nomine cum. x. alijs militibus suis delitnerat fugaris cæteris formidine sagittarum. Hi cum pauidi sub Thoracibus aliquādiu quieuisent concussa turri surgunt. Extentisq; manibus castor ueluti supplex Cæsarem implorabat & uoce miserabili ut si hi parceret obtestabat. Cui Titus p̄ simplicitate sua credulus iamq; iudæos existimans bellū p̄cēnit arietes quidē impulsione cessare iubet ac sagittarios a supplicibus prohibet. Castori autem quid uel let eloqui permittit. Cūq; ille respondisset ad foedus uelle descēdere. Titus gratulari se ait si omnes

HH iiii

eadē sentire noluisse/paratoꝝ animo fidem pacis etiā ciuitati daturum.Sed cū ex illis,x. Castor
 ris locis quinq; itidem supplices esse simularent/cæteri nunquā se Romanis seruitores clamant dū
 mori libere liceat.Deniq; illis super hoc ambigentibus cessabat expugnation. Castor autē interea Si-
 monē per internūcios admonebat ut dū nauū esset tēpus de rebus urgentibus cōsiliū caperet/ pau-
 lis per eū se illudere imperatori Romano.Simul autē hoc agens ad pacē rogare cōtradictentes socios
 uidebat. Illi autē uelut hæc referentes in thoracas nudos fixere gladios hisq; percussis uelut interfe-
 di ceciderunt. Titus uero eiusq; socii obstupere tanta eorū pertinacia cū ex inferiori loco quod fa-
 ctū erat uere uidere nō potuissent/mirabaturq; simul audaciā & calamitatis miserabant. Interea Ca-
 storem ad natē qdā sagitta percussit. Tūq; ille rēli extractū impatori ostendēs iniqua se perpeti qua-
 rebatur. At Titus inculato q hoc emiserat astantē iosepū dirigit ut Castori dextrā porrigeret. Verū
 is neg se iturū/nihil.n. sanū supplices cogitare respondit & amicos q uoluere ire phibuit. Cū uero q
 dā ex profugis Aeneas iturū se dixisset ad eū & inuitante Castore ut eꝝ q secū ferret argentiū aliqd
 susciperet. Ad hæc cū ille studiose aperto sinu cucurrisset. ille sup eꝝ faxū demisit. Et ipsum qdē quo-
 modo præcauerat ferre nō potuit atq; uero militē q a derat uulnerat. Cæter uero fallaciā reputās
 intellexit misericordiā in bello nocere/minuscq; decipi calliditate scæuitiā arietis impulsioibus ira-
 cundia fraudis uehementis utebat. Castor autē eiusq; socii turrim iedibus iā cedentē incendūt/ perq;
 flāmas in eiusdē missi cuticulis iteq; magni animi opinionē apud Romanos habuere rāq; se ignibus
 tradidissent. Capit autē hac pte murū Titus die qnto postq; primū cœperat/sogatisq; inde iudeis ito
 cū lectis mille trāsūt/ quos circa se habebat armatis ubi noua ciuitas & lanæ uenditores erāt/ fabriq;
 arariū uestiumq; mercatus/ & ad murum angustæ uiaē tranuerse tendebant. Enim uero si uel statim
 muri disturbasset. maximam mentem uel quæ cœperat lege belli uastasset. nullū credo dānū uictoriae
 fuisse admixtū. Nūc autē iudeos male tractando exorātū iri sperās cū liceret capere facile discessio-
 ni aditū nō dilatauit. Nec.n. quibus consulebat insidiatores sibi putabat.

Ingresso Tito iudei circūcludūt Romanos multosq; ex eis occidūt & nisi Titus tulisset opē uix
 euasissent/ ad ultimū murū sunt expulsi. Titus iterū aggreditē/ ad illū murū irruit/ totaq; ptem illā di-
 rimīt/prædicia ponit munit turres & loca. alia parte ciuitatem aggreditē. eosq; hortatur ut uellent sal-
 uari & iosepus oratione patriā idem eos hortabatur.

Cap. XVI.

DEniq; postq; ingressus est/ neg; occidi quenq; pmisit eoz q cōprehendebant/ neg; domus
 incendi sed tā seditiosos se pugnare uellent sine populū detrimento copiam dabat q ipsi po-
 pulo fortunās pprias se rediturū pollicebat. Plurimi nāq; petebāt sibi ciuitatē seruari/ re-
 plū uero ciuitati. At enī populū qdē ad ea q hortabāt & antea paratum habebat/ bellicosū
 aut pro fertia ducebat humanitatē. Tūq; in belli aīo q ceterā ciuitatē tenere nō posset has pponere
 cōditiones putabāt/mortē populo denunciātes/ & si uerbū qsq; de traditiōe fecissent pacemue nomi-
 nasset mox iterficiendū eū esse minitātes. Romanis q introiere aliꝝ p uiarū angustias obstabāt/ alii ex
 redibus/ alii murū p superiores ptes egressi pugnare cœperūt. Quibus rebus p̄orbati custodes de mu-
 ro sese dimiserāt relictiis turribus i castra recessere. Clamor autē audiebat militū itra ciuitatē q ab ho-
 stibus cingentē. foris autē degentiū clausis cōtubernalibus moententiū creſcēte nūero iudeoz/ & pp
 locoz peritiā uariūq; sciam p̄ualente/multiq; Romanoz trucidabant/ & ab incubentibus pellebant
 cū magis necessitate resisterēt. Nec.n. multi simul fugiēdi copia p angustias muri patebat/ oēs q; pœ-
 ne q trāsierāt p̄pti fuissent/ nisi Titus eis opē tulisset. Dispositis.n. p suma uiaq; sagittariis/ & ubi plus
 erat multitudinis astās missilibus hostes abigebat. & cū eo Domitius Sabinus uir bonus & i illo plio
 comprobatus/ durauitq; tandiū sagittis eos prohibens irruere. donec oēs milites recessere. Romani
 qdē ita secūdo muro positi ad extremū pulsī sunt. Oppidanis uero q pugnaces erāt spūs creuit & se-
 cūdis rebus amētēserāt/ neg; Romāos auferos eē ad ciuitatē accedere suspiciēs. neg; uinci se posse
 si ad præliū p̄cessissent. Nā qā iniq; erāt officiebat eorū sentētis deus/ & neg; Romanorū multo ma-
 iorē illa q pulsa fuerat supesse cernebat/ neg; famē iam iā serpentē. Adhuc.n. malis publicis alebant/
 & sanguinē ciuitatis bibebāt/ pp bonos aut cōtinebat exitiū & penuria uictas iā multi descēderāt/ po-
 puli tñ interitū seditiosū p uelamine sui ducebāt/ & solos eos q pacē nō pparēt saluos esse cupiebāt
 q; uiuere cōtra romanos optarēt. Cōtrariā uero multitudinē uelut onus quoddā cōsumi gratulabāt
 & ita qdē circa suos affectū erāt. Romanos aut q; ciuitatē iteq; ingredi/ onabāt armati phibuerūt dis-
 iectis muri p̄ribus obiectū corporū smunitis/ ac p tridū sustinere fortiter dimicātes. Quarto autē
 die Titū uehementius aggressum nequaq; ferre potuerūt/ sed ui coacti rursū quo antea refugerūt/ il-
 le aut interim muro positus totā eius septentrionalē prem statim deposuit. In meridiana uero p turres
 prædicia collocauit iamq; tertiū murum aggredi cogitabat. Videbatur autem breuissimi temporis
 eius obf. dio spaciumque consilii seditiosus esse dandum si quid disturbance secundi muri aut fa-
 mis mox dimisterent/ nec enim diutius eis prædas posse sufficere/ & ipse otio commode utebatur/

nā cum

nā cū dies aduenisset quo militibus oportebat alimenta distribui in cōspicuo hostibus loco iussit du-
 ces ordinato exercitu pecuniā singulis numerare. Illi aut prolatis armis/ & inuolucris & uaginis septi-
 q; p̄cedant equitibus ornatos equos ducentibus locaq; subarbana p multū spatiū auro argentoz lu-
 cebant. Illo aut spectaculo nihil aut iocundius suis aut horribilius hostibus uidebat. Spectantibus.n.
 & uetera plena erant moenia & septentrionalis regio. Quin & domos refertas intuentibus cerne-
 nullāq; ciuitatis partē nō infusa multitudine regebat. Moerius aut quāuis audacissimos cœperat oēm si-
 mul exercitū armorūq; pulchritudinē cōspiciētēs & ordinationē uitorū. Et fortasse uel aliā specē sedi-
 tiosi aīos mirauissent nisi malorū immanitate quæ in populū cōmiserant dandā sibi ueniā a Romāis
 desperassent imminētē si desitissent morte supplicii bello mori præstabilis esse ducebāt. Praualebat
 ēt fatū quod nocētēs cū innocētibus/ & ciuitatē cū seditiosis perire decreuerat. quattuor p singulas
 giones alimēta cōsecuri sunt. Quinto autē die cū oīa faciens Titus nihil iudeos peccatū cogitare sen-
 sisset/ bifariam diuiso exercitu Antoniam uersus ad ioānis monumētum aggeres inchoauit. ista par-
 te superiorē ciuitatē captū iri cogitās & p Antonia templū. Nāq; hoc nisi cœpisset. nec oppidū quidē
 eorū erat obtinere/ in utraq; aut parte duo aggeres erigebāt/ a singulis agminibus singuli. Et iuxta mo-
 numētū qdē opantes a iudeis/ & Simonis locis infestatis phibebant/ ad Antonia uero ab ioannis
 sociis cū multitudine Zelotarū nō solū quia de superiore loco pugnabāt/ uerū ēt quia machinis iā uti
 didicerāt. Paulatim enim usus quotidianis aluit peritiā. habebāt autē balistas trecentās & quadraginta
 tormēta saxorū quibus difficiliorē aggerū extructionē Romanis efficiebāt. Titus aut sibi saluā fore
 fortunā sciēs & periturā esse ciuitatē una & obsidioni uehementē instabat. nec p̄uidentinē iudeis sua-
 dere cessabat cōsiliūq; factis admiscēs & orationē saepe armis efficaciorē cognoscēs tā ipsos ut saluari
 uellent rogabat/ tradita sibi ciuitate quæ iā capta uideret. quā & iosepū allegabat patriā lingua uerba
 facturū/ sperans eos hominis gentilis monitu aliquid remissuros.

Iosepus circuit ciuitatē ea parte qua possit audiri facilius iudeosq; orat ne uelint Romanis resiste-
 re. pluaudetq; pluribus uerbis/ illi uero cōuicti eū afficiunt.

Cap. XVII.

Taq; iosepus murum circūiens simulq; extra tæli iactū stans unde exaudiri facilius posset
 moris orabat/ ut sibi ac populo p̄cerēt tēplo ac patriæ neue cōtra hæc fierēt alienigenis du-
 rioris. Romanos.n. sancta reuereri cū qbus nulla sibi societas esset/ manusq; suas ad hoc ut
 q; cohibere. Ipsos uero in his edoctos/ cōseruare possent sponte ad eorū iteritū ruere qn po-
 tuis uiderē muros cōdicis firmiores/ excisis uero infirmiores sapeſſe Romanorūq; uires cognosce-
 rēt/ sustinere nō posse/ hisq; seruire nō esse nouū/ neq; inextpū iudeis. Nā licet pulchrū sit p libertate
 pugnare/ tñ id in principio decere fieri. Semel autē subditū & q multo tēpore paruisset impio iugū ex-
 cutientē malæ mortis cupidū nō libertatis amatorē uideri. Debere autē designari dominos humilio-
 res nō quoz in potestate lunt oīa. Nā qd Romanos effugisse/ nisi q; pp astus aut frigora esset inuile
 simo uero trāsisse ad eos undiq; fortunā/ deūq; p singulas natiōes ducentē impium tū ēē in italia. Hæc
 aut ualidissimā legē tā feris bestis quā hoibus esse p̄finitā potērioribus cedere/ apud eosq; esse uicto-
 riā apud quos robur fuerit armoz. leuere ēt maiores eoz/ q; multū & aīs & corporibus & aliis sub-
 sidiis meliores cessissent Romanis q nisi deū scissent illis fauere nūq; p̄pelli fuissent/ ipsos uero cōfidē-
 tes adhuc resisterē. cū ex magna pte capta sit ciuitas/ ciues autē ēt si muros itegros haberēt exercidio pi-
 ter aff. di sunt. Nec.n. latere Romanos q; fames teneat ciuitatē/ & mō qdē cōsumi populū cōtinuo
 uero ēt bellatore iterituros/ nā & si Romani deserint/ & ab obsidione cessauerint/ neq; ciuitatē strictis
 gladiis irruerint/ iudeis tñ expugnabile bellū itus assidere q; hortis singulis alere/ nisi forte quoq; cō-
 tra famē arma capent ac dimicare/ soliq; possent ēt clades supare. His addebāt optimū esse ante ito-
 lerabile calamitatē mutare sententiā dūq; liceret salutare cōsiliū sequi/ nec enī antea gestorū cā succē-
 sere Romanos nisi ad finē usq; insolētis fuissent/ natura eos esse in impio manueros atq; iracūdia p
 ferre quod uile est. Vile autē putare neq; ciuitatē uacua uiris neq; desertā habere. p̄uincia/ iccirco uel
 le impatorem cū his dexterā iungere/ nec.n. cuiq; salutē daturū si cœperit ciuitatē p̄sertim q nec in ex-
 tremis ei claudibus rogati paruerūt. Breui autē murū quoq; tertiū captū iri priores q capti sunt fidē fa-
 cere. Et quāis p̄tūp̄i rutamina nō possint famē p Romanis pugnaturā. His momentē iosepū multi in
 muro stantes uituperabant multi uero cōuicti nōnulli ēt iaculis appetebat. Ille aut cū manifestis eos
 calamitatibus minime flecteret ad gentiles transit historias.

Iosepus clamat aduersus iudeos adducens diuersa exempla maiorum/ ut uelint redere/ deumq; eis

Cap. XVIII.

Miseri uociferās uitorūq; auxiliatorū imemores armis & manibus cū Romanis bellū
 geritis/ qsi quem aliū sic uicerimus. Quando aut nō deus oīum cōditor iudeozum de-
 fensor est si lādatur/ nō respicietis. Vnde progressi pugnatis quantumq; auxiliatorem
 uiolastis/ Non recordamini opera diuina parentum/ atq; hunc sanctum locum quanta
 bella nobis

bella nobis aliquādo pergit. Ego autē facta dei narrare auribus indignis horresco sed tamē audite ut cognoscatis nō solū uos Romanis sed etiā deo resistere. Nechaus qui tunc erat rex Aegyptiorū idēq; Pharaō uocabat cū infinita manu descendit reginamq; Saram nostri generis rapuit. Quid igitur uir eius Abram proauus noster? Arms credo uos est iniuriā. At quin. ccc. & xviii. praefectos habebat quorū singulis infinita multitudo parebat. An ipse quidē quiescere maluit absente deo? Puras autē manus ad hunc locū tendens quē uos polluisit inuictū sibi auxiliatorē ad militiā legit. Nōne secunda uespera incorrupta regina remissa est ad maritū? Adorans autē quē uos gentili caede cruentatis ac tremēs nocturnis somniis Aegyptius exagriatus aufugit auroq; & argēto amatissimos deo donauit Hebraeos dicā translata in Aegyptū maiorū nostrorū domicilia. Qui cū annos. cccc. tyrannis ac regibus alienigenis subiacerent armis ac manibus ulcisci possent semetipsos deo potius permiscere. Quis nescit Aegyptū replētā oī genere ferentū omnīq; morbo corruptā: Quis terrā infructuosam? quis Nilī de sectionē & continuas decē plagas? & ob hoc parētes nostros cū praesidio inuentos & sine piculo deduci quos deus sibi sacerdotes ducebat. Sed ab Assyriis raptā nobis sanctam arcam Palaestina & Da gon simul agrum genuit & iam tota gens quae rapuerat corruptis uero oculis corporū ac peccatis cibo uisceribus exaultis Cymbalorū ac Tympanorū sono manibus noxiis reportarunt sanctum placationibus expiantes deus erat qui haec parentibus administrabat propterea q̄ omissis armis ac manibus eius se iudicio permiscere. Rex Assyriorū Sennacherib cū totā ducēs Asiā ad hanc urbem castra posuisset manibus nō humanis cecidit: nā ab armis quiescentes in uotis erant & aēgulus dei una uoce ifinitum deleuit exercitū. Posterorū die excitatus Assyrius. clxxxv. milia reperit mortuorū: atq; ita cū reliquis Hebraeos inermes nec persequentes fugiebat. Scitis etiā in Babylone seruitiū ubi p̄ ānos. lxx. populus exultans nō ante libertatē respexit quā eā dominus donare ut eos etiā est p̄secutus iterūq; auxiliatori suo sacerdotū more seruiebat. Breuiter dicā nullū est operā praeciū quod armis parentes nostri p̄secere aut nō sine armis deo p̄missa potestate imperiū. Domini autē manentes ut placebat iudici superabat. Pugnantes uero semper de spe ceciderūt. Nā ubi rege Babyloniō oppidū obsidente cōtra Hieremiā praedicationē Sedechias rex noster cū eo cōgressus est: tū ipse captus est quā cū tēplo ciuitatē nidit excidit. At quin uidete quāro ille rex uestris ducibus eiusq; populis uobis erat medio erior. Deniq; Hieremiā uociferantē inuisos esse deo propter delicta quae in eis cōmiserat captā iri aut nisi traderent ciuitatē neq; rex neq; populus interfecit. Sed uos ut intus gesta praetermittā neq; digne possim iniquitates uestras expōere me qui uobis salutem suadeā quaerimini: talisq; appetitis irati q̄ uos uestrorū cōmonefacio peccatorū nec dici ea toleratis quorū quotidianē facta cōmittitis. Idē tūc fuit cū antiocho q̄ dictus est Epiphanes obsidente ciuitatē multis modis offensa diuinitate maiores nostri cū armis p̄gressi ipsi qdē in pugna pempti oppidū uero ab hostibus direptū est sanctūq; p̄ trēniū unū sexq; menses p̄oenitus desolatū est. Et qd pluribus opus est. Ipsos Romanos q̄ cōtra iudaeorū gētes ad militiā puocauit. Nōne indigenatū impietas unde sanire cepimus. Nōne a seditione maiorū quando aristobuli & Hyrcani furor & inter eos cōtentio pompeii intulit ciuitati & Romanis deus indignos libertate subiecit. Deniq; tres mēses obsessi quanquā nihil quale uos in sanctū legeq; deliquit & maioribus ad belli subsidia utebantur sese tradiderunt. Antigonū autē filii aristobuli nescimus exitū. Quo regnū obtinente deus iterū captiuitate persequēbat populū delinquentē. Et Herodes qui dē Antipatri filius Sossium & Romanū adduxit exercitū. Circundati uero per sex menses obsidebatur donec capti peccatorū suorum supplicia pependerunt: direptaq; est ab hostibus ciuitas: ita nunq; genti arma data sunt. Oppugnationi uero sine dubio cohāret excidiū. Oportet ergo ut opinor sacri loci possessiones iudiciū deo de omnibus promittere manusq; tuas humanas contemnere: cum a superno sibi duce non recedant. Vos autē quid ex his quae legis cōditor bene dixit egistis? Quid quod is execratus est praetermissis: Quātū autē illos qui cito periire p̄cipite superastis: nā occulta dēdignātes peccata hoc est furta in fidiā atq; adulteria rapinis caedibus certatis nouaq; maleficiozū excogitastis uias. Sanctū uero templum factū est omnium receptaculū & indigenarū manibus pollutus est locus quem Romani ex tam longinquo adorabant multa per legem nostrā de suis moribus derogātes. Deinde post haec in quē fuistis impii hūc auxiliatorē sperastis? Valde qdē in iusti estis supplices priusq; manibus adiutorē uestrū rogastis: Talibus rex uester p̄cibus aduersum Assyriū supplicauit cū magnū illū exercitū deus una nocte p̄strauit. Similia uero Assyrii Romani cōmittūt ut etiā similem ultionē sp̄retis nam ille qdē ab rege nostro accepta pecunia ut uassitati pareret ciuitatis neglecto iure iurando ad incendiū tēpli descendit. Romani autē solēne poscunt tributū quod parentes nostri eorū parentibus p̄sabant. Et si hoc ip̄trauerint neq; populantes ciuitatē neq; sancta omnino tangūt. Cōcedunt autē nobis familias liberas & possessiones tenere sacrasq; leges saluas manere patiūtur. In fania est profecto sperare deam talem circa iustos fore: qualis iniustus apparuit p̄sertim qui statim ulcisci nouerit cū oportet. Deniq; Assyrios prima nocte qua castra ciuitati admoerant fregit q̄ si ēt

uestra p̄geniē liberaret Romanos uero dignos poena iudicaret cōfestim eis illo tpe sicut Assyriis ita sceret quo genti manus Pompeius attulit quo post illū Sossius ascēdit quo Galilaea Vespasianus excidit. Postremo nō nunc Titus ciuitati appropinquaret. Sed neq; Magnus neq; Sossius passi sunt & ciuitatē uictoria ceperunt. Vespasianus autē ex bello quod nobilicū gessit etiā imperiū adeptus est. Nā Tiro quidē etiā fontes uberiores profluunt q̄ prius uobis aruerant. Deniq; ante huius aduentū scitis & Siloam & oēs extra ciuitatē fontes ad deo defecisse ut ad utrunq; aqua mercaret. Nunc autē ita hostibus nostris largi sunt ut non modo ipsis & iumentis eorū sed etiā hortis sufficiant. Deniq; huius prodigiū & ante periculū factū est in excidio ciuitatis quando supra memoratus Babylonius rex cū exercitu uenit q̄ & captā ciuitatē incendit & templū quōnis ut opinor nihil tunc illi quantū uos impiē nunc cōmississent itaq; sanctis relictis deū fugisse putauerim. Hūc nūc adesse quibus cū bellū geritis. An bonus quidē uir domū flagitiorē fugiet & domesticos oderit? Deū uero malis uestris inhareat arbitramini qui etiā occulta cōspicit & audit oīa quae tacent. Quid autē apud uos taceat quid celat qd nō ēt plānum inimicis factū est iniquitates enim uestrae uelut in proptu nemine latent inq; dies singulos quis peior sit certamen habebis atq; ita nequitia ut uirute demonstrare cōtenditis. Verūtāme reliqua salutis uia est si uelitis & diuinitas cōfessis ac poenitentibus solet sese placabilis offerre. Arma proiicite p̄deat uos patriā irā diruta cōuertite oculos & p̄spicite etiā quā proditis pulchritudinē quale oppidum quale templū quā multaq; gentiū munera. Quis in hoc flāmas adducit quis hāc iā nō esse desiderat? Et qd est hoc quod saluū esse debeat dignius? o lapidibus duriores. Si hāc nō ueris luminibus cernitis saltē familiarū uestraq; miseremini. Versent in cōspectu cuiusq; cōiuges & parentes quos paulo post aut bellū aut fames absumpserit. Scio quia una cū his picilitatē mibi mater & cōiunx & familia nō ignobilis domusq; olim clarissima & fortasse propterea me q̄sq; hāc suadere crediderit. Interficiet illos accipite mercedē salutis uestrae sanguinē meū. Ipse quoq; mori paratus sum si post me respiciat.

Clamante Iosepo cum lachrymis ut uellent sedare non flexerunt animos sediuos sed diu persistit ita ut cogentur fame perire. Tantam famem perpepsi sunt ut matres ex filiorum ore cibum raperēt sediuos illi domos ui irruēbant ut cibum caperent summa miseria & summa crudelitas describitur Simonis & ioannis.

Cap. XIX.

Iosepo uociferatē cū lachrymis sediuos qdē neq; aios flexerūt neq; turā sibi mutatio nē fore iudicauerūt. Populus uero ad p̄fugiendū cōmotus est & alii qdē possessionibus suis aliiq; rebus carissimis exiguo scio uenūdati solidos qdē ne latrones eos deprehenderēt trasglutiebāt. Qui uero ad Romanos elapsi fuissent exonerato uentre habebāt usū ne necessaria. Titus autē p̄lorosq; p̄ agros quo uellet quiq; p̄gere dimittebat idq; magis eos ad p̄fugiū horrabat q̄ intestinis malis carēbat Romanis cōseruire. Ioānes autē & Simon cū focis ne his magis pareret exitas quā ne Romanis aditus obstruebāt & q̄ uel umbrā suspicionis dedisset cōtinuo necabāt. Ditionibus qdē manere ēt sicut p̄fugere par cā erat perendi nā quasi transfugere uoluisset p̄p̄ marimonū quiq; occidebat. Cū fame autē crescebat desperatio sediuos & i dies singulos uirūq; malū amplius accendebat. Et palā quidē nulla erāt frumētā irrupentes aut scrutabant domos. Et siquidē inuenissent aliquid eos qui negauerūt uerberabant si uero nihil inuenissent quasi diligentius celauissent tormentis iridē afficiebat. Habendi autē argumēto erāt corpora miserorū cū ea q̄ solidis uiribus stare abundare cibo putarent. Tabidi autē transfigebant nec rationis esse uidebat statim fame morituros occidere multi uero clā substantiā suā uo frumētū modio qui ditiores essent itēq; pauperes ordeī p̄mutarūt. Includi deinde intimis aēdiū tectis quidā summa penuria infectū triticū comedebat. Panem alii cōficiēbat ut necessitas metusq; monuisset. Et mēsa quidē nulq; apponebat sed incoctū subtrahebat igni cibū diripiebāt miserabilis autē erat uictus dignūq; lachrymis spectaculū cū potētiores qdē plus haberēt infirmiores aut iniuriā deplorarēt quippe fames sup oēs clades haberet nihil sic p̄ditū hoīem ut pudor nā quod reuerentia dignū est in fame negligit. Deniq; uxores uiris & filii parētibus & quod miserimū matres cibū infantibus ex ipso ore rapiebant & marcescētes iter manus carissimis nemo parcebat quin uitae guttas auferret. Edentes uero talia nō latebāt sed ubiq; aderāt q̄ ista diriperēt nam sicuti clausam domū uidissent eos qui intus erāt cibū capere hoc suspicabant iudicio statimq; ruptis foribus irruēbat uictūq; iam contusam dentibus ex gutture p̄ene reuocabant ipso facibus stragulatēs. Pullabant autē fenes ne cibū defenderēt lacerabant mulieres ea quae haberent in manibus occultantes nullaque miseratio nel cani capitis uel infantiae sed abstractos pueros & ex buccello pendentes humo alidebant. Si quis autem incurrentes anteuenisset quodque rapturi fuerant deuorasset tanquam si lesi cruentiores erant. Acerbissimos autem cruciatūs excogitabant dommodo alimenta reperirent nunc extruentes genitalium uias nunc uirgis acutis pedes transfigiendo. Horrendaq; etiam auditu quis paciebatur in unius panis confessione & ut unum pugnum farinae abditum indicaret. Tortores autem nec esuriebant minus enim crudele uideretur quod nec

cessitas speraret. Exercentes autem dementiam suam seque sibi dies uaticinae praeparantes hisque occurrerent qui per Romanos custodias agrestis oleris herbarumque gratia colligerent nocte reperissent cum iam se hostes euasisse crederent quae attulissent eripiebant multumque supplicatibus & horribile dei nomen implorantibus ut aliqua parte sibi concederent eorumque cum periculo sibi collegissent nihil peccatis dabat gratum uidebat si solati non perirent. Haec quidem humiliores a fatellitibus patiebant. Honorati uero ac diuites ad tyrannos producebantur quosque alii insidias falso accusati occidebant alii quae Romanis perirent ciuitatem. Et plerumque delator subornatus agebat quae profugere uoluissent. Sic uero quae Simo expoliasset eum ad Ioannem remittebat & quae Ioannes expoliasset eum Simon excipiebant sibi quae inuenit propinabat sanguine popularium miserorumque cadauera patiebant. Et dominandi quidem erat causa in urrumque dissensio. Sceleris uero concordia. Nam qui ex alienis malis parte alteri sibi totum uendicatis non dedisset nequissimus uidebat. Et quae non accepisset uelut boni alicuius dano dolere quae crudelitatis parte doluisset. Sigillatim quidem iniquitates eorum explanare non potero ut autem breuiter dicam neque alia ciuitate unquam talia perpeperant uel nequam ullam nationem post hominum memoriam malitia ferocioris fuisse. Postremo etiam gentibus Hebraeorum maledicebant ut minus imperii uiderent in alienos. Veritatem quae erat & seruos se & de generis gentis ab oratione esse confessi sunt. Denique ciuitate ipsi euertere & Romanos inuitos hanc tristis admittere uisum est cogere tardiusque uenientem in templum igne poene traxere. Denique cum hi ardere superioris ciuitatem uidissent neque dolere neque illachrymari sed apud Romanos qui haec patere inueniunt sunt. Verum quae per territorium gesta sunt postea cum rerum documentis dicemus.

Multi pro fame ciuitate exeuntes capiebantur ex his multi incisis manibus ad Simonem & Ioannem mittebant. Tito acclamante ne tanta uellenti patri miseria ipsi conuictis Tito & patri eis maledicebant. Ca. XX.

Tito autem aggeres proficiebant quousa a muro milites male afficerent. parte uero equitatus directam iussit per ualles ad alimenta comportanda exeuntes insidias tendi. Erant autem in his nonnulli etiam pugnatore quibus iam minime praedia sufficeret maior uero pars ex populo pauperes quos profugere deterrebat per affectibus suis motus nec clauis enim seditionis fieri posse sperabat ut cum coniugibus ac liberis diffugerent eosque latronibus relinquere non patiebantur uice sua iugulandos. Audaciores autem faciebant ad exeundum famem restabatque iam latitates egredi & ab omnibus capi. Depraehensis autem necessitate repugnabant motu supplicii incogruum uidebant supplicare possunt pugna uerberati itaque & ante mortem modis omnibus excruciat contra murum crucibus affigebant. Tito quidem miserabilis uidebat ista calamitas cum iudaei in dies singulos quingenti nonnulli et plures caperentur sed neque captos dimittere tutum erat tantumque asseruare multitudinem custodiam uidebant esse custodiam maxime uero propterea non prohibuit citius eos existimas ea facie remissuros tanquam similia passuros nisi se dedissent. Milites autem diuersis modis suffigebant ira & odio & ludibrii causa & pro multitudinem quae coepissent. Itaque spaciis crucibus deorat & corporibus cruce. Seditionis uero tantum defuit ut ea clade mouerentur quae et in contrarium eis cessit ad decurrendam reliquam multitudinem. Transfugerunt namque familiaribus ad mox tractis & si quae erant popularium proniores ad pacem & quae patere quae ad Romanos profugerent demorstrabant & quae comprehensum tenebant eos supplices non captiuos esse ducebant. Ea res multos profugere cupientium donec uerum cognoscere inhiuit. Fuerunt autem quae statim dilapsi sunt quasi ad uerum supplicium pererant. Illata enim ab hostibus morte comparatione famis requiem esse ducebant / multis autem captiuorum Titus et manus abscindi precepit eosque ad Ioannem & Simonem intromisit ut pro calamitate nec uiderent profugere nec crederent saltum nunc desinerent admonens nec uere compelleret ad excidium ciuitatis lucratur in extremis mutata uoluntate & proprias animas & patriam tantam & templum cuius participem non habebat. Simul autem dictis aggeres circumdando operantes urgebat ueluti facta uerbis non multo post secutura. Ad haec in muris stantes & ipsi Caesari & patri eius maledicebant mortemque se contemere clamabant eaque seruituti recte praefere multa uero mala in Romanos facturos se dum spirare poterint nec priam curare nec templum ut ipse diceret periret mendum deo templum hoc melius esse saluatumque iri hic ab esse quae uolueret quae ipsi quoque auxiliorum habentes oibus interminationibus illusores eo quibus facta non adderetur finem. n. dei esse. Talia conuictis admiscentes uociferabantur.

Antiochus Epiphane cum Macedonibus admiraui Romanos quoque muros non adeant ipse cum suis muros adit multi ex his fugiunt & multi interficiunt postea Tito aggeres fiunt admotis ad muros iohannes fossa intus facta submissio igne aggeres diruit Simon inde cum multis aliis proficiscitur in machinas illas easque incendunt cum Romanis cogrediuntur ita ut non diiudicari possit amicus ab inimico quae dicitur ex Romanis corruptis machinis desperabant ciuitatem captam iri. Cap. XXI.

T inter haec Antiochus quoque aderat Epiphane multos alios armatos ducens & praeterea caetera stipatus qui macedones appellatur omnes aetate pares & paulo magis proceres adolescentuli more Macedonum instructi armis & eruditi unde etiam nomen habebant plerumque tamen famam gentis aequare non poterant. Olim namque regum qui Romanis parebant

